JOACH. ERN. CRUGERI, DISCURSUS JURIS PUBLICI, FULGENTISSIMA NOVEM-VIRORUM...

Joachim Ernst Crüger

Gruger
de Jure
Electorali

JOACH. ERN. CRÜGERI,

DISCURSUS JURIS PUBLICI, FULGENTISSIMA NOVEM-VIRORUM JURA,

QUIBUS PRÆ CÆTERIS GERMANIÆ PRINCIPIBUS GAUDENT,

EX IPSIS FONTIBUS DEPROMPTA, EXHIBENTES.

Accedunt

RUDOLPHI ET CAROLI ROM. REGUM, ET RUPERTI PALATINI SENIORIS ATTESTATIONES, DE JURE ELECTORATUS IN ROM. IMPERIO REGIBUS BOHEMIÆ COMPETENTE.

Item,

SENTENTIA EXAUCTORATIONIS ET DEPOSITIONIS WENCESLAI ROMAN. REGIS, LATA AB IMPERII ELECTORIBUS, ANNO M.CCCC.

COLONIÆ BRANDENBURGICÆ,

Sumptibus JOHANN. MICHAEL. RüDIGER. Bibliopol. Berl.
Imprimebat ULRICUS LIEBPERTUS, Elector. Typogr. 1696.

AD LECTOREM
PRAEFATIO.

INteresse Serenissimorum ELECTORUM S.R.I. fundamentaliter ac principaliter consistit in *Praeminentiis* atque *Praerogativis*, quibus præ cæteris Germaniæ Principibus gaudent, fulgentissimis. In his enim non tantùm Amplitudo & Dignitas, sed & Potestas Splendidissimi COLLEGII ELECTORALIS quàm maximè radiat. Hanc autem materiam ex professo qui tractaverit, neminem hactenus me vidisse lubens fateor. Calamum itaque ante aliquot tempus sumpsi, & præsentes hos *Discursus*, nulli fortasse ob argumenti præstantiam ingratos tumultuario concinnavi labore, inque iis *Eminentia* NOVEMVIRORUM *Jura*, quæ præ aliis Germaniæ Principibus habent, ex debitis fundamentis deducta tradidi.

Idque eò lubentius, cum turpe maximè foret, *Privilegia* & *Jura* ignorare eorum, quorum humeris *Imperii* Celsitudo committitur, quorumque Prudentiâ & Consiliò MAJESTAS ROMANA contra Molimina Exterorum Principum *Imperium Romano-Germanicum* inhiantium hactenus conservata fuit. Imprimis, cum & ipse Imperator CAROLUS IV. cæterique *Status Imperii* ista minimè obticenda, sed propalanda esse duxerint, ac eum in finem multa illorum in *Aureâ Bullâ* composita cuilibet inspicienda publici juris fecerint. *Hæc* namquè principalis sedes, quâ istiusmodi ELECTORUM *Jura*, jure præcipui, & loco eximii ipsis competentia comprehenduntur; cui Legali fundamento accedit *Observantia* & *Usus* continens ac indiruptus, nec non succedanea *Legum*, *Decretorum* & *Recessuum Imperii* Ordinatio. Quibus omnibus ELECTORIBUS conceduntur multa, non solùm ratione *Honoris*, *Præcedentiæ*, *Juris Legationis*, *Tituli* &c. multò minus, quæ in certis tantummodò *Functionibus* ad intrinseca & communia Imperii negocia pertinentibus consistunt, ut contendit *Fürsten. de Jur. Supremat. Cap. 1.* sed quæ etiam *Jus* quoddam *Majestatis*, & incrementum *Libertatis* atque *Potentiæ* in Imperio (sine omni

tamen

tamen Subjectione & Suppresſione aliorum) ſpirant & ſapiunt, quorum intuitu ELECTORES, tanquam *Conſortes Majeſtatis*, vel potiùs, *Solicitudinis Imperatoriæ*, ſe, ut in certis caſibus *Regimini Imperatorio* conſultando adſiſtentes, quaſi pro *Con-Superioribus* aliorum Principum & Statuum Imperii æſtimant, id quod unus atq; alter Diſcurſus ſatis expeditum reddet. Et quidni ejusmodi *Culmen præcipuum* præ aliis haberent ELECTORES? cum enim æquisſimum, ut, qui ſuis Conſiliis, ſuisque Laboribus pro totô ferè Orbe terrarum die noctuque laborant, habeant dignam ſuâ Prærogativâ fortunam, ſecundum *L. benè 3. in fin. C. de Quadrien. Præſc.* ideò etiam ELECTORIBUS in ſignum Præeminentiæ & Laboris præmium *Privilegia* & *Jura* quædam meritò reſervata. Ac quamvis nihilominus unus atque alter fortaſsè hujusmodi *Jurium* ELECTORIBUS competentium Prærogativam ægrè ferat, & ſecretâ proſequatur invidiâ, tamen Intereſſe & Utilitas modernæ *Reipublicæ Romano-Germanicæ* exigit quàm maximè, ut æqualitas per *Inſtrum. Pac. Art. V. §. 1. in fin.* inter *Ordines* ſancita, juxta Proportionem Geometricam (ſecundum quam *Status* diſſimili ſplendore ac poteſtate pares ſunt) ex amusſim illæſa ſervetur. Ut

verò

verò Labor meus *Lectori* magis arrideat, propositam Materiam ordinatioris tractationis gratia in certos *Discursus* dissecare placuit, qui ex *Indice* mox subsequenti deprehendentur. Hisce autem Mantissæ loco adjectæ sunt, primùm: *Rudolphi & Caroli Rom. Regum, & Ruperti Palatini Senioris Attestationes de Jure Electoratus in Romano Imperio Regibus Bohemiæ competente;* Ac deindè: *Sententia Exauctorationis & Depositionis Wenceslai Rom. Regis, lata ab Electoribus Imperii Ao. Domini M.CCCC.* Quæ cum aliis studiis meis ex luculentâ quam possidet Bibliothecâ communicavit Nobiliss. & Ampliss. Dominus *Godof. Weisius*, Sereniss. Elect. Brand. in rebus ad Cameræ Præfecturas pertinentibus Consil. graviss. Fautor meus Colend. Tuum intereà erit, *Lector Benevole*, hæc omnia, quæ istis *Discursibus* continentur, dextro judicio accipere, nullo sinistro præjudicio occupato: neq; exculpanda sunt illa, quæ Tibi non nocent, aliis prodesse possunt. Si quid certæ immutationis hoc vel illo tempore contigerit, quod sub incerto sydere nunc agitatur, hoc muta, supple; & corrige, si quid erratum, vel meæ Voluntati adversum fuerit. Nec enim pigebit unquam, sicubi hæsitamus, quærere: nec pudebit, sicubi erramus, discere. *Vale!*

INDEX

V


NOVEM VIRORVM
S. R. IMPERII
AVTORITAS
Atque
DIGNITAS.
Autore
Ioach: Ern: Crügerc
Apud Joh. Michaelem Rudigerum Bibliopol.

INDEX DISCURSUUM,

Qui hoc opere continentur.

PARTIS GENERALIS

DISCURSUS I.

PARTIS SPECIALIS

MEMB. I.

DISCURSUS I.

III. *De*

III.

De Jure Coronandi Imperatorem sive Regem Rom.

IV.

De Officiis Electorum Hæreditariis.

V.

De Requisito Electorum Consensu, eorundemque benevolâ Adhortatione ad indicenda ab Imperatore Comitia.

VI.

De Præconsultatione Cæsaris cum Electoribus, de Tempore, Loco, Causisque Comitiorum.

VII.

De Jure instituendi Conventus Electorales, qui vulgò vocantur Churfürsten- oder Collegial-Täge.

IIX.

De Jure Constituendi, Concedendi, Extendendi, Progandivè Vectigalia, nec non concedendi Stapulam, utroque Imperatori & Electoribus hodiè communi.

IX.

De requisito Electorum Consensu ad concedendum ab Imperatore jus cudendæ monetæ.

X.

De Consilio & Consensu Electorum ad Collationem ac Reinfeudationem Feudorum Regalium maximè necessario.

XI.

De Alienatione & Oppignoratione Bonorum ac Provinciarum Imperii, irrequisito Electorum permissu & voluntate à Cæsare non facienda.

XI. *De*

PARTIS GENERALIS
DISCURSUS I.

De

Membrorum & Civium Imperii Romano-Germanici Divisionibus.

I.

NOn inappositè SACRUM ROMANO-GERMANICUM IMPERIUM, à Carolo Magnô Imperatore stabilitum, welcher an demselben und dessen Forma Regiminis den ersten Eckstein geleget / ut Corpus quoddam mysticum, ad corporis veri vivique imaginem, consideratur, prout ita vocatur *in R. I.* zu Trier und Cölln *de A. 1512. §. 1. in fin.* & quidem ex *Capite* & *Membris* compositum, ut ait *Jacob. August. Thuan. Lib. 2. pr. Hist. sui temp.* Illud est IMPERATOR, *A. B. c. 2. §. 2.* qui juxta modernum Imperii Statum supremus est Princeps, qui secundum Carolinam institutionem ab Electoribus legitimè electus summæ rei Romano-Germanicæ præest, gaudens excelsis Reservatis ac peculiaribus quibusdam Juribus Majestaticis

 sivè

fivè Regalibus iisque Conventione Ordinum Imperii concessis atque temperatis. Nonnunquam vocatur *Summum Caput Imperii*, imò *Caput Universale totius Christianitatis*: Quemadmodum etiam Christiani Reges Europæi, qui licet Sacratissimo Imperatori, qua tales, subjecti non sint, illum, ut caput Orbis Christiani venerantur, eique cedunt, Conf. Special. Tract. *Æneæ Sylv. de Ortu & Autorit. Imp. Rom.* apud *Dieter. in Observ. ad A.B.* quamvis quæstionem dignitatis Imperatorem movere ausi sunt ante hac Itali & maximè Galli, tamen conatus iste semper fuit irritus, & præcedit is adhuc hodiè omnes Reges, etiam Imperatorem Græcorum: Nedum Regem Galliæ; Non modò ratione Imperii, quod ridiculum esset in dubium vocare, sed & ratione solius Regni Germanici, à quô subjugata Gallia & Regnum Galliæ constitutum est, quô de alio loco.

II. Dicitur hodiè Sacratissimus Imperator LEOPOLDUS hujus nominis PRIMUS, Magni *Ferdinandi III*, qui d. 2. April. A. 1657. terras reliquit, Filius Magnus, quem ex primâ suâ Conjuge, nempè *Maria Anna*, Philippi III. Hispaniarum Regis & Margaritæ Austriacæ Filiâ, A. 1646. defunctâ, A. 1640. d. 9. Jul. Styli Gregoriani suscepit; Qui A. 1655. d. 27. Jun. Hungarico, sequenti verò Anno d. 14. Septembr. Bohemico Diademate redimitus est, & denique auctus ætate legitimâ 18. annorum, Electoribus in A. B. definitâ, Anno 1658. d. 18. Jul. Franckofurti ad Mœnum Cæsar Romanus electus, & 1. August. coronatus curam & administrationem Imperii suscepit, eique maturo *Consilio* & *Industriâ* hactenus indefessa præfuit. Physiognomiæ Studiosi, ex labiorum præeminentiâ, *Signo Austriacæ domus gentilitio*, collegerunt, ipsum esse Principem placidi & minus turbulenti ingenii. Et talem revera esse multos testatos audivi, idque Regimen ipsius hactenus satis indicavit. Prout quoq; aliàs in Familiâ Austriacâ nullum unquam Tyrannum vel legimus, vel audivimus, uti hoc adducit *Lansius in Orat. pro Germ.* Nur daß Käyser Ferdinand. II. weil er durch Uberwindung seiner Feinde etwas rachgierig worden / bey vielen den Nahmen eines Tyrannen sich erwecket hat / sonderlich durch die Pragerische Execution, darinnen viele Grossen eines schmählichen Todes sterben müssen.

III. Con-

III. Conjuges invictissimus Imperator habuit tres, quarum prima fuit Serenissima Princeps *Margaretha Theresia Philippi IV.* Hispaniarum Regis, & *Mariæ Annæ*, Sororis suæ, Filia secundò genita, quæ A. 1666. Cæsari thalamo juncta A. 1673. d. 12. Mart. diem extremum obiit. Altera fuit consobrina sua, Archi-Ducissa *Claudia Felicitas*, *Ferdinandi Caroli* Archi-Ducis Austriæ, d. 10. Dec. 1662 mortui, & *Annæ Medicea* d. 12. Sept. 1676. defunctæ, Gnata; quæ A. 1673. d. 15. Octob. Græzii in Styriâ thori consors facta, cum quâ Comitatum Tyrolensem Cæsar accepit; Et notari hic meretur, quod matrimonium istud supremus Aulæ Magister Princeps Lobkowitzius, vehementer Imperatori dissuaserit, ut & Medici nonnulli, sterile illud futurum autumantes: Verum eventus opinionem non firmavit, neque etiam interesse permittere videbatur, Principem illam ditissimam alii relinquere ducendam, qui Cæsari periculosus existere potuisset vicinus: Quô de meretur legi curiosus ille Tractatus, qui inscribitur: **Der durchlauchtige Eulenspiegel.** Hac autem d. 8. April. A. 1676. immaturâ morte iterum abreptâ, Augustissimus Imperator, cedente mœrore Rationi Status, eodem adhuc anno d. 14. Dec. Passavii denuò in thalamum Sociam adsumpsit Serenissimam Principem *Eleonoram, Magdalenam, Theresiam*, Dn. *Philippi Wilhelmi*; Comitis Palatini ad Rhenum & Ducis Neoburgici, dein Electoris, ac *Elisabethæ Amaliæ* Landgraviæ Hassiæ, Filiam, Principem singulari prudentiâ & venustate præditam, natam d. 6. Jan. A. 1655. Ex quâ A. 1678. d. 26. Jul. st. nov. suscepit Serenis. Principem *Josephum*, A. 1687. $\frac{7}{17}$. Nov. Posonii in Regem Hungariæ, & A. 1690. $\frac{14}{24}$. Jan. ab Electoribus, Conventu Augustæ Vindelicorum instituto in Regem Rom., futurum cum Deo Successorem Imperialis dignitatis & Diadematis, electum; Princeps optimis studiis, maximoque ingenio instructissimus, qui jam primâ ætate specimina prodidit animi generosissimi: Insuper hunc Principem formosa commendat facies, sicuti capillus subrubicundus plerumque index est formæ elegantioris, ita & in hoc Principe idem maximè accidit.

IV. Residet hodiè Augustissimus Imperator *Viennæ*, Austriæ Superioris Metropoli, quam post liberationem à bimestri gravique Turcæ obsidione sub Imperio Vezirii *Kara Mustapha Bassa*, auspiciis

ipsius & Poloniæ Regis, duorumque Electorum virtute & armis Ao. 1683. d. 12. Sept. factam egregiè muniendam curavit. Aliàs quidem tenetur Imperator vi *Art. 36.* Capitulationis suæ in Imperiô Romano-Germanicô omni tempore residere, Wir wollen Unser Königl. und Käyserl. Residentz / Anwesung und Hofhaltung im Heil. Röm. Reich Deutscher Nation / ꝛc. beständig haben und halten / uti verba allegato loco sonant, quod etiam promissum in *noviss. Capit. Joseph. Art. 36.* Et notum ex Historiâ, Imperatores prioribus Seculis plerumque in Civitatibus Imperialibus suas habuisse Aulas. Verum hactenus, imprimis præsenti & præterito Seculo elegerunt sibi Provincias suas hæreditarias, Und ist solches vermuhtlich / Ihrer Einkunffte halber geschehen / welche sie besser aus ihren Erb-Ländern / als aus dem Reich zu gewarten haben; Et deindè etiam propter vivendi commoditatem, ne apud Exteros consumant, quæ in propriis ditionibus colligunt, ubi minori pretio comparant, quæ apud Exteros carius constarent. Quicquid sit, so ist wohl zu glauben / daß die Reichs-Städte und Stände lieber sehen / daß die Käyserl. Majestät in ihren Erb-Ländern ferner residire.

V. Hujus autem Capitis *Membra* quod concernit, eorum prima & summa Distributio ratione Dignitatis vel potius Politiæ est in *Immediata* & *Mediata*, quibus nonnulli Juris publici Doctores tertium genus addunt, nempè qui partim sunt mediata, partim immediata, adeoque *Mixta* appellantur.

VI. *Mediata Membra* sunt *Cives Imperii, qui non Imperatori & Imperio, sed Statibus Imperii immediatis immediato subjectionis nexu devinciuntur*, quibus etiam homagium, obedientiam, omniaque onera suis Superioribus à Subditis præstari solita exhibent, manente tamen in eos Imperatoris & Imperii tanquam Superioris autoritate & supereminentia salva: Quâ ratione in secundâ sivè Appellationis instantiâ etiam coram Summis Imperii Tribunalibus se sistere tenentur, & jure dicendi suffragii in Comitiis Imperii prorsus destituuntur.

VII. Tales hodiè sunt vel PRINCIPES, germanicè Lands-Fürsten / ut in Silesiâ Superiori *Teschinensis*, qui paret Principibus Lichtensteiniis, *Oppoliensis* & *Ratiboriensis*, quorum uterq; Principatus Re-

Regi Poloniæ & Principi Condeo pro 11000. aureis Rhenanis fuit oppignoratus A. 1645., sed superioribus annis possessionem horum Imperator rursus nactus, cui etiam hodiè parent. In Silesiâ Inferiori, Princeps *Monsterbergensis* & *Oelsnensis*, qui subjecti Ducibus Würtenbergensibus, *Saganensis*, qui paret Principi de Lobkowitz, *Suidnicensis*, *Jaurensis*, *Glogaviensis*, qui pertinent ad Imperatorem tanquam Regem Bohemiæ, & *Crosnensis*, qui ad Electorem Brandenburgicum spectat; In Lithuaniâ Principes *Radzivilii*, qui parent Regi Poloniæ: In Saxoniâ Princeps *Merseburgicus* & *Naumburgensis*, qui quidem nuperrimè vi *Instrum. Pacis Westphalicæ Art. 5. §. Electi aut Postul.* in Senatum Principum Imperii pro obtinendâ ibidem Sessione & Voto iterum cooptari magno molimine in Aulâ Cæsaris connisi sunt, iis tamen valdè se opposuit defunctus Elector Saxoniæ, Johann. Georg. IV. & multi alii Principes. Item Principes, qui gubernationi non præsunt, die abgetheilete Fürsten des Reichs / nec non Principes nonnulli merè titulares, personali tantùm dignitate & nomine gaudentes. Vel COMITES, quos *Beckmann in Not. Dignit. Illustr. Disp. 3. c. 3. N. 1.* Subordinatos vocat, & dicuntur: Lands-fürstl. Grafen / de quibus in *R. I. de A. 1548. §.* **Wiewohl auch in der Regierungs-Handlung.** Quales sunt sub domô Austriacâ *Comites de Hardeck*, sub domô Burgundicâ *Comites Nassoviæ*: Tales iterum fuêre *Comites* **von Hohenstein und Schwed / Herren zu Vierraden /** sub Electore Brandenburgicô: *Comites* **von Neugarten / Eberstein / und Massau /** sub Ducibus Pomeraniæ, *Reincking de R. S. & E. Lib. 1. Cl. 4. Cap. 14. N. 39.* Vel etiam BARONES, *d. R. I. de A. 1548. Speidel. voc.* **Freyherr /** qui non nisi à Principibus vel aliis Statibus Feuda vel Allodia possident, aliique eminentioris conditionis: Et NOBILES, quales inveniuntur in Austriâ, Bavariâ, Saxoniâ, Marchiâ Brandenburgensi, Palatinatu Superiori, Ducatu Brunsuicensi, Landgraviatu Hassiæ, &c. Et vocantur germanicè: Landesfürstliche / oder Gräfliche Ritter und Edelleute / quia Principes & Dominos recognoscunt für ihren Landes-Fürsten und Herren / quos Principes iterum vocant, Liebe Getreue / hique vicissim ipsis voce humiliori, Unsern gnädigen Herren respondere solent: Vel mallem eos vocare Status Provinciales, Lands-Stände / cum in plerisque Germaniæ

 Pro-

Provinciis jus ſtandi in Conventibus particularibus habeant, & dividuntur in Stifft-Land-Ambts-Cantzley-und Schrifft-Saſſen. In Saxoniâ ſivè ProvinciisDucibus Saxonicis ſubjectis diſtinguuntur in Schrifftſaſſios & Ambtſaſſios, illi ratione Jurisdictionis & bonorum immediatè Cancellariæ Principis, vel ejus Supremis & Curialibus judiciis: Hi Capitaneis ſivè Præfectis (den Ambt-Leuten) & Judicibus Provincialibus ſubjiciuntur. In Pomeraniâ Electorali diſtinguuntur in Schloß geſeſſene & gemeine Edel-Leute. Hiſce Nobilibus ſuo modo comparantur Patricii privilegiis Nobilitatis ornati, die Adeliche Geſchlechter / uti Patricii Noribergici, Auguſtani, Ulmenſes, Francofurtani, qui pro natis Nobilibus ubivis hodiè æſtimantur. Vel denique ſunt alii inferioris conditionis, qui ſemper parent, nunquam imperant, verbi gratia: CIVITATES MUNICIPALES, ſivè, juxta modernum ſtylum Curiæ, PROVINCIALES, Erb-Land-oder Fürſten-Städte / inque iis degentes CIVES diverſis Profeſſionibus, artibus & functionibus dediti: Suntque vel *Literati* ſivè *Eruditi*, qui continentur quatuor Facultatibus, *Philoſophicâ*, *Medicâ*, *Juridicâ* & *Theologicâ*: Vel *Illiterati*; Hi iterum vel *Artifices*, ut Mechanici, Aurifabri, quò etiam certo modo referri poſſunt Negociatores ſivè Mercatores, &c. Vel *Opifices*, qui diverſis ac neceſſariis Opificiis Civitati atque Civibus inſerviendis laborant, itemque *Plebeii* & *Agricolæ ſ. Ruſtici*, ruri in pagis viventes, quorum in Imperiô eſt infima, adhuc tamen pacis tempore tolerabilis conditio. Nullibi autem in totâ Europâ tanti æſtimantur, quanti in Sueciâ & Ducatu Finnicô, ubi vocantur ad Comitia Regni Suecici, quod ſingulare in Monarchiis, hoc Regno indultum magno Privilegio. Contrà in Poloniâ cum brutis æquiparantur, & diſtinguitur inter *Homicidium* & *Servicidium*. Pro illo pœnam Capitis ordinariam luere volunt; Pro hoc homicida ſolvit mulctam nimirum quinque Marcas Lubecenſes: Ulterius haut noxæ datur, ſed abſolutus evadit. Quorum opinio mihi videtur convenire cum Metamorphoſi Ovidiana: Ubi ruſticos in ranos commutatos fuiſſe legimus. *Sclavi* ſivè *Mancipia* in numerum Civium non veniunt, ſed poſſunt referri magis ad bona ſivè res; Et ſunt vel *Naturâ*, vel *Captivitate*, vel *Pœna*, vel *de Jure Civili*, per §. 5. *Inſtit. de Jur. Perſon.*

VIII. *Im-*

VIII. *Immediata* autem *Membra* vel Status ac Ordines Imperii sunt, vel non sunt. Neque enim, qui membrum Imperii, qui immediatè subjectus est Imperio, statim Status audit, ut constat ex *Deputations*-Abschied *de anno 1564. §.* Und wollen Wir / ibi: Gegen denen / so nicht Stände des Reichs / jedoch dem heil. Reich immediatè unterworffen. Etenim differunt *Imperio immediatè esse subjectum*, & *esse Status Imperii*. Immediatus namque Imperii Subditus dicitur, qui vel ratione Personæ immediatè Imperio subest, i. e. qui nullum alium Superiorem præter Imperatorem & Imperium ejusque suprema Judicia agnoscit, vel bona in & sub Imperio immediatè sita possidet, *Reinck. de Reg. Sec. & Eccles. L. 1. Cl. 5. c. 10. N. 29, 30-33.* Status verò Imperii aliquis tùm demum erit, quando *Immediatus Imperii Civis in breviarium Imperii sivè matriculam Cæsaris ac communi Procerum consensu inscriptus est, ut Cæsari in Comitiis de utilitate Imperii proponenti consilio, suffragio & auxilio adsistat, h. e. ut habeat votum & Sessionem sivè Suffragium, non solum consultivum, sed & definitivum in Comitiis, & oneribus Imperii contribuat.* Quibus requisitis hodiè ex *R. I. Ratisbon. de A. 1654. §.* Uber dieses haben ꝛc. *197.* & *Capit. Ferd. III. Art. 47. Ferd. IV. Art. 46. Leopold. Art. 44.* & *noviss. Joseph. Art. 43.* additum, ut imposterum nemo ad Senatum Imperii admittatur, nec pro vero Imperii Principe reputetur, nisi immediata ab Imperio bona (feudalia an allodialia sint, nihil referre videtur, *Excell. Dn. Rhet. Comm. ad Jus Feud. L. 1. T. 1. pag 65.*) dignitati adæquata possideat; fortassè unus atque alter est, qui jure suffragii in Comitiis Imperii gaudet, licet parum vel nihil bonorum ab Imperio habeat, Conf. *Fritsch. Ex. Jur. Publ. 4. p. m. 256.* it. *Nic. Myler. ab* Ehrenbach / *de Princ. & Stat. I. R. G. Part. 1. c. 10, 11.* qui simul plures adducit naturam Statuum intimius eviscerantes.

IX. Pro ejusmodi verò Imperii Statu non agnoscitur primùm Rex Bohemiæ à *Reincking. de R. S. & E. L. 1. Cl. 4. Cap. 3. N. 27. 31. Arumæ. de Comit. Cap. 4. N. 45. Auctore* der Grundfest des Heil. Röm. Reichs / *P. 2. Cap. 4.* aliisque plurimis (quod tamen affirmat *Goldast. in Bohem. Lib. 3. c. 3. Limn. I. P. Lib. 1. c. 5. Conring. de Fin. Imp. c. 26. & Strauch. Diss. Ex. 2. Th. 11. seq.*) propterea quod non habeat Jus Suffragii ferendi & sessionem in Comitiis Imperii universalibus, quod tamen essentiale requisitum & nota characteristica

sivè

ſivè forma interna eſt Status Imperii; Ita ipſe Ferdin. I. Carolo V. reſpondet: Daß ein König in Böhmen zu einigen Reichs-Tag nicht beſchrieben würde/ auch weder Stimm noch Stand in Reichs-Raht hätte/ *Acta* R. A. *de A. 1548.* apud *Limn. de J. P. Lib. 3. c. 8. N. 28.* Neque operas Imperio voluntariasque collationes præſtet, nec gratuita ferat onera, exceptis Turcicis collectis, à quibus nemini inſciis Statibus immunitas concedi poteſt, Vid. vir juris publici & privati ſcientiſſimus *Henric. Gunth. Thulemar. de Octovir. Cap. 14. §. 25.* neque in recentiſſimâ Imperii Matriculâ de A. 1654. quâ Camera Imperialis utitur, ulla Bohemiæ Regis mentio fiat. Imò excluditur Rex Bohemiæ à numero Statuum, tùm quia *Rex* eſt, tùm quia non *Juris germanici*; cum *Reges*, etſi Germaniæ ſubjecti Imperium agnoſcant, & *Terræ*, quæ non habent jus Civitatis germanicæ, pro Statibus non habentur, Conf. *Cocccj. Jurisp. Publ. Cap. 19. §. 9 & 10.* Attamen ſubjectus certâ ratione adhuc Imperio & civis Reipublicæ noſtræ meritò dicitur, quia Electoratum ab Imperio & Imperatore tenet, & privilegia ipſi per A. B. ſunt confirmata.

X. Deindè multi inveniuntur Principes & Duces aliique immediatè Imperio ſubjecti, qui tamen Status non ſunt; Tales ſunt Appanagiati: Niſi & ipſi immediatum ac regale Imperii Feudum habeant; Item Principes quidam Italiæ, v. g. Dux Mantuæ, Dux Mediolanenſis, Dux Mutinæ ſivè Modenenſis, Dux Montferratenſis, Duces Parmæ & Placentiæ, &c. it. Quidam Comites & Barones immediati per *Capit. Leopold. §. 40.* & *noviſſ. Joſeph. §. 39.* Verb: Grafen und Herren/ ſo in denen Reichs-Collegiis keine Seſſion oder Stimm haben/ oder von ſolchen Häuſern entſproſſen/ *Deputations*-Abſchied *de A. 1564. §.* Und wollen *29.* it. Quidam Commendatores Ordinis Teutonici.

XI. Porrò referas ad hunc etiam locum quædam *Capitula libera*, freye Käyſerl. Stiffter/ quibus *Schütz. V. 2. D. 9. Th. 19.* annumerat Capitulum Canonicorum Bruxellæ ſivè Bruckſalenſe, non procul à Spirâ im Brucheim/ it. Burſcheidenſe, quod eſt Monaſterium Virginum propè Aquisgranum, it. Collegium Arnsvillenſe propè Sarbrücken. Sed priora duo hodiè jure Statuum Imperii gaudent, habuerunt enim Ablegatos ſuos in Comitiis. Ratis-

Ratisbonens. 1654. ut patet ex Subscriptione de dicto Anno; Utriusque enim illius inter Prælatos Rhenanos, hujus inter Abbatissas extat nomen; Tertium autem rectè huc retuleris, eique addideris Cœnobium immediatè Imperio subjectum Erbacense in Ostro-Francia in Sylva Steigerwald / & Monasterium S. Michaëlis in colle Münchberg / juxta Bambergam sito; teste *Georg. Schubbard. de Austreg. Cap. 3. N. 27. Blum. de Proc. Cam. Tit. 26. N. 49.* Communitatum quoque & Pagorum Immediatorum mentio fit in *Instrum. Pac. Art. 5. §. 2. verf. Terminus à quo &c.* Quos recenset *Goldast. in Epist. Dedicat. Constit. Imp.* hisce verbis: Es seynd freye Reichs-Dörffer / Stuffelheim / Gedromstein / Gamb und andere / so mit Hoch- und Nieder-Gerichten begabet / und allein Käyserlicher Majest. ohn Mittel unterworffen.

XII. Denique nec inter Status referuntur Nobiles immediati in Imperio, (quibus originem dedit interitus Ducum Sueviæ & Franconiæ, *Ludolph. Hugo de Stat. Regn. Germ. c. 1. §. 8. Schwed. Introd. in Jus Publ. P. Spec. Sect. 2. c. 18. N. 4.*) vulgò nominati die Reichs-Frey-Hoch-Edel-Gebohrne / die freye unmittelbare Reichs-Ritterschafft / non quod ab omni planè, sed Ordinum Imperii jurisdictione liberi sint, solum Imperatorem pro Superiore recognoscentes, daß Sie von anderer Herren Landes-Obrigkeit gefreyet seyn / und Käyserl. Majest. und dem Reich allein mit Pflicht zugethan / Vid. *R. I. Spir. de A. 1542. §.* Dieweil aber etliche / rc. *R. I. de A. 1555. §.* Und in solchem Frieden / rc. ibi: Welche ohne Mittel der Käyserl. Majest. unterworffen / add. *Capit. Leopold. Art. 3. & 18. Joseph. Art 3 & 17.* Et quamvis bona nonnulla vel ex parte, vel in totum ab Electore, vel alio Principe & Statu Imperii tanquam Feuda recognoscant, immedietati tamen illorum non obstat, *Rosenthal. de Feud. Cap. 5. Concl. 18. N. 9. Sixtin. de Regal. Lib. 1. Cap. 4. N. 50.* Exinde enim tantum Vasalli sunt, Lehen-Leute / non autem Subditi vel Status Provinciales, Landsassen: Nullam quippè Domini in eos jurisdictionem exercent, quam eam, quæ ad Curiam Feudalem pertinet. Sicuti itaque multi Electores, Principes & Comites Imperii ab Inferioribus Statibus feuda tenent, horumque respectu Vasalli eorum sunt, ut mox dicemus, seu tamen hoc immediatæ eorum qualitati & præeminentiæ

nihil detrahit: Ita Nobilis certorum bonorum intuitu Subditus vel potius Vasallus esse potest, alterique Statui juramento Fidelitatis devinctus, qui tamen aliorum bonorum respectu immediatè subest Imperio, videlicet, si Feudum possideat Imperii, aut Castrum Liberum, ein frey Adelich Ritter-Gut/ nec alibi, quam in Gemeine der Ritterschafft Kasten contribuere soleat. Et hi immediati Nobiles gaudent quoad dignitatem pari honoris gradu cum illis Comitibus & Baronibus, qui Status Imperii non sunt, imò ante ipsos primum locum in Aulicô Judiciô Cæsareo obtinere possunt, si prius in numerum sint relati, idque ex *Capit. Leopold. Art. 40.* & *noviss. Joseph. Art. 39. in med.*

XIII. Distribuuntur autem à loco ubi degunt, in tres classes, *Franconiam*, *Suevicam* & *Rhenanam*, **R. A. zu Speyer** *de A. 1542.* **§. Demnach haben Wir ꝛc. R. A.** *de A. 1500. Tit.* **Was man mit den Ritterschafften.** Cui ultimæ voluêre annumerari Alsatiæ Inferioris Nobiles, die freye Reichs-Ritterschafft des Bezircks im Untern-Elsaß/ quoniam æqualia cum aliis immediatis habent privilegia ab Imperatore illis concessa, Vid. *Confirm.* des *Conjectur Recess.* zu Mergentheim aufgericht *D. Ferd. III. A. 1652.* sed irrito hactenus conatu, undè etiam in Recessibus Imperii nulla eorum fit mentio, *Spreng. Luc. Stat. Mod. p. 220.* Quæ verò causa sit, quod Nobiles immediati in Saxoniâ, Bavariâ, Westphaliâ, Marchiâ Brandenburgensi, Austria, &c. non reperiantur, sed omnes sint Landsasii, solummodò verò in Franconiâ, Sueviâ & Tractu Rhenanô Inferiori tales immediati Nobiles reperiantur, Vid. *Besold. in Tract. de Ordine Equestri p. 166. Nold. de Nobilit. Cap. 17. N. 22.*

XIV. Hi itaque omnes, ut dixi, Status Imperii non sunt, neque ut singuli, prout vult *Wehner. voc.* **Ritterschafft**/ neque conjunctim sumti, tanquam totum Corpus Nobilitatis, ut putat *Gylm. voc. Nobilit. Princ.* sed solis Titulis & immediatis Privilegiis ac Regalibus ferè omnibus, quæ jure Superioritatis Territorialis habent Status Imperii, tantum gaudent; Idque ideò, quoniam nihil neque de Jure Sessionis & Suffragii, quod præcipuum Status Imperii est signum, participant, *Arumæ. de Comit. Cap. 4. N. 3.* neque in matriculam inscripti, *Georg. Obrecht. de Jurisdict. Lib. 2. Cap. 7. N. 4.* neque

in Comitiis comparent, nec ad ea vocantur, siquidem ex nullo Historico constat, ab eo tempore, quo Nobilitas immediata cœpit, eam ad Comitia fuisse vocatam: neque censum aut Collectam sivè Imperii, sivè Turcicam præstant, nisi id fiat per subsidium Charitativum & precariò, de quô etiam Reversales accipiunt, scilicet Libertati & Juribus eorum hoc ipsum minimè præjudicare: utpotè cum ea, quæ à mera voluntate pendent, Præscriptioni nullam ansam suppeditent. Et hoc post quotidianam experientiam fatentur ipsi Nobiles Classis Franconiæ in literis A. 1619. Nov. 11. Norimbergæ Statibus correspondentibus exhibitis, hisce verbis: Weil die Reichs-Gefreyete Ritterschafft / als ein sonderbahr / doch der Röm. Käyserl. Majest. und dem heil. Reich / so wohl / als die Reichs-Städte ohne Mittel zugethane Corpus in der Reichs- und Creys-Matricul / auch dero Anschläge nicht begriffen / und auf die Reichs-Deputation und Creys-Convent, nicht beschrieben zu werden pflegten / ꝛc. Imò hodiè minùs dubii id habet, dum Statibus Imperii expresſè opponuntur, *§. 27. Instr. Pac. Art 3. & 5. §. 47. & 55. Capit. Leopold. Art 3. & 8. Joseph. Art. 3. & 8.* verb: Churfürsten und Stände des Reichs / samt der unmittelbaren Reichs-Ritterschafft / ꝛc. Nec obstat [1.] Aurea Bulla, ubi in Proëmio dicitur: Quod in præsentiâ omnium Statuum fuerit facta, ac inter cœteros etiam *Nobilium* fit mentio. Non enim sequitur, hic vel iste Recessus est factus præsente hoc vel isto: Ergò statim factus est ejus autoritate ac consilio. Exemplum dat ipsa Aurea Bulla in *Tit. 24.* ubi scribitur, priora Capita fuisse facta, *præsentibus etiam Delphinô Galliæ & Episcopo Albanensi*: Et tamen certum est, hos non fuisse Status Imperii. Nec [2.] *Capitulatio Ferdinand. III. Art. 17.* ibi: Die Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Grafen / von Adel und andere Stände / und Unterthanen des Reichs. Fit enim hic mentio & Statuum & Subditorum, ideoque Nobiles Imperii immediati sub Subditis, non autem Statibus comprehenduntur. Quamvis nihilominus laborent hodiè vehementer, ut in numerum Statuum recipiantur. Et verò haud paucæ pro illis rationes militant, ceu videre est apud Hippolytum à Treißbach / im unvorgreifflichen Bedencken über etliche Fragen der Reichs-Ritterschafft in Schwaben / Francken und am Rheinstrohm / Stand und Session betreffend /

 (cujus

(cujus scripti verus Auctor *Philippus Knipschildius* habetur) cui tamen se opponit *Limn. Lib. 6. de I. P. c. 3.* qui in *Addit. ad dict. C. 3.* & in *Addit. ad Capit. Carol. V. p. 22.* Hippolyti illius argumenta refutat.

XV. *Immediata* tandem *Membra, quæ Status Imperii sunt*, recenset *Reincking de R. S. & E. Lib. 1. Cl. 4. Cap. 21.* cui addi possunt Subscriptiones Recessuum Imperii. Infallibilis enim ac firmissima propositio est: Quicunque in Subscriptionibus Recessuum Imperii invenitur, ille est Status Imperii: Quandoquidem nemo ad ejusmodi Subscriptiones admittitur, qui in Comitiis Sessionem & Votum non habet, *Blum. Proc. Cam. Tit. 26. N. 48.* Distinguuntur autem in tres Classes, prout ita A. 1489. imperante Friderico III. Status Imperii divisos communiter opinantur, uti infrà *P. Spec. Memb. 1. Disc. 3.* audiemus. Harum *Prima* est SERENISSIMORUM ARCHI-PRINCIPUM ELECTORUM, partim Ecclesiasticorum, partim Secularium, vulgò der Chur- sive Wahl-Fürsten/ quorum nunc unicè Autoritatem Dignitatemque hac vice Deo volente venerabimur. *Altera* est PRINCIPUM, sub quâ comprehenduntur Ecclesiastici & Seculares, Archi-Episcopi, Episcopi, Abbates (qui principali dignitate gaudent, inter quos eminet præcipuus ordine & bonis *Abbas Fuldensis*, qui natus est Capellanus Cæsaris atque Augustæ Cancellarius) Prælati, Capitula sivè Collegia Canonicorum, Magistri Ordinum Militarium Sacrorum, quotquot eorum territoriorum ab Imperio immediatè dependens possident: Archi-Duces, Duces, Principes, Marchiones, Landgravii atque Comites, principali scil. dignitate fulgentes, Gefürstete Grafen/ qui quatuor comprehenduntur Scamnis, *Wetteravico, Suevico, Franconico* & *Westphalico* sivè *Saxoniæ Inferioris*. Hos autem omnes ordine recensere & exponere, non patitur Institutum nostrum, videri maximâ ex parte possunt apud *Gastel. de Stat. Publ. Europ. Cap. 13. usque ad 31.* imprimis apud *Arumæ. de Com. Imp. Cap. 2. N. 47.* *Tob. Paurmeist. Lib. 2. de Jurisdict.* *Otto. Jur. Publ. Cap. 8. per tot.* *Spreng. Luc. Stat. modern.* *Tertia* est CIVITATUM IMPERIALIUM, der Freyen-Reichs-Städte/ quæ non minus Imperio incorporatæ, quam ipsi Principes, Prælati & Comites, pariterque non nisi Imperatorem Superiorem agnoscunt: Quæque non solum hodiè in Co-

Comitiis ac aliis particularibus Diætis Votum Decisivum habent, *Instr. Pac. Art. 8. §. pen.* sed etiam illas olim Comitiis interfuisse apparet tùm ex *A. B. præfat. in fin.* tùm ex Subscriptione omnium Recessuum Imperii hactenus promulgatorum, & distinguuntur in *Scamnum Rhenanum* & *Suevicum*, de quibus Vid. *Paurmeist. c. l. C. 1. N. 17. in fin.* ubi harum sigillatim Catalogus recensetur, add. Autor **der Grundfest des heil. Reichs** / *P. 2. c. 6. Becl. Not. S. R. I. Lib. 11. Cap. 5. p. m. 156. Spreng. Jurispr. Publ. propè fin. pag. 456. seq. Schwed. Introduct. Jur. Publ. P. Spec. Sect. 2. Cap. 9.* Quando autem præcisè hæ Civitates ista libertatis jura acquisiverint, certò determinari nequit, nec uno tempore hoc factum esse legitur. Nonnulli referunt ad Henrici IV., alii ad Friderici I. & II. ætatem. A diversis sanè Cæsaribus titulo oneroso vel lucrativô illa obtinuerunt: Maximè verò extinctâ Ducum Sueviæ familiâ plures, quæ hodiè in Scamnô Suevico spectantur, ad immedietatem pervenerunt.

XVI. Et hæc tria immediata Membra strictiori Vocabulo & propriè *Status* & *Ordines* dicuntur, germanicè Stände oder Glieder des Reichs / qui cum Imperatore als ein Christl. Corpus und Versammlung considerantur, *Burgold. ad Instr. Pac. P. 1. Disc. 18. N. 2.* Exindè quoque est, quod in Comitiis tria dentur Conclavia sivè Collegia, *Electorum*, *Principum* & *Civitatum Imperii*, das Churfürstliche / Fürstliche / und Reichs-Städtische Collegium, hisceque tribus Regimen Aristocraticum in Comitiis absolvitur, & nemo horum ad gubernacula Reipublicæ sedet, quin ad se pertinere Jura Majestatis intelligat.

XVII. Dividuntur aliàs ratione Territorii, sivè quoad Ordinem Provinciarum hodiè in *Decem Circulos*, qui propriè & regulariter Status Imperii complectuntur. Non tamen omnes ad Imperium Rom. spectantes Provinciæ & Ordines in decem hosce Circulos sunt relati, sed omninò adhuc nonnulla Imperii feuda existunt, quæ sub Circulis istis non comprehenduntur, v. g. *Regnum Bohemiæ*, quod certissimum adhuc hodiè Imperii est feudum, sed nulli Circulo subest, Vid. *Arumæ. de Comit. Cap. 2.* ubì Goldastum refutat, maximè istâ decantatâ Ferdinandi I. Protestatione in Comitiis Augustanis A. 1548. oppositâ, ubi habetur, die Cron Böhmen

sey in einem Bezirck niemahl gewiesen worden. Pariter *Dux Mompelgardicus*, qui hodiè Status Imperii est, sub nullo autem continetur Circulo, Vid. *Fritsch. in Annot. ad Instr. Pac. Rubr Ulterior Additio p. 675.* it. *Dux Sabaudiæ*, qui Status Imperii, & in Comitiis Votum & Sessionem habet, nulli tamen Circulo annumeratur: Nec minus *Ducatus Mediolanensis*, *Mantuanus* ac *Modenensis*, *Marchionatus Finalis*, *Plumbinum*, *Orbitellum*, & quæ sunt alia plura in Italiâ ab Imperio adhuc Feudi titulo dependentia, quæ in nullo Circulo descripta. Imò plures itidem in Circulos relati sunt, qui Cives Imperii non sunt, Vid. *Strauch. Diss. Exot. 1. Th. 6.* ubi eorum aliquot recenset, qui Circulo Rhenano comprehensi.

XIIX. Est autem Circulorum horum Collocatio varia & differens. In Recessu Imperii de Ao. 1521, 1522. leguntur ordine sic dispositi: [1.] *Circulus Austriacus*, quem repræsentat & dirigit Archi-Dux Austriæ, hodiè Imperator. [2.] *Burgundicus*, quem plurimâ ex parte repræsentat & dirigit Rex Hispaniæ, tanquam Dux Burgundiæ, sed partem haud exiguam præterito & præsenti bello Gallus decerpsit, ita, ut nullum ferè amplius Imperii Statum in isto Circulo Rex habeat, adeoque non indiget amplius Convocatione. [3.] *Electorius Rhenanus*, sivè *Rhenanus Inferior*, (quem den Chur-Rheinischen vulgò vocant) cujus Director, Creyß-Ausschreibender Fürst / uti *in Instr. Pac. Art. 16. §. 2.* vernaculâ linguâ appellatur, qui habet jus convocandi Status Circulares, & in Conventibus Circularibus directorium gerit, est Elector Moguntinus, & Præfectus militiæ Circularis, Creyß-Oberster / oder Creyß-Hauptmann / qui præest militiæ & demandatam executionem perficit, *R. J. 1512. §.* Desgleichen sollen ꝛc. Elector Palatinus. [4.] *Saxonicus Superior*, cujus directorium habet Elector Saxoniæ, & Elector Brandenburgensis, cum Ducibus Saxo-Gothanis & Weimariensibus. [5.] *Circulus Franconicus*, cujus Director est Episcopus Bambergensis, & Præfectus Circularis hodiè Marchio Brandenburgo-Culmbacensis. [6.] *Circulus Bavaricus*, cujus Director & Præfectus Circularis est Elector Bavariæ cum Archi-Episcopo Salisburgico. [7.] *Circulus Suevicus*, cujus Director ac præfectus Circularis est Episcopus Constantiensis, & Serenissimus Dux Würtenbergensis.

[8.] *Circu-*

[8.] *Circulus Rhenanus Superior*, quem dirigit Episcopus Wormatiensis cum Comite Palatino de Simmern, ad quem loco Landgravii Hassiæ Darmstadiensis directorium pervenit, Vid. *Limn. Tom.4. I.P. ad L. 9. c. 1.* [9.] *Westphalicus*, quem dirigunt vi *Rec.* zu Dorsten *de Ao. 1655.* Zu Cleve *de Anno 1666.* Und zu Neuß *de Anno 1667.* Episcopus Monasteriensis & Elector Brandenburgensis ut Dux Juliacensis, itemque Elector Palatinus. [10.] Tandem *Saxonicus Inferior*, cujus Directorium & quidem alternativum, juxta *Recess. de dato 6. Nov. 1652.* hodiè, postquam Administrator Magdeburgicus Augustus Dux Saxoniæ fatis cessit, & Archi-Episcopatus vi Instrumenti Pacis *Art. 11. §. Similiter* in Ducatum Brandenburgicum conversus, Serenissimus ac Potentissimus Elector Brandenburgensis; cum Rege Sueciæ, utpotè Duce Bremensi, habet, semper tamen condirigentibus Ducibus Brunsuicensibus & Lüneburgensibus, Vid. *Instr. Pac. Art. 10. §. 4.* Exindè etiam in allegatô Recessu conventum, daß bevor ein Creys-Tag ausgeschrieben wird / beyde alternirende Directoria, zusamt den Fürstl. Braunschweig. und Lüneburgischen Condirectorio zusammen kommen / des Ausschreibens halber / und wie es eigentlich einzurichten / deliberiren sollen. Olim volebant addere Circulum Bohemicum & Borussicum, (quo tempore Borussia Imperio nostro adhuc suberat) sed res successu caruit, *Limn. I. P. Lib. 1. Cap. 7. N. 37. Goldast. P. 1. Act. Imp. p. 129. Strauch. Exerc. Jur Publ. Ex. 1. Th. 4.*

XIX. Atque hi Circuli saluberrimo pro pace & concordia Reipublicæ consilio, nempè ad continendum feliciter Imperium & expedienda negocia publica à Maximiliano I. Imperatore & Statibus Imperii Ao. 1512. in Comitiis Trevirensibus sunt constituti, R. A. zu Trier und Cölln *de Ao. 1512. §.* Darauf haben Wir samt den Ständen. add. *Bornmeister. in Introduct. in Historiam Universalem Monarchicam p. 369. Horn. in orb. Polit. c. 1. §. 11* à Carolo V. verò posteà in Comitiis Noribergensibus repetiti ac confirmati, R. A. zu Nürnberg *de Anno 1522. sub Tit.* Erklärung des Land-Friedens. Ex quô instituto non vulgaris, sed admiranda sanè prudentia elucescit, cum haud mediocris sit difficultatis, vastum Imperii corpus ad regimen aliquod civile suscipiendum aptare & disponere posse. Cur autem instituti hi Circuli, docet *Bacl. in Notit. S. R. I. Lib. 3. Cap. 1.*

pag.

p. m. 32. it. *Schwed. in Introduct. in Jus Publ. P. G. c. 5. §. 2.* Qui vero Status singulis istis contineantur, tradunt accuratè *Thuan. Lib. 2. Histor. Reinck. de Reg. Sec. & Eccl. Lib. 1. Cl. 4. c. 1. Limn. I. P. Lib. 1. c. 7. N. 29. seqq.* & accuratius *Martinus Zeilerus in utilissimo suo Tractatu de X. Circulis Imp. Rom. Germ.*

XX. Cæterum adhuc alia circumfertur Ordinum Imperii Divisio in Quaterniones, cujus tamen Origo sicuti est admodum incerta, ita & ejusdem usus maxime inutilis, quâ de varia videri possunt judicia apud *Schütz. I. P. Vol. 8. Th. 1. lit. a. Conring. Exerc. de Civ. imp. N. 40, 41.* itemque *Fritsch. in Exerc. I. P. Part. I. Exerc. XIV.* ubi prolixè exponit: Num Divisio Ordinum Imperii in Quaterniones idoneô nitatur fundamento.

XXI. Denique restat tertium genus Membrorum seu Civium Imperii, quod nonnulli subjiciunt, nimirum qui certo respectu sunt *Mediati*, alio verò respectu *Immediati*, adeoque *Mixti* vocantur. Suntque illi, qui ratione certorum jurium & privilegiorum, ab Imperatore illis indultorum, uti sunt: Mixtum & merum Imperium, teloniis gaudere, collectas indicere, monetas cudere, &c. Imperio immediatè subsunt, & Cameram vel Judicium Aulicum Judices habent, imò nonnunquam Status sunt Imperii & Jure sententiam in Comitiis dicendi gaudent; ratione verò domicilii & bonorum, quæ in alterius territorio habent, vel etiam, certis pactis & conditionibus alterius Principis & Status Subditi vel Vasalli sunt, eumque Superiorem agnoscunt. Non enim novum est, ut quis in Republicâ Romanâ duplicem personam diverso respectu sustineat. Et sunt Reges quidam Exteri, qui in Imperio certas quasdam ditiones possident, quarum nomine Status Imperii sunt, licet in Regnis suis agnoscant neminem; Quare non fieri queat, ut immediata quædam Imperii membra ratione bonorum & feudorum in alienis territoriis sitorum, illis subditi vel potius Vasalli sint, absque diminutione Status sui liberi. Talia sunt v.g. nonnulli Comites & Barones, *R. I. de A. 1548. §.* Wiewohl auch ꝛc. *Cap. Leop. Art. 44.* & *noviss. Joseph. Art. 43. in fin.* Et huc pertinent Comites de Schwartzenburg, qui Comitatum ab Electoribus Saxoniæ in Feudum recognoscunt, unde Vasalli ejus sunt, & in causis feudalibus ipsius forum

forum sequuntur. it. Comites de Riedberg, qui Vasalli sunt Principum Hassiæ, personale tamen homagium præstant Imperatori & Imperio. Idem de Comitibus Waldeccensibus dicendum, Vid. *Instrum. Pac. Art. 16.* nec minus Rhingravii, qui respectu Comitatus Salmensis sunt Landsassii Lotharingici, quamvis intuitu feudorum Imperialium sint Wildæ zu Dam und Kirchberg, Rhenique zu Stein und Birnberg/ Comites Imperio immediatè subjecti. Hi omnes duplici respectu, quo clarent, Reichs- und Landsfürstliche Grafen vocari poterunt. Siquidem una eademque persona diversis qualitatibus prædita, pro diversa quoque rectè haberi diversoque jure censeri potest. Pari ratione ejusdem generis sunt Nobiles quidam, quorum aliqua ex parte suprà *§. XII.* mentionem fecimus, & in iis exempla ubique obvia sunt. Itemque Civitates nonnullæ, quibus accensent *Bremam*, cui hodiè Sueci negocium facessunt, eique admodum insidiantur, qui citra istam Ducatui suo nunquam satis cautum credunt. Et quidem huic non immeritò dubius Status remansit ex Pacificatione, quam A. 1666. cum Rege Sueciæ, ut Duce Bremensi, inivit; Ubi pacta est Civitas & stipulata, se ante annum 1700. votum & Sessionem in Comitiis nolle adsumere, nec libertate aliis Civitatibus imperialibus competente uti. Integra historia controversiæ hujus Bremensis est apud *Limn. Tom. IV. Jur. Publ. c. 7. p. 202. 203. Knipschild. de Civit. Imp. L. 2. c. 6.* itemque *Burgold. ad Instr. Pac. P. III. Disc. 13. §. 3.* & *Gastel. de Stat. Publ. Europ. noviss. P. 6. c. 32. §. 52. seq.* qui præcipuè, ubi de Statu Civitatis hodiernô agitur, consulendus est. Deindè mixtis illis urbibus connumerant *Hamburgum*, civitatis Amstelodamensis æmulam, ex prætensione Regis Daniæ, ut domini territorialis Holsatiæ, qui ejusdem territorii nomine & ditionis Schaumburgensis, in quâ sita est urbs, homagium prætendit, salvis tamen libertatibus, immunitatibus & privilegiis, quæ ab Imperiali Culmine possidet. Atque indè Civitatem quoad ista Imperio immediatè subjectam, & proindè Statum Imperii: In aliis verò Ducibus Holsatiæ subditam esse nonnulli volunt; Contrà Hamburgum prorsus se liberam Civitatem esse dicit, cujus fundamenta & totam ejus controversiam cum Ducibus Holsatiæ ex Theatrô Europæo aliisque optimis hujus Seculi Autoribus

nobis ſuccinctè ſuppeditat *Burgold. c. l. §. 4.* Verum cum cauſa hæc, quæ hodiè Sereniſſimo noſtro Electori Brandenburgico imprimis curæ cordique eſt, nondum planè ſit deciſa, ſed Status hujus urbis adhuc dubius, meritò Hamburgum, non quidem mixtam, ſed controverſi juris Civitatem rectius forſan dixeris. Apprimè autem huic Civitati conducit, habere Vicinos & Patronos potentiſſimos Electorem Brandenburgenſem, ut & Electorem & Duces Brunſu. & Lüneburgenſes, quibus auxiliatoribus ſe ſuaque defendere poterit. Porrò inter Mixtas Civitates multi etiam referunt *Civitatem Brunſuicenſem,* quæ certo reſpectu, ratione ſcil. territorii, Ducem Brunſuicenſem recognoſcit: Ratione tamen Regalium, quæ habet ab Imperatoribus eadem Imperio immediatè ſubeſt. It. *Herfordiam*, ob Prætenſionem Marchionis Brandenburgici: *Goslariam*, ob Prætenſionem Ducum Brunſuicenſium ac Lüneburgenſium; Et quæ una atque altera Civitas adhuc alia, quæ mixtæ conditionis à nonnullis habetur. Quod mixtum tamen genus in Conſtitutionibus & Actis Imperii Publicis nullum habet fundamentum, ex hac fortaſsè ratione, quod à potiori ſemper debeat fieri denominatio. Exindè etiam multi Juris Publici Doctores hanc tripartitam Membrorum & Civium Imperii diviſionem impugnant.

DISCUR-

DISCURSUS II.

De *Electoribus in genere, eorumque Origine, Numero, Divisione ac Modo, quo ad Electoratum perveniunt, eodem quoq; excidunt.*

I.

POstquam de Præeminentiis Electoralibus paucula quædam hac vice tradere animum induxerim, non abs re me facturum esse arbitror, si adhuc nonnulla in hoc Discursu de Electoribus in genere præmiserim, quorum auxilio facilius quodammodò in ipsius rei cognitionem devenire possumus. Imprimis verò de eorum Origine, Numero, Divisione ac Modo, quo ad Electoratum perveniunt, quoque eodem possunt excidere, quædam hic interserere ab Instituto non erit alienum.

II. Quod Originem Gloriosissimi hujus Collegii attinet, in istâ monstrandâ mirum quam valdè dissentiant Eruditi, & quam varia magno & vario conatu exquisiverint varii. Quidam enim initia ejus referunt ad tempora Caroli M. qui seculo regnavit octavo, quod facit *Hotomann. in Franco-Galliâ Cap. 6.* & *Spangenberg. Chron. Scabin. Magdeb.* quorum verò opinio statim refutari potest exindè, quod ipse Carolus M. Ao. 813. Filium suum Ludovicum Imperii consortem fecisse traditur; *Albas Ursperg. in Car. M.* Alii ista reducunt ad tempora Henrici II. circa 1002, *Nicol. Cusan. Lib. 3. c. 4. de Concordiâ Cathol.* Alii Conradi II. III. vel IV. Alii Ottonis III. vel IV, quod *Goldast. Lib. 3. de Regn. Bohem. Cap. 5. §. 9.* se fecisse fatetur, idemque

con-

contendit *Buxtorff. ad A.B. Cap.4. Concl.41. lit. E.* Quidam Collegium illud tempore Friderici I. sivè Barbarossæ circa annum 1152. cœpisse volunt, ut *Peucer. in Chron. Lib. 4.* Alii ejus Institutionem adscribunt Friderico II. Imperatori, quamvis nulla hac de re Friderici extet Constitutio, potius *Specul. Saxon. Art. 56.* testetur, tum temporis adhuc omnes Principes Imperatorem elegisse. Alii tempore Caroli IV. istud cæpisse contendunt: Nonnulli denique tacito Imperii consensu ab occultis initiis interveniente temporis diuturnitate, quod hominis memoriam excedit, illud inductum volunt, *Arumæ. de Comit.* Quem Historicorum dissensum diligenter collegit *Heig. P. 1. Qu. 3. §. 10. seq.* & *Schwed. Introduct. in J. P. Part. Sp. Sect. 2. Cap. 2. §. 2.* Verum communissima & constans per duo secula & quod excurrit, ab anno nimirum 1250. ad annum circiter 1500. fuit opinio, Ordinem Electorum expressâ Constitutione tempore Ottonis III. circa annum Christi 996. aut 997. secundum supputationem *Michaëlis Benthers in Not. ad Animadv. Histor. Cap. 13. §. 18.* cæpisse. Et hæc approbata non tantùm à Chronographis, sed etiam JCtis, Vid. *Dan. Otto Jur. Publ. Cap. 10.* imprimis à *Christophorô Gewoldô* & *Simone Schardio*, Cameræ Imper. Adsessore peculiaribus scriptis magno molimine propugnata est; Imò adhuc etiam noviter istam amplectitur *Michaël.* Schifferer *Diss. de Orig. & Potest Elector. Th. 4.* Qui tamen in eô inter se differunt, quod horum alii ab Ottone ipso, ob singularem ingenii præstantiam Imperatore celeberrimo, alii, præsertim Romanæ Curiæ adsentatores, à Gregorio V. Pontifice Ottonis συνχεόνῳ & Consanguineo hanc Constitutionem factam censeant, in quô præ cæteris anxius laboravit *Bellarminus Lib. 3. de Translat. Imp. Cap. 3.* cujus sententiam etiam probat *C. Venerabilem X. de Elect.* & *C. 2. de Re Jud.* quæ tamen Capitula, ut & plurima alia ad Tyrannidem Romani Præsulis excogitata sunt.

III. Sed Cordatiores ab utraque hac vulgari ac receptissima sententia jure merito discedunt. Primus autem inter illos, qui Constitutionem Collegii hujus Electoralis sivè ab Ottone III. sivè à Gregorio V. factam impugnarunt, fuit Onuphrius Panvinius Veronensis in aureo de Comitiis Imperatoris Libello *Cap. 6. per tot.* Quin ante illum *Joh. Aventinus in Annalibus Bojoaricorum lib. 5. fol. 310.* id

id jam in dubium vocarat, ſcribens: *Se compertum habere, poſt fata demum Friderici II. Imperatoris inſtitutos fuiſſe Septem Electores, & à Gregorio X. confirmatos;* quos deindè inſecuti Cardinalis *Baronius Tom. 10. Annal. ad ann. 996. §. 56. Lehman. Chron. Spir. Lib. 5. Cap. 17. Thuan. Lib. 2. Cap. 3.* itemque Bellarminus ipſe vi coactus veritatis, aliique quam plurimi. Et ſanè certum omninò eſt, nullam ſivè Ottonis ſivè Gregorii Pontificis de hac Inſtitutione extare Conſtitutionem, cum à nemine unquam mortalium hactenus fuerit viſa: Neque Hiſtoricorum veterum tàm Germanicorum quàm Italicorum quemquam aliquam ſaltem ejus aut Electorum facere mentionem: Ut in re tantâ tàmque memorabili & ſeriâ tàm altum ſilentium Scriptorum cæteroquin minima maxima annotantium ſatis mirari non poſſemus. Quid? Quod Carolus IV. in A. B., nec omnes Imperii Principes Conſtitutionis alicujus meminerint, quod ſine dubio feciſſent, ſi tale quid unquam ſtatutum eſſet. Solent namque poſteriores Imperatores in Conſtitutionibus ſuis, in quibus Priorum Sanctiones vel omninò abrogant vel obrogant, id non oblivisci: Potiùs Carolus in A. B. ad Conſuetudinem provocat, quæ Conſtitutioni opponitur. Quorſum & facere videtur, quod indè ab Ottonis III. temporibus usque ad Fridericum II. ejusque Filios Henricum & Conradum incluſivè Imperatores fuerint creati, non à ſeptem tantùm Principibus, ſed in Comitiis communi omnium Procerum ſuffragio, & ab omnibus, quibus ex Germania & Italia intereſſe placeret, Vid. infrà *Part. Spec. Memb. 2. Diſc. 1. §. VII.* Itaq; vera ac probabilior ſententia, cui & nos, quod præter album calculum adjiciamus, non habemus, à plerisque Germanorum Cordatiſſimis dicitur, quod mortuo Friderico II. Imperatore, rebus per Germaniam mirè turbatis, in diuturno & notabili illo Interregno, quod computatur inter Friderici II. & Rudolphi I. tempora, quibus publica negotia ferè nemini curæ cordique erant, und darinnen man todt ſchlug/wer einen Krum anſahe; denn da war kein Einſehen/ut quidam de Statu iſtorum temporum loquitur, Splendidiſſimum hoc Archi-Principum Collegium qua tale cœpiſſe, & quidem nulla expreſſa Conſtitutione vel Imperatoris vel Pontificis, quicunq; etiam nominetur: Nec uno nutu, aut Speciali aliqua Lege, ſed conſuetudine

pedetentim & sensim Ordinum consensu approbata, per ea quæ tradit *Arumæ. Disc. 3. ad A. B.* & *Conring. in Annotat. ad Lampad. P. 3. c. 4. §. 1.* idque inter annum Christi 1250. & 1273. eo namque anno *Peucerus. Chronic.* & multi historiarum scrutatores bonæ fidei Septemviros solos unanimi consensu Rudolphum Habsburgensem, & quidem non de factô, sondern aus Ihnen theils selbst zugestandenen/ theils von den übrigen Reichs-Ständen nachgegebenen Rechte/ elegisse tradunt; donec tandem, ut quieti Imperii consuleretur, quod consuetudine introductum, solenni & firma Lege Carolus IV. Imperator in *A. B. Tit.* statim *I.* consensu Ordinum expresso stabilivit, atque tunc in nomen scripti juris transiit, de quibus in *Part. Spec. Memb. 2. Disc. 1* fusius. Et ex eô tempore hi Principes ELECTORIUM TITULUM sibi adsciverunt, quo anteà non erant insigniti, sed propter eorum Imperii Officia *Septemviri* vocabantur, ampliorique quam cæteri Principes dignatione æstimari cœperunt.

IV. Quod autem numerum, quo Collegium illud Electorale absolvitur, concernit, constat de eo, quod ordinariè & ab initio per *A. B. Tit. 3 4. 6.* fuerit Septenarius. Hinc *Reusnerus in descript. Urb. Imp. p. 13.* inquit:

Septem Clara viris fulget Germania Magna,
Quos penes arbitrium Cæsaris omne manet,

Qui numerus adeò strictè olim observatus, ut nullo modo potuerit obtineri, ut Octovir adderetur. Nam Maximilianus I. Imperator tentans Coloniæ Agrippinæ Electores, ut Archi-Duces Austriæ ad ipsorum Collegium admittant, repulsam est passus, ne antiquissima Majorum instituta commutarentur, *Hartm. Maur. de Coronat. Carol. V.* apud *Goldast. Polit. Imp. P. 3. p. 247. Schrad. Rer. Germ. Tom. 2. p. m. 26. Marquard. Freher. in Not. ad Pet. de Andlo L. 2. c. 1.* quamvis etiam fortasse eo ipsô noluerint, autoritatem Domus Austriæ, jam tùm spe Regni Bohemiæ turgentis, majora incrementa capere. Pariter nec Gabriel Bethlemus Transsylvaniæ Princeps hoc seculo obtinere valuit, ut Regi Hungariæ, alioquin exemto, dignitas Electoralis conferretur, ut ex Cancellariâ secretâ Anhaltinâ refert *Goldast. Lib. 3. de Regn. Bohem. Cap. 5. §. 5.* Hinc quoque est, quod le-

legitur, daß 1646. mense Julio bey der über die Zulassung des 8ten Electorats damahligen angestellten Reichs-Deliberation, die protestirende Stände keinen Achten Churfürsten admittiren wollen/ sondern haben begehret/ daß die Chur Abwechselungs-Weise Bayern und Pfaltz zugleich/ die Länder aber dem Pfaltzgrafen restituiret werden solten; Darum/ daß man von denen alten Verfassungen nicht gern abgehen/ und den in der güldnen Bull/ als des Röm. Reichs Fundamental-Gesetze einmahl beliebten und verordneten Numerum Septemvirum nicht vermehren wollen. Dadurch dann dem gantzem Teutschlande damahls höchstnötige Friede bey denen Westphälischen Tractaten nicht wenig retardiret und aufgehalten wurde. Conf. *Theat. Europ. Tom. V. p. 1113.* itemque *Acta Pacificat. Westphal.* Et certum persuasum habeo, quod ex nullâ aliâ ratione in Aureæ Bullæ Sanctione *Cap. 7.* Serenissima Electoralis Dignitas ad solum primogenitum privativè restringatur, quam ne septenarius Electorum numerus, cæteroquin strictè observandus, multiplicetur, nec possessor Electoratus in Consortium Electoralis Regiminis agnatum admittere possit aut tolerare debeat.

V. Quod verò septenarius præcisè numerus ad Collegium istud accommodatus & sufficiens visus fuerit, probabilem subesse rationem maxima Politicorum pars sibi persuasum habet. Forsan ea est in respectu habito ad consuetudinem Regni Persici, ubi septem fuêre Principes, Cambyse sine liberis mortuo, equi hinnitum ad creandum Regem adhibentes. Vel id factum, quod numerus septenarius à Veteribus sacer & perfectus semper sit habitus, ut suspicatur *Anton. Coler. de Jur. Imp. Germ. Sect. 44.* ita enim, si quando magnæ res sunt perficiendæ, hoc numero absolvuntur, quod collige ex *Gen. 2. v. 1, 2, 3. Exod. 20. v. 10, 11. Cap. 21. v. 2. Jos. 6. v. 4. 2. Reg. 5. v. 10. & 14.* Undè etiam in Testamentis solennibus condendis hic numerus testium placuit Legum Conditoribus *§. 3. Inst. de Test. Ord. L. 12. pr. ff. L. 21. pr. C. qui testam. fac. poss.* Et in Jure publico illud notabile est, quod Electorum Filii à septimô ætatis annô instrui in Italicâ & Sclavonicâ Linguâ debeant, secundum præscriptum *A. B. c. 30. & ult.* Siquidem magna imprimis vis & efficacia septenario in ætatibus, morbis, diebus criticis tribui solet.

Ve-

Verum numeris quicquam velle mysterii atque efficaciæ tribuere, ingenium potius redolet, quam veritatem, imò ad superstitionem quam proximè accedit. Et cur septenarius aliis perfectior sit, causam non video, imprimis cum & alii novenario, alii senario, alii ternario eandem tribuant perfectionem; & procul omni dubio tria, sex, novem perfectiora sunt, cum dividi & converti pluries possunt. Hinc rectè Plutarchus existimat, quemlibet numerum suæ laudis materiam ingenioso præbere posse. Quod verò de omine & efficacia Septenarii in ætatibus, morbis, diebus criticis, aliisque mutationibus prædicatur, non tàm ad vim numeri, quàm alias causas sæpè nobis occultas spectat. Proindè, cum Collegium Electorale, ut modo diximus, nullâ expressâ Constitutione, nec uno nutu, aut speciali aliquâ Lege, sed consuetudine pedetentim increverit, utique veritati congruit, de mysterio aliquo aut efficaciâ septenarii numeri eo tempore, cum Electores cœperint, non fuisse cogitatum, sed istos ingenii lusus post stabilitam jam & satis confirmatam hanc curiam invaluisse, quibus Aurea Bulla fortassè nonnullis suis similitudinibus ansam suppeditaverit, Conf. *Lunigii Sylloge. Negoc. Publ. ab Imper. Europ. Reg. Elector. Princ. & Statibus p. m. 1230. seq.* Magis ad rem loqui videtur *Onuph. Panv. de Comit. Imp. Cap. 9.* ubi numerum hunc Electioni accommodatum esse ait, quod tribus Electoribus à reliquis tribus dissidentibus quartus alterutri parti accedens discordiam, quam excludere præcipuum hujus instituti scopus unicus fuit, ut vel ex præfatione Aureæ Bullæ colligitur, componere possit. Quamvis & ea ratio tanquam ad quemvis numerum imparem nimis generalis esse videatur, quippè huic etiam numero ternario vel quinario satisfieri potuisset. Quare nos sepositis hisce rationibus & mysticis & politicis, verissimam & historicam hujus rei rationem esse autumamus, quod hi septem tantum Principes, qui hodiè Electores audiunt, in Principum numero opum magnitudine & publicis Imperii officiis hæreditaria quasi successione eminuerint: In hos septem ergò & quidem solos augustissima hæc potestas & transierit & transire debuerit. Und wann es sich gefüget hätte / daß der födersten Reichs-Officialen mehr oder weniger gewesen wären / so wären auch mehr oder unter sieben Churfürsten nachmahls worden.

VI. Quic-

VI. Quicquid tamen sit, Seculi hujus A. 48, urgente extrema necessitate, & publicæ tranquillitatis causa, uti verba Instrumenti Pacis sonant, vetustus hic Ordo Septem virorum, qui 400. annos duravit, consilio imprimis Suecorum, ad Octonarium transiit numerum, ac cautum expressâ tunc Lege, quod imposterum non amplius septem, sed octo debeant esse Electores, *Instr. Pac. Cæs. Suec Art. 4. §. 3.* So viel das Haus Pfaltz betrifft/ꝛc. it. *Instr. Pac. Cæs. Gall. §. 13.* ubi expressè dicitur, daß in Krafft dieses Vergleichs die Achte Chur-Stelle stat finde. Dubitatum quidem fuit initio, an contra Legem Imperii fundamentalem, *Auream Bullam*, id fieri posset aut deberet, cum Carolus IV. *perpetuò valituram Legem* condere voluerit, *A. B. Tit. pr.* & *Tit. 7. in fin.* Verum prævaluit illorum sententia, qui mutationem Legis istius suadebant, & approbabant sic urgente inevitabili necessitate ac salute Imperii; Inter Conditiones enim Pacis principaliores erat *Restitutio Palatini.* Leges autem fundamentales Rationi Status seu Saluti Reipublicæ subjacere, Saniorum Politicorum dogma est. Fiunt namque ac feruntur Leges propter Rempublicam, & ut hæc sit salva: Non autem Respublica constituitur propter Leges; atque ideò, qui ad Clavum Reipublicæ sedent & moderantur Imperium, videre debent, ne quid detrimenti capiat, etsi Legum negligatur tenor. Et hinc etiam in Conventu Osnabrugo-Monasteriensi hujusmodi Octavi Electoratus Introductio secutis Comitiis Ratisbonensibus Ao. 1654. communi placito confirmata; quicquid contradicat Anonymus Autor, qui inscribitur *Status Germaniæ deplorandus* An. 1664. impressus, ea de causa, quod Innocentius X. Papa Pacificationem Monasteriensem & Osnabrugensem, & consequenter hanc Electorum Auctionem Solenni Bullâ (vel satius, *Brevi Apostolico*, quod adducit *Thulemar. in Octovirat. Cap. 6. §. 8.*) nullam esse declaraverit 26. Nov. Ao. 1648. hac addita ratione, quod *numerus dictorum olim autoritate Apostolicâ præfinitus* (quod magno molimine propugnare conatur Michaël Lonigus in Consilio Gregorio XV. Pontifici A. 1623. exhibito de adhortando Maximilianum Ducem Bavariæ ad petendam dignitatis Electoralis nuper obtentæ confirmationem à Sede Apostolica) *sine sedis præfatæ consensu augeri non possit, nec Octavus Electoratus in favorem CAROLI*

LUDOVICI COMITIS PALATINI instituti. Accuratissimus enim hic Princeps, *qui non vidit per Oculos Ministrorum, sed ipse gubernacula Regiminis in seram noctem haud raro moderatus est, tantâ vigilantiâ, ut sæpè in oculis somnum non viderit*, hic, inquam, omnium primus fuit, qui una cum Successoribus suis istum obtinuit.

VII. Occasionem autem dedit huic instituto & augmento infelix Coronæ Bohemicæ Receptio *Friderici V.* Comitis Palatini, *Caroli Ludovici* Parentis Ao. 1619. facta, & mox subsequuta exindè inaudita ejus præscriptio, Vid. *Theat. Europ. Tom. 1. pag. 245.* Nam cum Fridericus, mitissimi sanè ingenii Princeps, Bello Bohemico, tanquam liti peculiari inter Status Bohemiæ eorumque Regem Ferdinandum II., Zelo in Religionem Catholicam nulli ante se Cæsarum secundum, sese immiscuisset, adeò, ut ad instantiam Procerum ejus Regni (quorum præcipuæ causæ extant in Deductione Bohemicâ de Ao. 1620. & Actis Bohemicis de Ao. 1621.) uxoris insuper regiæ Elisabethæ Jacobi VI. Regis Angliæ Filiæ (quæ marito ad suscipiendam Bohemicam Coronam hisce verbis: REGIAM FILIAM HABES, ET CORONAM RENUES! Calcar addidisse fertur) suorumque ambitiosorum Consiliariorum, inter quos præcipuus fuit *Camerarius*, posteà Friderici, quà Regis Bohemiæ supremus Cancellarius in Regno, stimulis accensus, Coronam etiam Bohemicam ipsam d. 4. Novemb. 1619. Pragæ solenniter recepisset, juxta Distichon Steithagii:

SCeptra paLatInVs qVæ noLLet taCta boheMa
aLIte non faVsta CepIt In arCe pragæ,

Anno subsequenti 1620. 8. Nov. styl. nov. ipsa dominica, cum è Sacris Rostris apud Romanos explicaretur Evangelium: *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ sunt Dei*, pugnâ decretoriâ, Ducibus Mansfeldio & Anhaldino, in conspectu Urbis Pragæ, ad Album Montem (Weissenberg) collatis cum Cæsareis Bavaricisque Copiis signis, commissâ, victus, non Regnô tantùm, cujus usumfructum vix per unum Solstitium possederat, sed & paulò post, dum per Conventum Mülhusii celebratum pro Cæsaris Rebelli declaratus fuit, avitis juribus ditionibûsq; exutus, & à Ferdinando II. Imperatore proscriptus est, cujus Proscriptionis Edictum exhibet *Lun-*

Lundorp. T. II. L. 6. c. 1. Electorali dignitate in *Maximilianum* Ducem Bavariæ, in contrarium licet obnitentibus Electoribus Saxoniæ imprimis & Brandenburgico, in præmium translatâ, quippè qui contra Fridericum operam navaverat strenuam, tredecimque auri milliones pro ipso ad bellum gerendum expenderat, pro quibus ei à Cæsare Hypothecæ loco Provincia illa, quæ vulgò audit das Land ob der Ens erat constituta: Huic autem pecuniæ summæ solvendæ se imparem Imperator Ferdinandus sentiens, Palatinatum Superiorem cum dignitate Electorali ipsi contulit; adeoque Cæsar de alienis Bavaro satisfaciens, suaque recipiens tredecimque Millionum debito per acceptilationem quasi liberatas, privatum suum interesse hac ratione insigniter promovit. Quoniam verò desideratissima Germaniæ pax aliter haberi non posset, nec lis satis periculosa componi inter Maximilianum Bavarum & Carolum Ludovicum Palatinum, Friderici primogenitum, quorum ille Electoratu decedere erubescebat, hic verò eum recuperare modis omnibus studebat, uterque suos habens Fautores & Defensores potentissimos, Salus Reipublicæ, quæ suprema Lex est, suasit, ut Bavarus, ne omninò recompensâ destitueretur, Palatinatum Superiorem cum Electoratu adhærente cum Comitatu Chamensi, quamdiu quidem Guilielmi stirps Bavarica fuerit superstes, retineret; Palatino verò, ne omninò neglectus videretur, sed saltim aliquatenus restitueretur pristinæ dignitati, Palatinatus Inferior cum Octavo Electoratu sub Archi-Thesaurarii Imperii Titulo, inaudito hactenus apud Germanos exemplo, adsignaretur: Cum hoc tamen temperamento, ut extinctâ Lineâ Wilhelminâ sivè domo Bavaricâ in specie sic dictâ, superstite verò Palatinâ, Palatinus, sivè is, qui est ex Lineâ Rudolphinâ in pristinum locum reducatur, Octavo Electoratu prorsus expungendo, (temporalis enim hic tantùm est) atque sic Electoralis Dignitas ad Formam antiquam & Numerum Septenarium redeat, *Instrum. Pac. Cæs. Art. IV. §. Quod si verò contigerit. 9.* add. *Henric. Kipping. Recent. Histor. Univers. Lib. 12. §. 10.* Et hæc est efficacia simultaneæ Investituræ, germanicè Der Mit-Belehnschafft / Gesamte Hand; *Struv. Syntag. Jur. Feud. Cap. 7. Th. 4. Cap. 19. Th. 14.* cujus *in Art. 4. Instrum. Pac.* fit mentio, quæ

interim in ſecuritatem ejus Lineæ Rudolphinæ conceditur; Vigore enim hujus Electori Palatino tributum eſt Jus in Feudo cum Bavaro quodammodo commune ſeu ſimultaneum, ita, ut deinceps in defectu Lineæ Wilhelmianæ, per iſtam ſtatim haberet jus quæſitum ſuccedendi in Electoratu, & ſic non opus eſſet novo ad hanc Inveſtituram titulo: Imò ut etiam Bavarus per alienationem Palatino præjudicare nequeat. Quid verò ſit faciendum, ſi Linea Palatina Rudolphina deficiat, & an eo quoque caſu Electoratus Octavus expungi, vel ad providentiam Imperatoris, cæterorumque Electorum pertinere debeat, Inſtrumentum Pacis non determinat, neque docet, ſimultaneam Inveſtituram in utraque Linea eſſe reciprocam. Et ſanè, quamvis non facilè quis aliàs in Inveſtituram ſimultaneam conſentiat, niſi pactum de reciprocâ ſucceſſione adjiciatur, tamen id de eſſentia ſimultaneæ inveſtituræ non eſſe, tradente *Struv. in Syntag. Feud. Cap. 9. Aph. 14. §. 2.* verius eſt. Intereà eo uſque Octonarius Electorum Numerus duravit, quem etiam Imperator Leopoldus in *Capit. Art. 2.* ſe ſervaturum promiſit.

VIII. At enim verò, non heri primum, aut nudius tertius in eo fuit multorum opera, ut iſte per Inſtrumentum Pacis invectus Numerus Octonarius porrò tranſiret ad Nonarium, h. e. ut Octovirali Collegio adhuc Novemvir inſereretur, partim ex ratione, ne forſan ob diſcordantia & utrinque paria Electorum vota in Electione Imperatoris aliquid monſtri tandem in Imperium noſtrum redundet, (quod tamen ſupervacaneum eſſe autumo, imprimis cum hodiè Dominorum Electorum ſecretum conſilium eſſe videatur, durante potentiſſimâ Familiâ Auſtriacâ, ex illâ Imperatores eligere, Conf. *Manuale noſtr. Politicum de Intereſſ. Orb. Europ. Lib. 3 Cap. 1. Ax. 1.* ut ita diſcordia in Electionis negocio non adeò multum ſit metuenda) partim, quod Reipublicæ ſalus urgere videatur, ut iſtud per nuperam Electoralis Dignitatis ex Familiâ Proteſtante Palatinâ in Romano-Catholicam Translationem amiſſum votum, Statibus Evangelicis reſtituatur, quod pro mutatione temporum ac caſuum, & in Electione Romani Regis potiſſimum maximi eſſe poſſe momenti prætenditur; partim ex multis adhuc aliis rationibus ex variis fundamentis pro Novemviratu depromptis.

Exin-

Exindè etiam casu ejusmodi, mox pro Serenissimâ Domo Hessica, nunc pro potentissimâ Domo Brunsuico-Lüneburgensi, nunc pro Würtenbergensi fuit conclusum. Et prodiit ante aliquot annos Anonymum quoddam scriptum, in quô eo casu, quo nonus constituendus sit Elector, maximè concluditur pro Domo Würtenbergicâ, non tantùm propter ejus merita & antiquitatem, sed & ratione Quanti Matricularis, massen das Hoch-Fürstliche Würtenbergische Haus bereits von vielen Zeiten her taxam Electoralem würcklich auf sich hat/ und Krafft der Reichs-Matricul allen andern Fürsten des Reichs mit vielen in ordinario überlegen. Dabeneben alschon einigermassen ein gewisses Reichs-Ambt und insigne von altem her besitzet/ daß in diesem Stück keine sonderliche Difficultät verhanden wäre.

IX, Verum Ducem Würtenbergensem, Landgravium Hassiæ quoque & Principes alios Electoratu dignos censeri, nemo quidem facilè infitiabitur, nihilominus tamen satis manifestum, Dominos Electores hactenus modis omnibus fuisse tentatos, ut præ cæteris Duces Brunsuico-Lüneburgenses ad ipsorum Collegium admittant. Et imprimis ex his Serenissimus Princeps, Dn. Ernestus Augustus Hannoveranus, Episcopus Osnabrugensis, multis abhinc annis Splendidissimam hanc Electoralem dignitatem pro se & suis descendentibus masculis ambire magno molimine connisus est: Prout quoque in nuperrimo adhuc Conventu Electorali (bey dem Wahltag) anno 1690 Augustæ Vindelicorum, ubi ipsa Cæsarea Majestas cum pluribus Archi-Principibus in personâ præsens erat, Imperatoris pariter & Electorum vota pro novo isto Augusto Axiomate eblandiri maximè conatus fuit, quod patet ex *literis Imperat. de dato* Wien *d. 27. Maji 1692.* ibi: Euer Lbden. wird annoch gutermassen erinnerlich seyn/ was gestalten bey meiner jüngsten Anwesenheit zu Augspurg des Hertzog Ernst August zu Braunschweig und Lüneburg Lbden. die unterthänigste und gebührende Ansuchung gethan/ daß Sie und Dero Descendenten zur Churfürstlicher Dignität erhaben werden möchten/ etc. Et quoniam Serenissimus Dux Aulam Cæsaris & Senatum Electorum felici tunc temporis consilio in partes suas traxit, utpotè qui, maturâ ac diuturâ

deliberatione prævia, negocium hoc noni Electoratus universæ publicæ rei & communi bono admodum salutare ac proficuum esse judicarunt, omnes quoque in Vota ejus tanquam ex Guelfis omnibus tàm Augusto Axiomate digni unanimiter secundis ventis navigarunt, ita ut Sacratissimus Imperator applaudente Electorum cœtu tandem Cydarin Electoralem Mitræ ipsius Ducali & Episcopali superimposuerit. Idque eò magis, cum Serenissimus Dominus *Georgius Wilhelmus*, Senior familiæ hujus potentissimæ, purpuram istam Regibus consimilem, utpotè masculo hærede destitutus, induere recusavit, eamque ex singulari fraterno affectu, dilectissimo Fratri Germano, Domino ERNESTO AUGUSTO generoso animo cessit, uti hoc satis liquet ex *Recessu*, zwischen Jhro Käyserlichen Majestät und dem Hause Braunschweig Lüneburg die Chur-Würde betreffende *facto* Wien *d. 22. Mart 1692. Art. 1.* ibi. Nachdem des Hertzogen / Georg Wilhelms Lbden. sich gegen Uns erkläret / es Dero Bruder / Ernst August Lbden. aus Freund-Brüderlicher Liebe und Affection, und weilen Sie keine Männliche Erben haben / zu überlassen / rc. Ita tamen, ut ad solos descendentes masculos iste Electoratus Guelficus sit restrictus, dergestalt / daß nach Abgang der Ernst Augustische Lineæ, solcher nicht wieder / wie die vier andere Weltliche / verliehen werden solle. Atque sic tandem, quod dudum parturiit fortuna, augusto nixu peperit. Avertat modò Deus, ne negocium istud, cui præ cæteris vehementer hactenus se opposuit Collegium Principum, velut hodieque protestatur, adhuc occasionem det internis motibus in Republicâ nostrâ, potissimum eo tempore, quo navis Romani Imperii turbine bellorum concussa inter mille discrimina fluctuat. Si enim unquam tempora fuerint, quæ Concordiam Statuum postulant & conjunctionem animorum, hæc sanè præsens periculi moles undique cervicibus nostris impendens sociare consilia eorum & opes debet. Mihi tutius visum fuit, controversias istas, quæ occasione novi hujus Electoratus hinc indè excitantur, tanquam materiam satis illustrem vel arduam, cui illustrandæ ministri Magnorum Principum aliique Viri in Jure Publico versatissimi studium & operam contulerunt, hac vice non tangere; Modò illud dicam, quod novum hoc dignitatis augmen-

augmentum, si ulla ambire alia, certè Domus Brunsuico-Lüneburgica, sivè Generis & Prosapiæ antiquitatem, sivè rerum à Majoribus gestarum Gloriam, sivè potentiæ magnitudinem, sivè Meritorum spectes numerum, optimo jure potuerit. Et qui sepositis affectibus totum illud negocium æqua lance ponderare volunt, eò minus Serenissimo Domino ERNESTO AUGUSTO hocce ipsi Familiæque suæ collatum Dignitatis Axioma invidebunt, quo major à multis retrò seculis Domus Guelficæ est fuitque Splendor, & quo majus de Insignibus ac planè recentioribus novi hujus Electoris meritis Christiano, quin & universo pœnè Orbi constat. Quid enim Dominus Elector una cum Serenissimo Fratre GEORGIO WILHELMO qualibet ferè occasione tàm pacis quàm belli tempore, consilio & armis in commune bonum hactenus contulerunt, & quæ cumprimis in fervente adhuc bello contra Christiani nominis hostem præstiterunt, neminem fugit; Tanta sanè merita sunt, ut iis nomina eorum perpetuæ commendarint memoriæ. Quemadmodum etiam hæc maximè fuerunt rationes & causa impulsiva, quæ Sacratissimum Imperatorem & Summum Imperii Collegium commovit, huic Reverendissimo Principi Dignitatem Electoralem ambienti benignis calculis applaudere, Vid. *cit. lit. Imperat. de dato* Wien *d. 27. Maji, 1692.* itemque *allegat. Recess. c. l.* ibi: Nachdem Wir nicht nur den Splendor, Macht und Ansehen dieses Uhralten Hauses / sondern auch die sonderbare Viele und sehr erspriesliche Dienste / welche ermeldte beyde Hertzoge Gebrüder L. Lbd. dem Heil. Römischen Reich Teutscher Nation / der gesammten wehrten Christenheit / und dem gemeinen Wesen in Krieg und Friedens-Zeiten / in unverbräuchlicher Treue mit sorgfältigsten Eyfer / auch mehrmahliger Darsetzung Ihrer eigen Person erwiesen / und noch ferner zu erweisen Willens seyn / 2c. in wohlbedächtige und reiffe Erwegung gezogen; Als haben Wir zu des Heil. Röm. Reichs und des gemeinen Wesens Nutzen und Wohlstand / Uns resolviret / Hertzog Ernst August Lbd. und Dero Männlichen Descendenten zu der Chur-Würde aufzunehmen / 2c. Quid? quod obstrinxerit se Serenissimus Elector pro se & in Electoratu descendentibus Successoribus ad certum illudque non exiguum ac perpetuum contra Turcam auxilium, ut videre est in *Art. VI. alleg.*

alleg. Recess. add. *Anony. Scriptum* des unvorgreifflichen *Sentiments* über die Neue Hannoverische Chur-Würde *p. 91. seq.* Id quod quidem in Universæ Religionis Christianæ commodum vergit, Electorali verò huic Familiæ non parvo oneri est atque erit. Et quamvis quidem infitias ire non possim, quod & reliquis Principibus & Statibus Imperii haud mediocris gloria summorum eorum meritorum non desit, cum & illi consilio & armis in bonum publicum non parum contulerunt; Attamen quemadmodum merita suos habent gradus, ita etiam remuneratio pro iis est diversa. Et nullus dubito, quin Sacratissimus Imperator pro ejusmodi quoque meritis dignas grates secundum eorum proportionem iis persolverit aut adhuc sit persoluturus. Hoc autem non obstat, quo minus is, cujus rerum ab eô gestarum Gloria major, eò majori etiam dignitate cumuletur, daß dem am Höchsten meritirten auch desto höher Recognition und Ehre angedeye. Itaque nunc Splendidissimum Collegium Electorale in Republicâ nostrâ Germanicâ non amplius Octonario, qui hactenus quadraginta quatuor annos duravit, sed Nonario Numerô absolvitur.

X. Quid autem si dicam, Numerum Electorum Octonarium nihilominus adhuc hodiè aliquo modo superesse, excluso videl. Rege Bohemiæ, utpotè qui tantùm secundum quid pertinet ad Rempublicam nostram Romano-Germanicam, scil: in Negocio Electionis Cæsareæ, ubi etiam suo, & quidem tertio in Ordine Electorum gaudet voto per *A. B. Tit. 4.* adeò, ut impune præteriri non poterit, ob pœnam quæ exprimitur in A. B. & in Constitutione de Pœnis istis Electorum, si quando Rex Bohemiæ ad Electionem Regis Roman. non vocatus, apud *Goldastum* in den Reichs-Satzungen *P. 2. anno 1489.* & in *documentis Bohemicis germanicè editis 1627. p. 235.* Cætera verò Electoralia ferè omnia ad eum non pertinent. Sic excluditur [1.] à Jure Capitulandi, *Limn. in Addit. ad L. 3. c. 8. J. P.* Hinc cum sæpius in modernis Comitiis, quando Capitulationis Materia in Collegio Electorum versabatur, ad Consultationes admitti voluerit, jure Suffragii ex *A. B. Tit. 4.* sibi competentis, semper illud ab Electoribus ipsi fuit denegatum, ut refert *Autor Omnos. rer. ser. in præsent. Comit. gest. p. 51. & 52.* add. *Autor*

Limn.

Limn. Enucl. Lib. 1. C. 10. in fin. Ideò quoque hactenus non plura, quam septem Autographa & Exemplaria ab Imperatore designato subscripta & sigillata conficiuntur, ut cuilibet eorum, qui nominati sunt, & cum quibus Cæsar stipulatus est, unum tradatur. [2.] Non citatur ad Elect. Conventus (si excipias Conventum Electoralem, qui vocatur Wahl-Tag / ut dictum) idque post Praxin & Observantiam haud obscurè probat *Capitul. Leopold. Art. 6.* & *noviss. Joseph. Art. 6.* quo septem tantummodò Electores Conventum celebrare permittit, in verbis: Wir lassen auch zu / daß die Sieben Churfürsten je zu Zeiten ꝛc. zu Ihrer Nohtdurfft ꝛc. zusammen kommen mögen. Vid. infrà *Part. Spec. Membr. 2. Disc. VII. §. 6.* [3.] in Comitiis Jus Suffragii ferendi & Sessionem non habet, *Spreng. Luc. Stat. Mod. p. 92.* [4.] Non habet jus præsentandi Adsessores in Camerâ. [5.] Non comprehensus est sub nomine generali Electorum, nec in eorum unione & φρατρίᾳ comprehenditur, ea enim inter sex tantùm Electores stabilita est, Vid. **Die Vereinigung unter den Sechs Churfürsten** *A. 1438. renovatam & stabilitam Francofurti*, & **die Churfürstliche Vereinigung** *Wormatiæ factam Ao. 1521.* utraque habetur apud *Goldast.* **Politisch. Reichs-Händl.** *P. 1. c. 1. & 3.* in quibus nulla fit mentio Regis Bohemiæ. Neque denique [6.] in Circulis illis, in quos Imperium partitum, comprehenditur, aut peculiarem Circulum constituit, uti enixè illud probare allaborat *Goldast. L. 4. de Regn. Bohem. Cap. 8.* quamvis quod ex Paurmeistero & Besoldo allegat Goldastus vix ac ne vix quidem probare queat. Autorum namque illorum mens non est, Bohemiam esse Circulum Imperii, sed tantùm Romani Imperii Provinciam, quod sanè à Circulo Imperii multùm differt. Nam omne quidem, quod Imperii Circulum constituit, necessariò etiam constituit Imperii Provinciam & Statum, sed non vice versa. Novissimus quidem Elector Hannoveranus ob singularem in Aulam Cæsaris favorem, Imperatori tanquam Regi Bohemiæ omnem navare operam nuper promisit, ut, sicuti in Negociô Electionis, pari ratione in cœteris etiam Deliberationibus Electoralibus, suum adipiscatur Votum, Vid. **der Neben**-*Recess* **des Hannoverischen** *Tractats Art. 2.* Num autem illud promissum Dominus Elector poterit exsolvere, experientia docebit.

 XI. Atta-

XI. Attamen hoc omni non attentô, Regi Bohemiæ salvum Jus Status Electoralis Imperii, & hinc quoque nihilominus hodiè Domini Electores ratione Status in *tres Ecclesiasticos merè electivos*, & postquam Hannoveranus nunc accessit, *sex Seculares Hereditarios* dividuntur, quam etiam Divisionem communiter moderni Publicistæ sequuntur. ILLI tùm ob Venerationem Ordinis, tùm ob Antiquitatem præ cæteris eminentes sunt

1. MOGUNTINUS, qui hodiè est Dominus ANSHELMUS FRANCISCUS, prognatus ex illustri Familiâ Rhenanâ Baronum ab *Ingelheim*, à pluribus seculis inclutâ, Patre, *Georgio Johanne ab Ingelheim*, Matre, *Annâ Elisabethâ Sturmfederin ab Oppenweiler*, qui *Carolo Henrico Metternichio* Electore & Archi-Episcopo subitâ morte 1679. d. 26. Sept. correpto, in ejus locum per potiora Canonicorum Suffragia, accedente Imperatoris decreto 7. Nov. dict. ann. suffectus est: Archi-Episcopus in ordine LXVI. & Elector LI. Coadjutor & futurus ejus Successor novissimè factus est *Lotharius Franciscus*, Episcopus Bambergensis. Sedes Electoralis est *Moguntia* ad Mœnum sita, quam sub initium præsentis belli Gallici Rex Galliarum, cum in manus suas pervenisset, per Gubernatorem Præfectum haud parum muniendam curavit. Anno autem 1689. urbs ista per Cæsareorum & Imperialium militum obsidionem, quâ à Gallicis copiis liberata fuit, nonnihil fœdata est: Extitit tamen hactenus antemurale contra Gallos, impositô præsidiô validô & Gubernatore constitutô *Generali Thungiô*. Tempore æstivo Dominus Elector aliquando solet residere *Aschiburgi*, [Aschaffenburg.]

2. TREVIRENSIS, qui hodiè Dominus JOHANNES HUGO, Episcopus simul Spirensis, oriundus è Familiâ Equestri Juliacæ ditionis, *Orsbekiorum*, qui avunculo suo Carolo Caspari à Petra sivè von der Leyen / 1. Jun. Anno 1676. defuncto successit, à quô Anno 1672. d. 7. Jan. in Coadjutorem, adsentientibus Metropolitani Cleri suffragiis adscitus fuerat, Princeps moderati ingenii ac raræ eruditionis, ideoque præ aliis *Imperatori* dignus visus, cui munus Judicis Supremi Tribunalis Germaniæ committeretur. Archi-Episcopus in ordine est LXXXVII. & Elector XL.

Re-

Resîdet hodiè propter Calamitates bellicas plerumq; vel *Confluentiæ* ad Rheni Mosellæq; confluentes sitæ operibusque validæ, quam durante hoc bello frustrà obsidione tentavit Gallicus Legatus bellicus Boufleur: Bibliotheca ibi adservatur egregia: Vel *Ehrenberti*, [Ehrenbreitstein] quod Castrum naturâ & opere validissimum, in dextrâ *Rheni* ripâ, per quod navigantes in Officio continere Elector potest, ut & confluentiam defendere. Cujus Præfectus non Electori tantùm, sed & Imperio fidei juramentum præstare tenetur: Et demandata est pronuper à Cæsare tùm Castri hujus, tùm rei Militaris istis in oris cura *Guidoni Comiti Starenbergio*. Aliàs Sedes Archi-Episcopalis est *Witellicum* oppidum, [Witlich.]

3. COLONIENSIS, qui hodiè hoc Electorali Axiomate gaudet, est JOSEPHUS CLEMENS, Dux Bavariæ, Ao. 1673. 5. Dec. natus, Anno 1689. turbulento tunc temporis rerum Statu, in locum *Maximiliani Henrici* Ducis Bavariæ, mortui d. 10. Mart, A. 1688. per potiora Canonicorum, qui Patriæ Imperioque fidem servabant, suffragia, accedente Imperatoris plurimorumque Statuum decreto, electus, 17. quidem ætatis annum agens, sed munitus indulto Pontificis Rom. Innocentii XI., qui eô ætatis aliaque quæcunque obstitissent impedimenta sustulit ac supplevit, deindeque per duo *Brevia*, ceu vocant, Electionem illam pro Canonicâ approbavit & confirmavit. Cui Electioni quidem Rex Galliarum & Episcopus Argentoratensis, posteà Cardinalis, *Wilhelmus Egon*, Princeps de Fürstenberg, à cujus nutu tota Electoralis Aula, maximo & Subditorum & Vicinorum damno, tunc temporis pendebat, (quæ res inter præcipuas belli præsentis funestissimi causas numeranda) contradixerunt, sed frustraneô prorsus conatu. Est in ordine Archi-Episcopus LXIV. & Elector XLVIII. Sedes Electoralis hactenus fuit *Bonna*, quæ versus inferiorem Rheni ripam & Mosellam aditum aperit, eamque defunctus Elector Maximilianus per *Colonellum Bisers* egregiè muniendam curavit. Postquam autem moderno bello gallico urbs ista munita, à Gallicis copiis obsessa & occupata fuerat, Serenissimus ac Potentissimus Elector FRIDERICUS III. Brandenb. omni vi istam oppugnavit: Et quamvis Galli, qui urbem tenebant, quam

potuerunt, fortissimè restiterint, & acres Brandenburgensium impetus exceperint imperterriti, nihilominus Urbs excisionem ac inflammationem Militum miserè experta victricibus armis Brandenburgensibus se submittere coacta fuit Anno 1689. d. 3. [13.] Octob. Hactenus plerumque Elector vixit Coloniæ Agrippinæ, quæ transitum in Germaniam Magnam aperit, estque inter omnes Westphaliæ urbes potentissima ac ditissima, ita ut Germaniæ *Roma* dici mereatur.

ELECTORES SECULARES sunt:

1. REX BOHEMIÆ, quem hodiè repræsentat Potentissima Domus Austriaca, ex quâ Modernus Invictissimus Imperator LEOPOLDUS decimus Bohemiæ Rex & Elector Sacri Imperii. Implent autem absentis vices in Regnô *duodecim Summi Officiales regni*, qui propterea Regii *Locum tenentes* appellantur.

2. ELECTOR BAVARIÆ, qui hodiè est Serenissimus ac Potentissimus Dnus. MAXIMILIANUS EMANUEL, Dux Bavariæ & Comes Palatinus ad Rhenum, Ferdinandi Mariæ, qui in Ducatu & Electoratu Patri suo Maximiliano I. Electori Anno 1651. successit, & Anno 1679. d. 29. Maji, cum in diversorio Schleisheimensi se oblectaret, repentina morte oppressus est, itemque Henriettæ Adelheidæ, Victoris Amadei Sabaudiæ Ducis Filiæ, heroici animi fœminæ f. Principis Filius, Anno 1662. d. 11. Jul. natus, Princeps ad summa quæque peragenda: Qui fœdus connubiale Viennæ Anno 1685. d. 15. Jul. ritè auspicatoque fecit cum Serenissimâ Principe *Mariâ Antoniâ Josephâ*, Sacratissimi Imperatoris LEOPOLDI, & MARGARETHÆ THERESIÆ Filiâ natu maximâ, ditissimâ totius Europæ fœminâ, quæ Ao. 1692. d. 18. Octob. st. vet. Serenissimo Electori enixa est Principem JOSEPHUM, Electoratus Hæredem. Hac autem d. 24. Decemb. 1692. denatâ, Dominus Elector, in solatium Viduitatis, Anno 1694. connubio sibi conjunxit Serenissimam Principem ac Dominam *Theresiam Cunigundam* Anno 1676. d. 19. Jul. natam, Patre *Johanne III. Sobiesky*, Potentissimo Rege Poloniæ, & Matre, *Mariâ Casimirâ Louisâ*, Henrici Marquis d'Arquin Filiâ, quæ anteà Johanni Samosky Prin-

Principi Poloniæ fuit nupta: cujusque Soror uxor est Marquis de Bethûne, hactenus plus simplici vice Regni Liligeri Legatus in Poloniâ. In quo connubio verò, *quod obiter hic noto*, quin inter alia etiam Galliarum Regis Ratio Status vertatur, nullus dubitat, quippè cujus Interesse jam dudum hoc Axioma habuit: *Ut Principes Europæ, Germaniæ cumprimis & Italiæ per Connubia Gallica sibi socios reddat.* Denn ohne Zweifel auch diese Heyraht von einer Frantzösischen Staats-List herkommen/ damit man das Gemüht dieses Churfürsten durch diese halbe Frantzösin/ auch halb auf das Frantzösische Interesse lencken/ oder wenigstens von dem Oesterreichischen Interesse abziehen/ und dessen Eyfer vor die gemeine Sache durch Anzündung dieser neuen Flammen auslöschen möge. Imprimis cum satis constat, quod per aliquot annos Aula Polonica in partes gallicas propendere, nescio quâ arte, coacta fuerit. Et sanè ex eo tempore, quo Princeps Wilopolsky (cancellar. & affinis Reginæ) Legatus in Galliam missus est, virtus & gloria Polonorum ad Viennam parta defecit, ita ut Regis gloria hactenus ferè in fumum abierit. Sed fortaßè & hujusmodi molimenta gallica, quantâ calliditate etiam fabricata fuerint, irrita fient. Nam Serenissimus Bavariæ Elector generosi & excelsi animi est, qui injusta & barbara Gallorum molimina cernens Francica lilia odorari non desiderabit, sed sincerum & tantum Germaniæ Electorem decentem in *Cæsarem* & *Imperium* hactenus affectum & imposterum ostendet. Sedes Electoralis est *Monachium* [München] Caput Superioris Bavariæ, Urbs tàm elegans, ut præter Escuriale Madritum, vix Europa elegantiorem habeat, quam *Isara* interfluit, & Arx Electoris Splendidissima exornat, quæ tamen per incendium Anno 1674. ortum nonnihil fœdata est. Hodiè Dominus Elector, ut perpetuus Hispanicarum in Belgiô Provinciarum Gubernator plerumque vivit *Bruxellis* in Brabantiâ.

3. ELECTOR SAXONIÆ, hodiè Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus FRIDERICUS AUGUSTUS, ex Misnicâ Domô nunc Elector XVI. Princeps, uti spes haud dubia est, in omnium virtutum exempla editus. Natus Dresdæ Ao. 1670. d. 12. Maji, Patre, Domino *Johanne Georgio III.* qui, postquam Ao. 1691.

pro libertate Germaniæ ac salute omnium animosè contra Gallos produxerat exercitum, ut Heros inclytus d.12. Decemb. dict. ann. in Civitate Tubingensi fato functus est, cujus præmaturum obitum Germania adhuc luget: Et Matre, quæ huc usque in vivis extitit, Serenissimâ Principe *Annâ Sophiâ*, Friderici III. Daniæ Regis Filiâ, Fœminâ singulari prudentia, & conditionem Sexus sui ferè supergrediente, præditâ. In thalamô Electorali Serenissimus Elector sociam habet *Christianam Eberhardinam*, Principem virtutibus multiplicem, quæ Anno 1671. d.19. Decemb. nata, Patre, *Christianô Ernestô*, Serenissimo Marchione Brandenburgico Culmbacensi, & Matre, *Sophiâ Ludovicâ*, Domini Eberhardi III. Würtenbergensis Ducis Gnatâ. Fœdus connubiale factum Ao. 1693. d. 10. Jan. Sedes Electoralis est *Dresda*. quæ Misniæ Metropolis est, ad Albim sita, inter elegantissima atque munitissima loca Germaniæ referenda.

4. ELECTOR BRANDENBURGENSIS, qui hodiè Serenissimus ac Potentissimus Dominus FRIDERICUS III. ex Splendidissimâ Comitum Hohenzollerensium & Burggraviorum Norimbergensium Elector XII. Princeps Genio & Ingenio celsissimus, cujus nunc Exercitus ad Orientem & Occidentem in Germani Christianiq; nominis hostes magnâ cum gloriâ pugnant, quique excepta Domo Austriacâ multitudine terrarum atque Aulæ splendore omnes Germaniæ Principes superat, ante cœteros autem Electores hoc habet, quod hodiè extra Imperium absolutus sit Borussiæ Ducalis Dominus, vi pacis Welaviæ Anno 1657. d. 19. Septembr. inter Regem Poloniæ & Electorem Brandenburg. FRIDERICUM WILHELMUM gloriosissimæ memoriæ factæ. Natus est Dominus Elector Regiomonti Borussiæ Anno 1657. d. 1. Jul. Patre, Magnô *Friderico Wilhelmô*, toto Orbe celebri, sed Potstamii Anno 1688. d. 29. April. proh! denatô; Et Matre, Serenissimâ Principe *Loysâ Auriacâ*, Domini Friderici Henrici Principis Arausionensis Filiâ, Anno 1667. d. 18. Jun. mortuâ: Unde cum Potentissimo Angliæ Rege moderno propinqua ipsi cognatio intercedit. Post Magni Parentis excessum Dominus Elector gubernacula statim capessivit, eaque egregiâ pietatis, prudentiæ & fortitudinis famâ moderatur. Ante annos

annos circiter 11. & priusquam Regimine potitus eſt, *Ordo* ab ipſo inſtitutus eſt, in gratiam intimorum ſuorum, cujus teſſera CRUX eſt *aurea, cyano, encauſtico opere, tincta, in quâ vocabulum gallicum* LA GENEROSITE, *nigro cœlatum colore, bis legitur perpendiculariter & transverſum.* Regii in Angliâ Ordinis Inſignibus, *aurea* ſcil. *periſcelide*, mox poſt obitum Celſiſſimi Genitoris, decoratus eſt. In Matrimoniô habuit potentiſſimus Elector primò Sereniſſimam Principem *Eliſabetham Henriettam* amitinam ſuam, *Wilhelmo VI.* Landgrav. & *Hedwigâ Sophiâ* Brandenb. natam, quæ ipſi d.13. Auguſt 1679. Potſtamii juncta, & ex eâ 1680. d. 19. Septemb. ſuſcepit exoptatiſſimam Filiam *Loyſam Dorotheam Sophiam.* Mortuâ autem *Eliſabethâ Henriettâ* Anno 1683. d. 27. Jun. Sereniſſimus Princeps in thalamum ſociam adſumpſit Anno 1684. Sereniſſ. *Sophiam Charlottam*, Sereniſſ. ac Potentiſſ. Principis ac Domini *Erneſti Auguſti* Brunſuicenſium Electoris ac Epiſcopi Oſnabrugenſis Filiam natu maximam, quæ Sereniſſimo Electori Anno 1688. d. 4. Auguſt. Berolini enixa eſt exoptatiſſimum Principem FRIDERICUM WILHELMUM Electoralem Hæredem, quem Deus ſervet! Sereniſſimus Elector Aulam ſuam ſplendidiſſimam, quæ Aulæ Imperatoriæ hodiè vix cedit, alit Berolini, quæ Urbs hodiè in quinque dividitur Urbes, [1.] in Berlinum in ſpecie ſic dictum, [2.] Coloniam ad Spream, ubi Arx Electoralis, [3.] Fridrichs-Werder, [4.] Urbem Dorotheæ, & [5.] Urbem Fridericianam. Friedrichs-Stadt.

5. PALATINUS, eſtque hodiè hoc Electorali Axiomate gaudens Sereniſſimus ac Potentiſſimus Dominus JOHANNES WILHELMUS JOSEPHUS, Dux Neoburgenſis, Princeps, cujus prudentiam multi commendant. Natus eſt Düſſeldorpii d.19. April. Anno 1658. Patre, Dominô *Philippô Wilhelmô*, Duce Neoburgenſi, proximô tum temporis *Caroli* Electoris Palatini Agnatô, & indè; poſtquam Ao. 1685. ſine prole maſculâ deceſſerat, atque ita extinctâ in eo Lineâ Fridericianâ, juxta Leges Imperii & pacta inita, legitimo etiam ſucceſſore: atque ſic primô Familiæ ſuæ Electore: Matre, Sereniſſimâ *Eliſabethâ, Amaliâ, Magdalenâ*, Domini Georgii Haſſo-Darmſtad. Filiâ, quæ Religionem Pontificiam poſt nuptias amplexa eſt. Nuptiarum ſolennia modernus Elector primùm

cele-

celebravit Ao. 1678. d. 25. Octob. Neostadii in Austriâ, cum *Maria Anna Josepha*, Ferdinand. III. Imperatoris & Eleonoræ Gonzagæ Filiâ, LEOPOLDI Imperatoris consanguineâ. Quâ Anno 1689. d. 7. April. defunctâ Ao. 1691, d. 27. Maji ad secunda vota transiit, ductâ *Mariâ Annâ Louisâ* Cosmi IV. M. Ducis Hetruriæ Princ. Filiâ. Aula Dominorum Electorum Palatinorum nitidissima hactenus *Heidelbergæ*, maximè verò *Manheimii*, duabus ab Heidelbergâ leucis distantis, fuit; quod tamen elegantissimum oppidum una cum egregiè munitô Castrô Friedrichsburg/quod ab Autore *Friderico IV.* sic dictum, & à Nepote *Carolo Ludovico* consummatum, per barbarorum Gallicorum rabiem Ao. 1689. miserrimè fœdatum, imò penitus excisum fuit, in quorum manus perfidiâ & corruptione Præsidiariorum Rebellium pervenerat: Modernus Dominus Elector hodiè postquam in arce Heidelbergensi tutò commorari hactenus non licuit, Aulam suam habet *Düsseldorpii*, quod Ducatus Bergensis seu Montium est Caput; Et eminet Urbs ista arce insigni & celebri Collegio Jesuitarum.

6. Denique HANNOVERANUS s. GUELFICUS, estque hodiernus Reverendiss. Sereniss. atque Potentiss. Dominus ERNESTUS AUGUSTUS, Episcopus Osnabrugensis, Brunsuic. & Lüneburg. Dux, Princeps Augustanæ Religioni addictus, & primus ex hac Guelficâ Domo Elector, utpotè qui augustum istud Axioma gestorum merito, Imperatoris & totius Collegii Electoralis suffragio primùm adeptus, & ab Imperatore d. $\frac{9}{19}$. Decemb. Ao. 1692. solenni pompâ istô investitus est. Princeps, cujus dudum prudentiam Exteri, Fortitudinum hostes, Fidem Socii & Integritatem Vicini persenserunt, quique *Sola bona, quæ honesta*, uti habet Symbolum ejus existimat. Natus est Dominus Elector d. 20. Novembr. Ao. 1629. Parente, Heroë incomparabili, Divo *Georgio*, Duce Brunsuic. & Lüneburg. Ao. 1641. denato; Matre, Sereniss. *Anna Eleonorâ*, Domini *Ludovici VI.* aliàs des Treuen genant/ Hasso-Darmstadini Filiâ. In thalamo Electorali sociam habet Sereniss. *Sophiam*, Domini *Friderici V.* Electoris Palatini, ut & *Elisabethæ* Jacobi VI. Regis Angliæ Gnatæ Filiam, natu minimam, Principem, quæ Regia stirpe oriunda regiis dotibus ipsa coruscat, quam-

quamque Anno 1658. Dominus Elector, sibi copulavit, egregiâ indè utriusque sexus prole auctus. Electoratus hujus Guelfici Hæres est Sereniss. Princeps GEORGIUS LUDOVICUS, A. 1660. d. 20. Maji natus, cujus uxor Sereniss. SOPHIA DOROTHEA, Domini GEORGII WILHELMI, Ducis Brunsuico-Lüneburgensis Cellis residentis, & ELEONORÆ, Baroniss. (nunc Princip.) d'Albreuse, ALEXANDRI, Domini ab *Olbreuze*, & JACOBINÆ *Poussard de Vaudre*, gnatæ, unica superstes Filia, Ao. 1666. d. 15. Sept. nata, quæ desponsata Ao. 1675. Agnato, è Wolffenbüttelensi lineâ, AUGUSTO FRIDERICO: hôc autem acerbô funere mersô, huic Serenissimo Principi GEORGIO LUDOVICO Patrueli, A. 1682. d. 21. Nov. in matrimonium collocata est, & ipsi hactenus enixa est Principem GEORGIUM AUGUSTUM Ao. 1683. & Ao. 1687. exoptatissimam Filiam SOPHIAM DOROTHEAM. Sedes & Aula Domini Electoris Splendidissima est HANNOVERA, quæ urbs est satis ampla, atque vallis, fossis, operibus atque propugnaculis validissima, quæ & præterito tricennali bello obsidionem Cæsareorum fortiter & invicta sustinuit. Interea, quæ visu dignissima ibi occurrunt, est hodiè imprimis das so genante Operen-Haus / quæ auro atque argento undique coruscat, ejusque structuræ aliarumque rerum artificium cum stupore intuentes afficit, & ferunt eam centum ferè millibus constitisse.

XII. Quare autem in Illustri hoc Collegio Politicis additi sint Ecclesiastici, varia Scriptorum legitur sententia. *Joh. Sleid. in Orat. ad Ordines & Princip. Imper.* hanc mixturam seu Conjunctionem Papæ astutiæ adscribit, *indubiè enim illam eô factam esse*, inquit, *consiliô, ut ipse potestatem sibi in Imperii negociis adsertam hâc viâ magis confirmaret. Jul. Pflug. in Orat. de Stat. Germ. admin.* qui extat apud *Goldast. in Polit. Imp. P. XV.* id indè factum putat, ut hi, quibus ad Imperatoriam dignitatem adspirare non licet, *A. B. Tit. 2.* illos, ne alter alterius votô ad tantum Imperii decus temerè adspiret, in Officiô continerent. *Peucer. lib. 5 Chron. pr.* hanc profert rationem, ut nimirum Ecclesiastici res sacras tractando & Religionis puritatem tuendo: Politici armis & consiliis Rempublicam juvarent & amplificarent, quem sequitur *Dieter. ad A. B. p. 21.* & sic Imperium

noſtrum duplici Principum Ordine decoratum ſit, ut ait *Andr. Knichen de Sax. non provocand. Jur. Cap. 1. §. 319.* Maxima verò Politicorum pars ideò factum dicit, quòd Veteres Principes crediderunt, ſine Sacerdotum & Epiſcoporum interventu nihil felici omine poſſe expediri, ſed ita demùm rectè omnia proceſſura, ſi Religionis Antiſtites ſuis conſiliis præſentes haberent, *Heig. P. 1. Qu. 4 §. 61.* idque vel ex devotione, ſivè potiùs minimè ferenda ſuperſtitione Antiquorum erga Religionem & Religioſos: Vel ex eô fortaſſè, quod ſollicita vetuſtas olim in Germaniâ Clericos literarum peritiores Laicis, imò apud iſtos propemodum ſolos doctrinæ aliquid reſidere putârit, undè etiam Cancellarii munus iis præ aliis demandatum fuit, ut infrà dicemus. Haud tamen alienum à verô videtur, quod *M. Antonius de Dominis Lib. 6. de Republicâ Eccleſiaſticâ Cap. 7.* notat, Reges & Principes, qui dignitatibus atque opibus Regalibus evexerunt Eccleſiaſticos & Epiſcopos, non tàm pietate & Religionis ſtudio, ut putat *Dominus de Monzambano de Statu Imperii Germ. Cap. 3. §. 7.* quàm Dominatus ſui firmandi cauſâ, vel ut hodiè loquimur, Ratione Status adductos fuiſſe.

XIII. Quod verò tres præcisè in Senatum Electorum cooptati, alii ad numeri ternarii myſterium rem revocant, alii indè eſſe autumant, quia unus ex totâ illorum Claſſe non ſuffeciſſet, nec Eccleſiaſticus Ordo propter ſummam ejus autoritatem unô fuiſſet contentus, duo ob Votorum paritatem inſufficientes fuiſſent, neceſſe itaque, ut tres ad conficiendum numerum ſeptenarium conſtituerentur, *Cluten. in Syllog. Rer. quotid. Th. 24. lit. f. Arumæ. Diſc. 3. ad A. B. Concl. 7.* Verùm nos iterum ad Conditionem Imperii Romani omnem cauſam referimus, exiſtimantes, hos tres Archi-Epiſcopos, & quidem ſolos Cancellarii, vel ut poſteà Archi-Cancellarii Officiô prælustres, non minus, quam politicas, inter potentiſſimos autoritateque præpollentes Germaniæ Principes fuiſſe, non tantùm eo tempore, quô Electionis jura ab Eccleſiaſticis perſonis exerceri cœperunt, ſed etiam longè antè, ut ſuprà diximus. Hinc enim ait *Henning. Gœden in Tract. de Elect. Reg. Rom. Cap. V.* apud *Goldaſt. in Polit. Imp. P. 2.* poteſtas eligendi Imperatorem tranſlata eſt in hos tres Archi-Epiſcopos, Moguntinum, Trevirenſem

&

& Colonienſem, propter magna feuda & telonia, quæ habent ab Imperiô; Et ideò quoque Jus hoc ad ipſos, non tanquam ad Eccleſiaſticos, ſed tanquam ad Principes Imperii ſpectare, rectiſſimè adſerit *Buxtorff. ad A. B. Concl. 18. lit. b.*

XIV. Quod porrò modum, quô ad Electoratum perveniunt Electores, attinet, notiſſimi juris eſt, Eccleſiaſticos non naſci, ſed fieri, h.e. non jure Sanguinis aut Succeſſionis, ſed jure Electionis inſtitui, *Conring. Exerc. de Septemv. Th. 33.* ratio, quia nuptiarum Communionem non habent Clerici, qui ſunt in Ordine Superiori, ut Archi-Epiſcopi, *Lancell. Inſt. Jur. Can. Lib. 1. Tit. 23. fin.* Electio autem iſta duplex eſt, alia reſpectu Archi-Epiſcopatus, alia reſpectu Electoratus. Illa hodiè fit non à Pontifice, ſed in Cathedrali & Metropolitanâ Eccleſiâ, (Stiffts-Kirche/) undè Metropolitani dicti, communi vel plurium Capitularium, aut aliorum, quibus hoc jus legitimo modo, conſuetudine &c. quæſitum eſt, ſuffragiô, *C. congregate, C. in Geneſi X. de Elect.* & quidem intra tres tantùm menſes, *C. ne pro 41. de Elect.* propter magnum periculum moræ, ne in defectu Paſtoris lupus ovile infeſtet, & oves diſpergat ac laniet; idque tempus currit à die notitiæ; Eſtque ad certam Familiam non adſtricta, ſed modò Principes, modò Comites, Barones & Nobiles in Archi-Epiſcopos cooptant; Quamvis poſt Reformationem Religioſam ab Ao. 1583. Colonienſe Capitulum è potentiſſimâ Bavaricâ Ducali Domô Archi-Epiſcopos ſibi ſemper ſumpſerit, atque ita Nobilibus hìc aditum clauſerit, contrariâ ab Eccleſia Moguntina & Trevirenſi conſuetudine, ubi res hodiè eò deducta eſt, ut non modo plebejis, ſed etiam ipſis Principibus excluſis, hactenus ſoli Nobiles immediati, & quidem regulariter ex Corpore Rhenanorum, faſtigium dignitatis Metropolitano-Electoralis apud ſe retineant. Cæterum quâ formâ ejusmodi Electio facienda, quæque ejus conſequentia: item, quæ qualitates in eligendis iſtis Archi-Epiſcopis ſpectandæ, prolixè videri poteſt apud *Herm. Faſcic. Jur. Publ. Cap. 13. per tot.* & *Conring. Ex. de Conſtit. Epiſc. Germ.* Hanc autem Electionem interdum præcedit Poſtulatio, quæ in Subſidium Electionis introducta eſt, ut eum, quem regulariter & canonicè eligere non licet, poſtulare liceat, petitque per eam Capitulum

à Superiore, scil. Pontifice Romanô, ut eum sibi præficiat, qui eligi nequit, Vid. *t. t. ibiq. Dd. X. de Postulat. Prælat.*

XV. Altera Electio, respectu Electoratus, tantùm fit (nempè per Investituram) ab Imperatore, quippè qui solus Electoratum decernit, *A. B. Tit. 7. §. Si Jure &c.* accedente tamen unanimi cæterorum hodiè Electorum consensu. Undè sequitur, Archi-Episcopum per Capitularium seu Canonicorum suffragia ritè & legitimè electum vel postulatum, præsentatum, confirmatum, consecratum, Electorem non esse, nisi ab Imperatore investitus sit de dignitate Electorali. Sicuti enim Electio & Consecratio Archi-Episcopum, ita Electorem regulariter Investitura facit, quæ fieri debet intra annum suæ Electionis vel Postulationis per Gladium, cujus collum osculantur, eodem modô, quô Seculares, ut & manum Evangelio imponentes, nullâ hic inter Seculares & Ecclesiasticos observatâ differentiâ. Et ita legitimè ad unam ex Metropolitanis sedem adsumtus tamdiu Splendore illô fruitur, quamdiu vixerit.

XVI. Sed quemadmodum ad Ecclesiasticos *Electionis*, ita ad Seculares vel *Successionis*, (quam vocant linealem agnaticam,) vel Imperatoris *Collationis* jure, h.e. *Investiturâ*, Electoratus devolvitur. *Successio* autem illa duplex est, nimirum ex *Lege*, in *A B. Tit. 7. §. 2.* & *Tit 25. §. 2* ubi Jus & Ordo Successionis in Electoratibus Secularibus describitur: & ex *Pacto*, quod Fraternitatis vocant, germanicè Erb-Verbrüderung oder Erb-Vereinigung / quando videlicet *Pacta Familiarum de Succedendo in Electoratum*, confirmatione imperatoriâ roborata adsunt, quemadmodum inter Domum Electoralem Heidelbergensem & Domum Neoburgicam factum, *Instrum. Pac. Art. IV. §. 10.* aut *Gratiæ* sivè *Exspectantiæ*, die Anwartung / Conf. *Rhet. Inst. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 7. §. 17.* Ex *Testamento* verò nulla, quia in Feudis, imprimis Regalibus non admittitur Testamentaria Dispositio, prout scribit Feudista in *Tit. 8. lib. 1. Feud.* add. *Struv. in Exerc. Feud. Disp 9 Th 1.* cujus rei ratio haud est obscura: cum enim omnis alienatio Feudi, Constitutionibus Imperatorum *Lotharii* & *Friderici* sit prohibita, *Tit. 52. & 55. Lib 2. Feud.* Dispositio autem testamentaria pro alienatione habeatur, *L. si quis prioris §. certum*

C. de

C. de Secund. Nupt. contra illam sanè prohibitionem faceret Vasallus, si de Feudo testaretur. Imò privatæ etiam Dispositioni non amplius subjacet, quod à Lege determinatum est, *Conring. Exerc. de Septemv. Th 34.* Et quidem, quoniam Electoratus non possunt dividi, ne numerus Electorum augeatur, vel inter plures dissensio oriatur, semper succedit Filius primogenitus, seu natu major, *A. B. Tit. 7.* nisi is planè sit inhabilis, aut juri suo succedendi renunciet, quod fieri potest, exemplo *Johannis Marchionis Brandenburgensis*, cujus tanquam Filii primogeniti consensu, Parens *Fridericus I.* Elector Brandenburgensis Electoratum reliquit secundo genito *Friderico*, uti hoc annotavit *Cernit. in Famil. Elect. Brand. p. 23.* Primogenitus autem, qui aliàs vocatur *Caput Familiæ*, à Gallis *chef des noms & des armes*, etiam is dicitur, qui ante Patris dignitatem natus est, & ideò quoque aliis, Patre in dignitate constituto natis præferendus, *Knich. de Saxon. non provoc. jure Cap. 3. §. 51. Tiraq. de Primog. jur. Qu. 1. Forst. de Success. ab Intest. L. 4. c. 24. §. 27.* Quemadmodum enim Successio in bonis paternis dimetienda ex tempore mortis, non habitâ ratione acquisitionis, ita nec in Electoratu momentum Adeptionis attendi debet. Nam semper est primogenitus Filius Electoris, quantumvis ex Electore non natus, *L. 11. C. de Dignit.* cum non ex Patris dignitate adeptâ, sed Nativitate æstimetur. Sic quoque ex duobus gemellis primus uterum maternum exiens pro Primogenito habendus, *Genes. Cap. 25. v. 26.* licet Hispani dissentiant, & posterius natum pro Primogenito habeant, sumtô Simili ex Lapidum fodinis, quod posterior lapis effossus naturâ prior sit eô, qui à Lapicidis primùm eruitur, *Zeiler. in C. 1. Hispan. §. 8. N. 16.* Quod si verò Primogenitus sine Filiis & quibuscunque masculis legitimis hæredibus decesserit, secundo natus ejusque hæredes, & his extinctis, tertio genitus ejusque Familia, & sic consequenter succedunt, per *cit. Tit. 7. §. 2. A. B.* adeò, ut in genere etiam ad Agnatos omnes, secundum mentem A.B., hæc Serenissima Dignitas devolvatur. Ubi tamen Quæstio maximè controversa hæc est: Si ultimus ex Lineâ primogeniti successerit, nullis relictis liberis, vel fratribus horumvè Liberis, adeoque deferenda sit successio ad Agnatos reliquos, num hoc casu succedat

Senior ætate, an qui ſtipiti & Lineæ iſti proximior, atque ſic juxta propinquitatem gradus? Et non dubitamus cum *Jac. Lampad. de Imp. Rom. P. 3. c. 4. §. 21.* adſerere poſterius, illudque probabilius & ad A. B. mentem convenientius dicere.

XVII. Atque ſub hac dictâ Aureæ Bullæ diſpoſitione de Electorali Succeſſione continetur & *Regnum Bohemiæ*, Vid. *Herm. Faſc. Jur. Publ. Cap. 18. Qu. 4. §. 51.* licet non pauci Juris Publici Doctores exceptionem tentarint. Idque hodiè minus dubium, poſtquam Ferdinandus II. Imperator Familiæ Auſtriacæ illud fecit hæreditarium, Vid. **Prager Frieden-Schluß/ §. Was der Röm. Kayſ. Majeſtät Erb-Königreich Böhmen und andere Dero Oeſterreichiſche Erb-Länder betrifft.** add. *Inſt. Pac. Art. 4 §. 55. de Cætero, &c.* & *Godof. Ferd. de Buckiſch & Löwenfels Obſerv. Hiſtorico-Polit. in Inſtr. Pac. ad hunc §. 55. Obſerv. 74. p. m. 148.*

XIIX. Quod *Collationem* attinet, quâ Electorale Axioma acquiritur, locum iſta habet, ſi Electoratus quacunque de cauſa vacet, *A. B. Tit. 7.* & non pacta de Succedendo in Electoratum adſint, tunc enim Imperatoris eſt, conferendi iſtum in alium, ſed cum conſenſu & voluntate Electorum reliquorum, quorum maximè intereſt, ne invitis Collega adjungatur, quô de infrà plura erunt dicenda. In genere autem perſona, quæ ad Secularem Electoratum admittitur, ſit [1.] Maſculus, [2.] Germanus, [3.] Legitimus ſive ex legitimô thorô natus, [4.] Laicus planè, verſio germanica A. B. habet, der ein recht Ehe-Kind und ein Lay iſt. Itaque ſi primogenitus vitam Eccleſiaſticam elegerit, locus ſit ſecundo genito. Jus enim Monachum non pro primogenito juris habet, licet ſit primogenitus naturæ: Imò Monaſterium ingreſſus habetur pro mortuô. Et [5.] non mutus, ſurdus aut mente captus, vel tali impedimento impeditus, ut Regimini par eſſe non poſſit, per *A. B. Tit. 2. §. 2. Tit. 7. §. 7. Tit. 25. §. 2.* ibique *Dieter. in Not.*

XIX. Denique, ut paucis adhuc de Modo, quô Electores tàm Eccleſiaſtici quàm Seculares excidere poſſint Electoratu, dicam, conſtat, quod Dignitas iſta regulariter morte naturali finiatur. De aliis cauſis, quibus Domini Electores Electoratibus

ſuis

ſuis excidere queant, in Conſtitutione Carolinâ A. B. nihil eſt diſpoſitum: Quamvis credibile ſit, iisdem ex cauſis Electoratu quem cadere, ex quibus Principatu privatur, quippè dignitates & terras Electorales indiviſibili cohærere nodo in *Part. Spec. Memb. 2. Diſc. 1.* expeditum reddidimus. Exemplum nobis eſt in *Johanne Friderico* Saxonico Electore, qui violatæ pacis & perduellionis à Carolo V. condemnatus, ditione ſimul & dignitate Electorali excidit. Idem contigit noſtrô Seculô *Friderico Palatino*, cujus jam ſuprà in hoc Diſcurſu & fuſiùs infrà mentionem faciemus. Quæri autem hîc poterit: Num etiam Electores Dignitati Electorali renunciare queant? Et dicimus nos, quod ſic. Cum enim territoria & Principatus ſuos hæreditario ac patrimoniali jure mediante Inveſtiturâ ab Imperio teneant, illis Jus reſignandi liberrimum competit, quamvis eô haud facilè utantur, niſi fortè ob magnam ſenectutis incommoditatem. Illis autem, quibus Succeſſionis jus competit, ut Filiis, Agnatis, &c. Abdicatione vel Reſignatione illâ præjudicari non poteſt.

DISCUR-

DISCURSUS III.

De *Praeeminentiis Electoralibus in genere.*

I.

ENucleatis iis, quæ de Præcognitis Sereniſſimorum S. R. I. Archi-Principum Electorum in præſentiarum ſcitu fuerunt neceſſaria, nos methodi Legem impleturos exiſtimamus, ſi abhinc de communibus ipſorum Juribus & Prærogativis, quibus præ reliquis Germaniæ Principibus gaudent fulgentiſſimis, quæque omnibus ac ſingulis Electoribus, non per diviſiones in partes, wie eine Erbſchafft / ſed in ſolidum competunt, quod præcipuum hac vice Inſtituti noſtri argumentum, in hoc & ſequentibus Diſcurſibus exactius, quantum quidem ejus patietur ratio, acturi ſimus.

II. Reſpiciunt autem hæ *Electorales Praeminentiæ*, ſivè hæc *Electorum Jura Præcipua*. quæ Præceptio germanicè ein Churfürſtl. Voraus appellari poſſet, vel Eorum *Dignitatem, Decus* & *Splendorem*, vel *Officium*, *Libertatem* ac *Poteſtatem*.

Ad Dignitatem & Splendorem referenda

[1.] Elogia & Tituli ampliſſimi, quibus paſſim Domini Electores decorantur.

[2.] Specialis Appellatio *Nepotum* & *Cognatorum* [Neffen und Oheimbs] quâ ab Imperatore ſemper afficiuntur.

[3.] Quod omni tempore peculiare ſeparatumque in conſultando Corpus ſivè Curiam habeant.

[4.] Quod

[4.] Quod Regibus pares esse dicantur.
[5.] Quod neque Rex, neque quicunq; Princeps Exterus ipsis præferatur, tàm in Actibus Imperii solennibus & curialibus, quàm etiam (Regibus tamen exceptis) extra Celebrationem Curiæ.
[6.] Quod inter Collegia in omnibus Imperii Conventibus principem Sessionis locum primæque autoritatis vota habeant.
[7.] Quod eorum Legati in Comitiis, aliisq; Publicis Conventibus, itemque Aulis, præ reliquorum Principum Legatis ratione Curialium & Ceremoniarum dignitatis Prærogativâ fulgeant.
[8.] Quod cum recens Coronatô Cæsare prandeant & cœnent in publico in suâ quisque separatâ mensâ.
[9.] Quod in eos Crimen Majestatis specialiter committatur.
[10.] Quod in illorum Filiis Hæredibus Electoralibus Tutela annô 18. finiatur.

Ad Officium verò, Autoritatem & Potestatem Dominorum Electorum pertinent

[1.] Jus eligendi Cæsarem seu Regem Rom.
[2.] Possessorium Juris Capitulandi cum electô Rom. Rege vel Imperatore.
[3.] Jus Coronandi Imperatorem.
[4.] Officia illa Hæreditaria, quæ imprimis peraguntur in solenni Coronationis Regis vel Imperatoris Actu.
[5.] Quod Comitia Universalia ab Imperatore neque indicentur, neque prorogentur & reassumantur, nisi cum Electorum Consensu.
[6.] Quod Cæsar, antequam diem futurorum Comitiorum edicat, cum Electoribus deliberare ac præconsultare teneatur de eorum habendorum Tempore, Loco & Causis.
[7.] Quod ipsi possint celebrare Conventus, quotiescunque libuerit.
[8.] Quod Cæsar non possit impertiri nova Vectigalium Privilegia, vel etiam Vetera augere, neque concedere jus Stapulæ, irrequisitis seu dissentientibus Electoribus.

[9.] Quod Jus sivè Privilegium Cudendæ Monetæ [die Concession zu müntzen] non nisi cum Consensu Electorum concedatur.

[10.] Quod Imperatori non liceat Feuda Imperio aperta absque Electorum consilio & voluntate reinfeudare atque ad alios transferre.

[11.] Quod nec sine unanimi eorum permissu bona Imperialia vel alienari vel oppignorari queant.

[12.] Quod Electores possint bona & Feuda Imperialia comparare à cæteris Statibus citra Imperatoris consensum.

[13.] Quod in Renovatione Feudorum ab exsolutione Laudemii sint immunes.

[14.] Quod Banni Imperialis Processus (die Achts-Erklärung) adversus Proceres & Status Imperii, insciis & non consentientibus Electoribus à Cæsare non sit agitandus.

[15.] Jus præsentandi Adsessores in Camerâ, quô singuli Electores gaudent.

[16.] Jus Extremi Resortus, sivè Privilegium de Non-appellando.

[17.] Jus Deponendi Cæsarem.

[18.] Quod Resignatio Imperatoris non nisi in Electorum manus facienda.

[19.] Denique, Vicariatus Imperii, quos habent Vacante Imperio Bavarus seu Palatinus & Elector Saxoniæ.

III. Equidem fateor, præter hæc enumerata, plura adhuc alia Jura, imprimis in Constitutione Carolinâ, extare, in Præeminentiam Dominis Electoribus concessa, quorum tamen non pauca, imò ferè omnia hodiè aliis quoque Principibus & Statibus Imperii competunt. Sic *Jus Argentariarum & Metallifodinarum*, imò & *Mineralium*, non solum in propriis & publicis, sed & in privatis subditorum locis, & quidem in solidum, h. e. Quod auri & argenti fodinas, atque mineras stanni, cupri, plumbi, ferri & alterius cujuscunque generis metalli, it. argenti vivi, salis subterranei, minii, quin & pretiosorum lapidum, marmorum &c. in principatibus & territoriis suis tàm inventas quàm inveniendas quibuscunque temporibus, jure & legitimè habere & possidere queant,

queant, cum omnibus juribus, nullô prorſus exceptô, & ſic ſine omni onere decimarum, quæ alioquin indiſtinctè, ſivè in Subditorum, ſivè in propriis Electorum fundis fodinæ fuiſſent inventæ, ad Fiſcum Imperatoris pertinebant, *Sixtin. de Regal. Lib. 1. C. 5. N. 8. Struv. Syntag. Jur. Feud. c. 6. §. 26. N. 3.* Quod jus ſolis duntaxat Electoribus, tanquam ſpeciale Privilegium, indulſit *Aurea Bulla Tit 9. §. 1.* ubi Dieter. & Limn. Sed progreſſu temporis cæteris quoque Imperii Principibus, vel ex peculiari conceſſione, vel ex immemoriali Præſcriptione, vel Inveſtiturâ illud quæſitum videmus paſſim ex Receſſibus Imperii, adeò ut hodiè vigore juris Superioritatis territorialis omnes Status Imperii Argentarias, Metallifodinas, aliave Mineralia pretioſiora, quoad plenam & proprietatem ſibi vendicent; Et ſic hac in re Electorum conditio hodiè pinguior amplius non ſit, quàm aliorum Statuum, *Limn. ad A.B. Cap. 9. §. 1. obſ. 24.* add. *R. J. de anno 1541. §.* Dieweil Wir 63. *R. I. de anno 1648. §.* Dieweil auch 38. in verbis: Und andere / ſo gülden und ſilbern Berg-Werck haben. Pari ratione *jus percipiendi Telonia ſivè Vectigalia*, à Cæſaribus jam olim ſtatuta & indicta in *A. B. c. 9.* ſolis Electoribus tribuitur; hodiè autem quilibet Imperii Status hujusmodi antiqua Vectigalia, jure Superioritatis & Regalium, in Regionibus ac terris ſuis percipiunt eâ Lege & formâ, quam ex antiquitate habent. Porrò *jus cudendæ monetæ aureæ & argenteæ* in *A. B. Tit. 10. §. 1.* non ſolum Regi Bohemiæ confirmatur, ſed reliquis etiam Electoribus de novo indulgetur. Verum & iſtud jus hodiè exercent cæteri Imperii Principes & Status immediati omnes, imò nonnulli etiam, qui mediatè Imperio ſubſunt, ut urbes quædam Provinciales, idque vel ex ſpeciali conceſſione Imperatoris, vel Præſcriptione immemoriali, Vid infrà *Part. Spec. Membr. 2. Diſc. 8.* Sic ſolis Archi-Principibus Electoribus confirmatum eſt in *A. B. d. c. 9. §. 2. Jus recipiendi Judæos*; ſed ſucceſſu temporis & ad cæteros Imperii Status ſpectare cœpit, ita ut hodiè promiſcuè omnes ferè Imperii Ordines hoc jure gaudeant, Vid. *Rumelin. ad A.B. P. 1. D. 8. Th. 16. ſeq.* ubi certas ponit conditiones, ſub quibus recipiendi. Attamen religio nonnullis Statibus in hunc usque diem fuit, non ſanè ſine ratione (Conf. *Limn. J. P. Lib. 3. c. 2. §. 19. ſeq.*) jure hoc uti.

Sic cum totâ Serenissimâ Electorali & Ducali Familiâ Saxonicâ illud insuper habent Duces Würtenbergiæ & alii, Vid. **Würtenberg. Lands-Ord.** *Tit.* **die Juden belangend** *27. fol. 56.* Similiter *Privilegium de non Evocando* à Carolo IV. in *A. B. Tit. 11. pr.* solis Electoribus erat indultum, vi cujus eorum Subditos ad cujuscunque Actoris instantiam extra territorium, terminos ac limites eorum, ad quodcunque aliud Tribunal trahere sivè vocare non licuit, nisi in casu fractæ pacis publicæ & ratione investiturarum, quando feuda habent in aliorum territoriis, de quibus & aliis videri potest *Diet. ad A. B. Tit. 11. verb. irrita volumus.* Ast subsequutis temporibus Imperatorum conniventiâ & cæteris Imperii Statibus hoc idem datum invenimus. Undè jam indè à Carolo V. hæc imperatorii juramenti formula est: Wir sollen und wollen auch die Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Grafen / Herren und Adel / auch andere Unterthanen und Stände des Reichs mit rechtlichen oder gütlichen Tage-Leistungen / ausserhalb Deutscher Nation / und von Ihren ordentlichen Richtern nicht dringen / erfordern oder vorbescheiden / sondern Sie alle und jede / vornehmlich im Reich / laut der Güldenen Bull / wie auch des heil. Reichs- und Cammer-Gerichts-Ordnung und andere Gesetze vermögen / bevorab auch bey der ersten ausdrücklichen Instantz verbleiben lassen / *Cap. Car. V. Art. 12.* & seq. Capit. Cæs. usque ad *Leopold. Art. 18.* & *noviss. Joseph. Art. 17.* Nec minus competebat anteà solis Dominis Electoribus hæc Dignitas & Prærogativa, quod *Contributiones sivè Collectæ Imperiales*, die Auflagen und Steuer / non nisi *cum eorum consensu imponi possent*, *Capit. Car. V. Art. 12.* Sed postmodum, sine dubio ad Statuum instantiam, constitutum, imprimis in *Capit. Ferd. III. Art. 14.* ut & cæterorum Principum & Ordinum consensus ad hoc requiratur, quod in Instrum. Pacis & sequentium Imperatorum Capitulationibus clarius repetitum, ac simul decretum, ne Tributa imperialia aliter, nisi de Comitiali liberoque omnium Imperii Principum & Statuum suffragiô & consensu fiant, *Instrum. Pac. Art. 8. §. Gaudeant, Capit. Ferd. IV. Art. 14. Leopold. Art. 17.* & *Joseph. Art. 16. Burgold. ad Inst. Pac. P. 3. Disc. 7. §. 3.* Quod itidem anteà Cæsari & Electoribus solis *Jus belli* competierit, consentiunt Capitulationes ferè omnes: Ast

&

& hæc prærogativa, imprimis quoad bellum offensivum per dict. *Instr. Pac. Art. 8. §. Gaudeant* rursus sublata, ubi expresse sancitum reperimus, ut imposterum bellum universale non aliter decernatur, quàm præviô Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragiô, ita ut necesse sit, ab ipsis perpensum esse, an è re Imperii sit, quod Imperator suscipiendum putat. Idque etiam Cæsar juratò promittit in *Capit. Leopold.* & *Joseph. Art. 13.* Wir sollen und wollen auch in Zeit bemelter unserer Regierung ꝛc. kein Gezänck / Fehde noch Krieg / in = und ausserhalb des Reichs / von desselben wegen ohne **der Churfürsten / Fürsten und Ständen Vorwissen / Raht und Einwilligung** anfangen oder vornehmen. Attamen in bello defensivô, si illud Imperii nomine suscipiendum, & periculum in morâ, Electorum adsensus sufficit, quô etiam prædicta Capitulat. Leopold. contenta est vers. oder zum wenigsten ꝛc. quamvis Principes ac cæteri Imperii Ordines, nescio quâ occasione datâ, anno 1658. Capitul. Leopoldinæ inserendum esse monuerint: Daß der künfftige Röm. Käyser ohne der Stände Consens / weder von des Reichs / noch seines Hauses wegen / einen Krieg anfange / noch einem andern denselben anzufangen gestatte; daß auch von dieser Regel kein Casus excipirt / also daß der Vers / oder zum wenigsten ꝛc. auszulassen. Sed frustraneô hactenus conatu, cum & iste in novissimâ Capitulatione Josephi adhuc insertus legatur. Similiter anteà in Capitulationibus Cæsareis solus Electorum requirebatur consensus & approbatio, si *Imperator fœdus aliquod*, sive offensivum sive defensivum, *Imperii nomine cum Exteris iniret*, Vid. *Capit. Car. V. Art. 7. Ferd. I. Art. 6. Maxim. I. Art. 14. Rudolph. II. Art. 6. Ferd. II. Art. 4. Ferd. III. Art. 7.* quæ omnes solius Collegii Electoralis consensum desiderant. Verum anno 1648. Osnabrugis reliqui Principes & Status hanc Majestatis partem sibi quoque attribui postularunt, neque planè nihil egerunt, ut ex *Instr. Pac. sæpè alleg. Art. 8. vers. Gaudeant, verb. aut fœdera &c.* apparet. Undè in *Capitul. Ferd. IV. Art. 7. Leopold. Art. 10.* & *Joseph. Art. 10.* etiam Electoribus adduntur Fürsten und Stände / verbis: kein Verbündniß oder Einigung mit fremden Nationen / noch sonsten im Reich machen / Wir haben dann zu vorhero **der Churfürsten und Stände** Bewilligung hierzu er=

erlangt / ꝛc. ubi tamen in verbis ſubſequentibus excipitur caſus, quô ſalus & utilitas publica celeritatem requirit, tunc enim & Cæſari quoque, citra reliquorum Ordinum conſenſum, fœdus inire permittit, ſi modo omnium Archi-Principum Electorum, ad certum locum vocatorum, collegialem tum requirat & obtineat conſenſum: Da aber publica Salus & utilitas eine mehrere Beſchleunigung erforderte / da ſollen und wollen Wir dann der Sieben Churfürſten ſämtliche Einwilligung zu gelegener Zeit und Mahlſtatt / und zwar auf einer Collegial-Zuſammenkunfft ꝛc. erlangen. Sed & huic limitationi contradixerunt Principes in monitis ad *cit. Art. 10. Cap. Leopold. §. 2.* verb. Auch von dieſer Regel kein Caſus zu excipiren / noch unter dem Vorwandt einer ob publicam ſalutem & utilitatem erfoderten Beſchleunigung der Fürſten und Stände Bewilligung zu übergehen / und alſo der Vers: Es wäre denn / das *publica ſalus &c.* auszulaſſen. Verum hôc non obſtante, limitatio iſta & in noviſſimâ Capitulatione Joſephi *alleg. loc.* inſerta fuit. Denique referri etiam huc poteſt *Jus agendi Delectum*, *Jus Metatorum*, cujus vigore ut Cives & ſubditi militibus hoſpitia præbeant, injungitur: *Jus tenendi Præſidia*, cujus vigore Principes milites in urbibus & arcibus collocant, ut ab omni incurſione hoſtili, tum & à laſciviâ hominum ſinguli atque univerſi illæſi ſerventur: *Jus tormenta bellica parandi*, *Jus ponendi Fortalitia*, das Recht Veſtungen zu bauen / abſque æmulatione & injuria Vicini &c. & quæ plura ſunt alia, quæ cœteri inferiores Imperii Principes tempore Aureæ Bullæ non exercuerunt, tractu tamen temporis ad ipſos quoque fuerunt derivata, Vid. *Rec. Imp. de A. 1548, 1577, 1524. Limn. J. P. Lib. 3. Cap. 2. Spreng. Inſt. Jur. Publ. Lib. 2. Cap. 29.* Naturâ enim ita comparatum eſt, ut ubi eminentes & illuſtres perſonæ quid aliis proficuum eſſe videant, etiam ad illius adſecutionem anxiô properent deſideriô, ſolentque hoc in paſſu Majorum veſtigia ſequi minores.

IV. Attamen nihilominus multa ſublimia & eminentia Jura Sereniſſimi Electores præ illis adhuc glorioſiſſimè poſſident; Undè inſignem quoque Præcellentiam pariter & Prærogativam etiamnum præ cœteris Germaniæ Principibus habent, quæque tanta eſt, ut horum Celſitudini atque auguſtæ Dignitati aliqualem fermè

Ca-

Caliginem inducant, id quod mox est subsequentibus Discursibus luculenter satis apparebit. Equidem iis omnibus, quæ in istis pro infractô veritatis studiô proponentur, Principibus ac cæteris Imperii Ordinibus nil quicquam de Jure suo & eminentiâ detrahere cupio, Und soll solches niemand dahin deuten / als wann es zu Ihrer Autorität und Hoheit Verkleinerung angesehen / quod sanctè protestor, cum quilibet æquô animô pati debeat, quando Veritas & Justitia defenditur; Sed hoc tantùm dico, quod, licet & reliqui Imperii Romani Principes imprimis hodiè in maximô Superioritatis & Dignitatis gradu subsistant, quorum Familiæ non modò maximis Regibus Europæis necessitudine aut matrimoniis illigatæ sunt, sed & multis populis Reges dederunt, Electorii tamen Ordinis Dignitas & Celsitudo tantò major augustiorque sit, quantò Imperiali fastigio propior.

V. Cœterum consecuti sunt & olim Dn. Electores, in vim singularis Præeminentiæ, Jura & Privilegia quædam seorsim, quæ omnia hac vice hîc recensere & pertractare non libet: neque verò eorum plurima ex fundamento facilè, nisi ex Archivis cujusque Electoris, haberi possunt. Sic v.g. ELECTORI MOGUNTINO ut & COLONIENSI competit Jus precum primariarum, *Herm. Fasc. Jur. Publ. Cap. 17. §. 39.* ELECTOR TREVIRENSIS singulari privilegiô, quod Carolus IV. Ao. 1376. dedit Cunoni Archi-Episcopo, gaudet, ut omnia Feuda Imperii, in ipsius Archi-Episcopatu vacantia ad ipsum iisdem modis devolvantur, quibus ad Cæsarem vel Imperium solent. *Limn. Addit. ad Lib. 3. J. P. C. 5. §. 21.* quod tamen privilegium in praxi nunquam fuit observatum. REGNO BOHEMIÆ singulariter tribuitur, quod extinctâ Familiâ regiâ Cives Regni eligere, non Imperator statuere Regem possit, *A. B. Tit. 7.* quamvis hoc Privilegium hodiè cesset, postquam per Pacem Pragensem Anno 1635. factam, hæreditariô Jure Regnum Bohemiæ in Domum Austriacam translatum est, uti *præcedenti Disc. §. XVII.* diximus, add. *Instr. Pac. Art. 4. §. de cæterô &c.* Gaudet etiam Rex Bohemiæ in hôc singulari Friderici V. Imperat. privilegiô, ut post Investituram sibi integra & illæsa vexilla restituantur: cum aliàs ista, quibus Electores & Principes olim à Cæsare in-

investiebantur, post Investituram peractam in promiscuam multitudinem adstantem projici solerent, *Thulemar. Octovir. Cap. 14. §. 28. &c.* Nec porrò Rex Officium sub Coronâ præstare, *A.B. Tit. 4. in fin.* nec Investituram extra Regnum petere teneatur, quod cum Austriâ commune habet, Vid. *Privilegium Friderici I. Imp.* & *Goldast. de Regn. Bohem. p. 390. &c.* De ELECTORIS BAVARIÆ Archi-Officiô ejusque singulari Vicariatus jure, Vid. infrà *Part. Spec. Membr. 2. Cap. IV. §. 14.* & *Cap. XIX.* ELECTORIS SAXONIÆ singularia jura ejusque functiones, quæ tùm in Curiis publicis, tùm in itineribus, tùm in Expeditionibus bellicis latè patent, comprehensæ sunt quodammodò antiquô libellô apud *Carpz. de Leg. Reg. Cap. 10. Sect. 6. §. 28.* Quibus addi potest, daß Elector Saxoniæ zu Quedlinburg ist belehnter Erb-Vogt / verübet daselbst die hohen Landes-Obrigkeitlichen Rechte / so wohl in der Stadt / als auf dem Lande / ausgenommen der Erb-Gerichte in der Stadt / welche die Aebtißin zu exerciren hat. Dn. **Franckenberg in der jetzt-regierenden Welt-Schaubühne** / *pag. 219.* MARCHIONI BRANDENBURGENSI in vim singularis Præeminentiæ competit in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, Jus Primariarum Precum, *Scheplitz. ad Consuet. March. Lib. 1. Tit. 1. §. 2.* Jus imponendi Telonia, itemque exstruendi Molendina pro lubitu, ex gratiosâ Frideric. IV. Imper. Concessione de Ao. 1456. *Illustr. Dn: Rhet. Instit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 13. §. 4.* Gaudet Facultate de Feudis, ut Bonis allodialibus, & de quibusvis suis ditionibus, municipiis, arcibus, oppidis &c. pro arbitriô & citra ullius consultum disponendi, ac proindè ad lubitum suum invicem permutandi, transferendi, legandi, vendendi, ex ejusdem Frid. IV. Imper. concessione de Anno 1476. Est porrò Patronus Ordinis Johannitarum, *Instr. Pac. Art. 12. §. Pro majori &c. pen.* de quô Patrocinio Brandenburgicô adiri debet *Magerus de Advocat. armat.* & *Dominus* **Beckmann in seinen Anmerckungen von den Ritterlichen Johanniter-Orden** / *Cap. 4. §. 9.* uti etiam Dominus Elector tanquam Patronus Ordinis exercet Jus nominandi & præsentandi hujusmodi Ordinis Johannitarum Magistrum sivè Bailivium [den Johanniter Herren-Meister /] in Marchiâ, Saxoniâ, Pomeraniâ & Venediâ, qui *Sonneburgi* in Marchiâ sedem

suam

suam habet, & tàm in Ecclesiasticis quàm Secularibus rebus nemini subjacet, nisi Electori Brandenburgico. Pari ratione ELECTOR PALATINUS privilegiis egregiis, iisque singularibus gaudet, inter quæ eminet *Jus Wildfangiatus*, à multis Domui Palatinæ temporibus concessum, vigore cujus alle Bastart und andere fremde Personen / Mann und Frauen / so im Jahr und Tag keinen nachfolgenden Herrn haben / als Wildfänge / inwendig seines Fürstenthums / auch der beyliegenden Stifftern / Herrschafften / Städten / Flecken / Gebieten / in Städten oder auf dem Lande gebohren / oder darin wohnhafftig worden / sind Leibeigene / Angehörigen / und Er dieselbe Bastart / wo sie ohne Männliche Leibes-Erben / oder ohne Testament mit todt abgangen seynd / desgleichen andere Personen / so auch keine Erben hätten / in aller der verlassenen Haab und Gütern / wo die gelegen / als Lands-Fürsten zu erben. It. Jus quod dicitur Hagesteltziatus, & tale est: Si contingat, daß ein alter Knecht freyet / certam tenetur solvere pecuniæ summam: nec non Jus Protectionis eorum, qui ahenis conficiendis operam dant, [Keßler / Kesselflicker /] per totam Alsatiam, trans Rhenum & magnam partem cis Rhenum, **Churfürstl. Lands-Ord.** *Tit. 32.* Jus Advocatiæ, proscribendi & conducendi per Episcopatum Spirensem & Wormatiensem: quin & jus Conductus per alia quoque territoria vicina pactis variè definitum. Competit quoque Palatino dominium Rheni, quatenus illud aliis non est legitimè quæsitum, *Carpz. Jur. For. P. 3. Constit. 31. def. 23. §. 6. Klock. P. 1. Cons. 5.* Licuit & ipsi ex inveteratâ Consuetudine per A. B. firmatâ Judicem Imperatoris esse, A. B. *Tit. 5. §. fin.* consentit *Spec. Suevic. Lib. 2. C. 43. §. 6.* verbis: Wenn die Fürsten den König wollent beklagen / so Er Ihnen wider Rechte thut / daß sollen Sie thun vor den Pfaltz-Grafen von Rhyn / die Ehre hat Er für andern Fürsten / etc. Potest porrò Palatinus ex privilegio antiquô Loca & Dominia Imperii ab Imperatoribus alienata & oppignorata, iisdem conditionibus & eodem pretiô reluere, *Marqu. Freh. P. 1. Orig. Palat. c. 16. &c.* Et quæ plura alia prærogativa Jura sunt, quibus Sereniss. Electores seorsim gaudent, de quibus fortasse aliô locô exactius differendi dabitur occasio.

PARTIS SPECIALIS
MEMBRUM PRIMUM.

De

Electorum Juribus ac Præeminentiis ad externum potissimùm Splendorem & Dignitatem pertinentibus.

DISCURSUS I.

De

Variis Elogiis & Titulis Archi-Principum Electorum.

I.

EMinentia jura Electoralia, quibus Serenissimi S.R.I. Electores præ reliquis Germaniæ Principibus gaudent, præcedenti Capite relata, singula nunc exactius eo ordine, quô recensuimus, explicaturi, non inapposité initium facimus ab *Encomiis* & *Titulis*, amplissimis certè & Majestatis plenissimis, quibus hinc indè, tàm ab ipsis Imperatoribus, quàm ab aliis in signum singularis præcellentiæ ac Prærogativæ gloriosissimè insigniuntur. Tituli enim i. e. Appellationum & Compellationum Formulæ, notæ dignitatis maximæ semper

ſemper habentur. Non autem nobis hic ſermo erit de communi horum Principum appellatione, quod videl. vocentur *Electores*, quod nomen legale eſt ab Officio ſumtum, quia nimirum ipſis jura eligendi Imperatorem de jure & antiquâ conſuetudine dicuntur competere: Undè ſæpius in Aureâ Bullâ appellantur Principes *Electores*, germanicô idiomate Churfürſten/ à Churen ſeu Chören/ quod germanis priſcis fuit eligere, ex quo nobis remanſit auserkohren/ quod idem eſt ac auserwehlet: Vel Wahl-Fürſten oder Wahl-Herren/ à verbo Wehlen/ uti patet ex *Spec. Saxon. lib. 1. C. 6.* Item, quod dicantur *Archi-Principes*, quæ vox quidem ad Elogia magis accedit, & eſt recentioris notæ: Item *Septemviri*, & per *Inſtr. Pacis Art. 4. §. quod ad domum &c. Octoviri*: hodiè verò Electoratu nonô ex motivo boni publici evectô *Novem-Viri* & *Novem-Viratus*, à numerô ſcilicet, quô eorum Collegium nunc determinatur; Quæ omnia, uti diximus, impræſentiarum tangere non lubet, ſed ſaltem Titulos & Encomia eorum, quibus hinc indè in Legibus Fundamentalibus, Actisque Imperii publicis & alibi, præ cæteris Imperii Principibus ſunt decorati.

II. Ubi autem primùm inſignia illa Epitheta & Nomina in omnium oculos ſtatim occurrere ſolent, quæ paſſim in Bullâ noſtrâ Carolinâ Dominis Electoribus à glorioſiſſimo Imperatore & Statibus Imperii tribuuntur. Vocantur enim ibi *Palmites Imperiales*, *ſeptem candelabra in unitate Spiritus ſeptiformis lucentia, ad Sacrum Imperium illuminandum*, Sieben helle Leuchter des Heil. Reichs/ in Heiligkeit eines Sieben-förmigen Geiſtes zu erleuchten/ Vid. *Proëm. A. B.* ad quod Electorum Encomium Carolus ſine dubio occaſionem arripuit exindè, quod apud Moſem *Exod. 25. verſ. 37.* Septem lucernarum ſeu lampadum fiat mentio. *Propinquiora Cæſaris membra*, die allernechſte und innerſte Glieder des Reichs/ *Tit. 2. §. & quia A. B.*, quod Encomium etiam reperitur in *Capit. Leopold. Art. 46. pr.* & *noviſſ. Joſeph. Art. 45. pr.* item, *Columnæ Proceres, qui ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant, quorum præſidiò dextra Imperialis potentiæ roboratur, quorum prudentiâ Orbi fluctuanti ſubvenitur*, Edle Säulen den heiligen Bau der fürſichtigen Weißheit mit emſiger Gütigkeit unterhaltend/ mit welcher

 Hülffe

Hülffe der Gewalt Käyserl. Majest. gestärcket wird / *Cap. 3. §. 1. A. B.* Cum enim, ut ait *Senec. de Consolat.* humeris Principis totus innitatur Orbis, unius autem ingenium tantæ molis capax non sit, *Tacit. Lib. 1. Annal.* ideò alii eligendi fuerunt, qui cum Principe onus illud sustineant, ne is sub immensâ operis mole penitus succumbat. Sic dicuntur quoque *Columnæ* & *Latera, Basesq; Imperii,* Grundveste und unbewegliche Seulen des heiligen Reichs / *A.B. Tit. 12. Pars Corporis Imperatorii. Tit. 24. pr. Venerabiles & Illustres Principes,* Hochwürdeste und Erleuchte / *ibid. Cæsareæ Sublimitati in partem Sollicitudinis constituti,* die Käyserl. Würdigkeit beystehen / und als ein Theil der Sorgfältigkeit gesetzt sind / *Tit. fin. A. B. §. 1.* Quæ Elogia fermè conjunctim refert & producit Sigismundus Imperator, in literis Investituræ Electori Saxoniæ Friderico A. 1426. datis, teste *Hortled. de Caus. Bell. Germ. Lib. 4. Cap. 9. pag. 236.* ibi: Wann Wir sieder der Zeit / da Wir zum Röm. Käyser erkohren sind / allezeit betrachtet haben / daß Uns und dem Heil. Röm. Reich unbequemlich wäre / wo die Zahl der Sieben Churfürsten / sintemahl dieselbe ein Theil Käyserl. Leibes / ja des Reichs foderste Glieder / und als feste und unbewegliche Seulen sind / darauf es gebauet ist / unerfüllet bleiben solte.

III. His accedit, quod alibi vocentur *Principes, quos Deus eminentissimô locô eminentissimi sub Sole Imperii, ceu lampadas quasdam splendidiores* collocavit, *Marqu. Freh. in Comment. de Testamentar. Tutelâ Curaq; Electorali Cap. 1. p. 3.* it. *Decus Imperii, Principes Illustres, per quos capit, & in quibus consistit Imperatoria gloria Celsitudo, & quorum ex Germine quasi decedente imperatore, Aquila alarum suarum umbrâ occidentem tegens producitur, Sigismund. in Constit. de Jure & Sess. Elector. Palat. §. 1.* citante *Limn. de Jur. Publ. L. 3. c. 2. §. 1.* Principes absolutè & per Excellentiam, *Gewold. de Septemv. c. 7. p. 125. Schrad. Cap. 6. de Elect. Proximè* itidem *Superiora membra Sacri Imperii,* In der Churfürstl. Urtheil / als Wenceslaus abgesetzt worden. Besondere Glieder des Reichs / in der Handlung Chur und Wahl Carls des Grossen / apud *Goldast. c. l. p. 97.* Die forderste / vornehmste und innerste Glieder und Hauptstück des Reichs / *Capit. Ferdin. II. Art. 3, 14, & 41. Ferd. III. Art. 48.* Ihre Käyserl. Majest. forderste Reichs-Glieder / und

und Ihre innerste / höchste und geheimte Rähte / in der Käyserl. Proposit. bey der Wahl des Röm. Königes Joseph *anno 1690.* *Supremi Patres & Senatores Imperii*, die obersten Väter und Rahtgeber der Teutschen Nation / uti se ipsos appellant apud *Hortlea. de Caus. Bell. Germ. L. 1. c. 37. p. 292. §. 511.* Die forderste Glieder des Heil. Reichs / denen Ehre / Nutz und Einigkeit des Reichs zu betrachten / und Unmuht und Schaden desselben zu verhüten gebühret / quæ verba reperiuntur in Renovatâ Unione Electorum generali, quæ extat apud *Gold. P. 8.* der Politischen Reichs-Händel / *p. 218.* Des Reichs hell-leuchtende Lampen / dadurch in Einigkeit des Heil. Geistes das gantze Reich erleuchtet wird / und mit Dero Raht / That und Sorgfalt dem Käyser beystehen in aller Noht / auch andern Reichs-Mitgliedern zu Hülff zu kommen / apud *Pancrat. Lampad.* Politische Reichs-Händel. *Art. 4.* Des Käysers innerste Rähte und Glieder / derer Wohlfahrt mit der Käyserl. dermassen gleichsam *inseparabiliter conjung*irt / daß eine ohne der andern nicht bestehen kan / ita legitur in der Churfürstl. Duplic de anno 1630. 29. Jul. quam exhibet. *Limn. in Mantissa ad Capit. Ferd. II. p. m. 636.* Sic Imperator in Instructione Caroli Hannibalis Burggravii de Dohna, Legati ad Electores, Saxonem & Brandenburgicum in causa conferendæ in Bavarum Electoralis Dignitatis expresse habet, daß zur Ruh im Reich zu gereichen geringe Hoffnung / es wäre dann das vornehmste / höchste und geheimste Rahts-Mittel eines Römischen Käysers / nemlich das Churf. *Collegium* vollkomlich besetzet. Vid. *Manifestum* und Außschreiben *Car. Ludov. Comit. Palat.* an die Käys. Majest. und andere Könige / Churfürsten / etc. Sr. Churfürstl. Durchl. Erb- und *Succession*s-Rechte an den Chur- und Fürstenthum bey Rhein betreffend / *de anno 1637. p. 40, & 42.* Lubet quoque hic apponere verba, quæ Elector Mogunt. in literis ad Electores, Saxonem & Brandenburgicum anno 1623. scripsit: Das Churfürstliche *Collegium* ist das Haupt-Fundament / darauf so wohl das Haupt / als die Glieder / und also die gantze Substantz des Reichs beruhet. Legatus quidam Regis Galliæ in Orat. ad Proceres Germaniæ in Conventu Ratisbonensi habitâ anno 1527. quæ extat apud *Goldast.*

Polit. Imp. P. *XX. p. 898.* vocat Electores in princ. Orationis, *Augustæ Majestatis tuendæ constituendæq; Arbitros Septem primos, quibus Augustum ipsum cooptare ac deligere antiquissimô instiutô concessum est.* In eâdem *Orat. in med.* dicuntur *Septemviri Imperiales, Electissimi Principes.* Imò, uti Imperator hodiernô Curiæ stylô dicitur **das allerhöchst-befehlende Haupt im Heil. Reich/** ita Domini Electores possunt subordinatim jure dici: **Hoch-und mit-befehlende Häupter.** Sed pagellæ hæ non sufficerent Titulorum cumulo, nec nos exhaurire sustinemus tantam Serenissimorum Electorum Dignitatem. Si quis autem nominibus delectetur, ex Cortice medullam æstimando, is evolvat & pervolvat Recessus Imperii & Constitutiones, Aureum Bullam, Capitulationes Imperatorum &c. & inveniet procul dubio, quantum desiderio suo satis erit.

DISCUR-

DISCURSUS II.

De

Speciali Appellatione Nepotum & Cognatorum (Neffen und Oheimbs) *quâ Electores ab Imperatore afficiuntur.*

I.

IN signum augustæ Dignitatis & Prærogativæ quoque ab Imperatoribus, imprimis in literis, Ecclesiastici Electores communiter *Nepotes* sui, **Unsere liebe Neffen**/ [licet isti sæpius Imperatoribus ætate præcedant] Seculares verò *Cognati*, **Unsere liebe Oheimbs**/ vel simili Cognationis aut affinitatis nomine salutantur, ut videre est ex *Reformat. Maximil. I. de anno 1495.* **Zu Wormbs** *in princ.* ibi. Ehrwürdige/ Hochgebohrne/ Ehrsame/ Edle/ liebe Neffen/ Oheimbs/ Churfürsten/ Fürsten/ Andächtige und des Reichs Getreue/ ꝛc. Idque hodierno adhuc tempore apparet ex literis Imperialibus collectis à Lundorpio in Actis Publicis passim; ubi in nonnullis insuper additum notatu dignum Epitheton, **Gutwillige**/ præsertim, wann der Käyser etwas zu suchen/ v. g. cum Ferdinandus III. Imperator, Ferdinandum IV. imperialis nominis sibi consortem facere voluerit, ad Seculares Electores scripsit: Euer Lbden. **gutwilliger** Oheimb. Electori Brandenburgico Imperator semper scripsit: Durchlauchtiger ꝛc. Lieber Oheimb und Chur-Fürst. in Context. Euer Lbden. & in Subscriptione: **Gutwilliger Oheimb.** Reliquos autem Imperii Principes tàm Ecclesiasticos, quàm Seculares, quibus nullâ sanguinis necessitudine junctus Imperator, non nisi *Dilectionis* titulô salutat, dum ipsis **Unsere Lieben** tantummodò scribit, prout pariter istud in Actis Publicis hinc indè videre licet.

II. Mos

II. Mos hic undè primùm suam traxerit Originem non usquequaque expeditum est. Si enim recurrimus ad Veterioris temporis Acta, reperimus, Imperatores neque *Nepotum*, neque *Cognatorum* aut *Consanguineorum*, sed *Parentum* nomine compellasse eos, quos inter Consiliarios præcipuos haberent, *L. ult. C. de Consiliar. L. 4. C. Locat.* & Justinianum Imperatorem Titulô *Patris* affecisse Patriciatus dignitate coruscantem, notum est ex §. *4. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv.* Communiter tamen, potissimum quod Electores Ecclesiasticos singularis istiusmodi Compellationis initium refertur ad tempus Friderici III. Imperatoris cognomentô *Pacifici*, qui primùm dulcissimo *Nepotum* nomine erga illos usum fuisse dicitur, arg. *Reformat. Francofurt. Frid. III. A. 1442. Rubric.* **vom heimlichen Gerichten** / ibi. Auch durch die Reformation / so der Ehrwürdige Dieterich / Ertz-Bischoff zu Cölln / Unser liebe Neffe und Churfürst ꝛc. Vid *Rumelin. ad* A. B. *Diss. 3. Th. 7. Lit. b.* & *Heig.* P. 1. *Qu. 4. §. 61.* quem tamen eorumque sequentes refutat *Nolden. in Tract. de Stat. Nobilit. Cap. 8.* §. *74.* Et falsum utique id apparet ex eo, quia ante Fridericum Sigismundus Imperator in dem Notifications-Schreiben seiner Käyserlichen Wahl an die Stadt Speyer / Electorem Trevirensem appellavit **Seinen lieben Neffen.** Idem patet ex Recessu Norimbergensi de anno 1431. ibi: Bey dieser Ordnung seyn gewesen die Ehrwürdige / Conrad zu Maintz / und Dieterich zu Cölln / Ertz-Bischöffe / des Heil. Röm. Reichs Ertz-Cantzler / **Unsere liebe Neffen** / undè meritò existimamus, titulum hunc honorarium longè antè excogitatum fuisse; quô tamen præcisè tempore, certi quid in hac re valdè obscurâ definire non possumus.

III. Si autem in rationem inquirimus, quare ita ab Imperatoribus Ecclesiastici appellentur Electores, plerique hic ob defectum Historiæ ignorantiam liberè profitentur, quod facit *Bertram. in Disc. de Comit. Imp. Membr. 1. Concl. 2. §. 20. in fin.* & *Joach. Cluten. Syllog. rer. quotid. Concl. 24. lit. f. Heigius* quidem *alleg. loc.* ad æmulationem ejus, quod Imperatores, Electoribus Secularibus cognationis vel affinitatis necessitudine devincti, eosdem communiter **Oheimbs** / vel simili agnationis cognationisque nomine saluta-

salutaverint, inductum ratus, ut Ecclesiastici, qui de naturalis sivè Sanguinis necessitudinis Prærogativâ gloriari non possent, Adoptionis quasi beneficiô Nepotes Imperatorum evaderent, atq; suis Coëlectoribus inferiores non existimarentur. Cur verò *Nepotum* potius quàm *Filiorum* nomine indigitentur, non explicat: adstipulari videtur, quòd *Nepotum* appellatio latior sit quam *Filiorum*, cum & Jus Civile Nepotem ex Fratre vocet, & Neptem ex Patruo, *L.7.ff. de Legitim. Tut.* Sed Heigius rem acu non tetigit. *Spreng. Jurisp. Publ. p.m. 247.* amori Religionis Catholicæ & Culmini Ecclesiasticæ Dignitatis hoc adscribit. Imò *Knichen in Comm. de Saxon. non prov. jur. verb. Electorum Cap. 1. §. 321.* hanc profert conjecturam, quasi istâ compellatione suam singularem affectionem & gratiosam familiaritatem denotent Imperatores, sicut vicissim Electores Ecclesiastici alios eodem nomine compellare soleant; quæ tamen ratio, utpotè nimis generalis non satisfacit novissimis J. P. Doctoribus. Magis ad rem loqui videtur *Limnæ. Lib. 3. J. P. c. 3.* qui enarratis multorum opinionibus, tandem §. *36.* subjicit, quod, cum fratris & sororis filii quoque *Nepotes* dicantur, ac Imperium & Ecclesia sint instar fratrum & sororum, arg. *Nov. 6. pr.* hujus autem rursus creaturæ & filii quadantenus sint Ecclesiastici Electores, proindè *Nepotum* nomine ab Imperatore compellentur. Quamvis, pace tanti Viri dixerim, & hæc ratio nuda & mera sit conjectura. Itaque satius est, libenter iis accedere, qui prodiderunt, quod vix satis constet, undè oriunda sit ista compellationis formula, sicuti & aliàs multa de Stylo Curiæ imperialis obtinent, quorum ratio (adæquata scilicet) reddi non potest. Verosimile quidem est, Imperatorem, quisquis ille fuerit, id primùm fecisse haud sine causâ, quæ tamen certò determinari vix potest, nisi velis dicere cum *Becl. Not. Imp. Lib. 6. c. 4.* quod ad honorem excogitatum videatur, ut singulari ac diversô ab aliis titulô appellarentur, Conf. *Freinhem. Tract. de Praced. Elect. & Cardin. Diatr. 3. §. 19.* eum pariter ad Dignitatis Electoralis eminentiam referens. Cæterùm soli Curialitati illud deberi fatendum, quemadmodum & aliàs e.g. Rex Galliæ reliquos Orbis Christiani Reges, & hodiè Serenissimos quoque Archi-Principes Electores *Fratres*

vocat: & non solum sui sanguinis Principibus *Consanguineorum* titulum tribuit, sed & aliis, qui vel nullô, vel nimis remotô sanguinis jure eum attingunt; Undè & Germaniæ nostræ Principes *Consanguineos* seu *Cousins* ab ipso appellari ex usu notum est.

IV. Ad differentiam verò horum Electorum Ecclesiasticorum, Seculares, ut diximus, Cæsar titulô *Cognatorum*, (Oheimbs) honestare solet, cujus distinctionis causam disquirit *Beckmannus Not. Dignit. III. D. 1. c. 3. §. 4.* Quamvis Differentia hæc ab Imperatoribus nec semper, nec ubique observata inveniatur, sed aliquæ Constitutiones Imperii in genere vocabulum Neffen contineant intuitu Dominorum Electorum. Sic im Regiment zu Wormbs aufgerichtet Anno 1521., indistinctè omnes Electores appellantur Neffen; & in Ordnung des Regiments de A. 1500. Tit. Verbindung der Käyserl. Majest. und der Reichs-Stände / communi nomine audiunt Oheimen / *Limn. J. P. Lib. 3. c. 3. §. 39.* Imò notari hôc locô meretur & illud, quod, cum Albertus Ernestus Comes Oettingensis, ad principale fastigium, ab Imperatore LEOPOLDO per Diploma Aureâ Bullâ ornatum, Anno 1674. evectus fuerit, in Diplomate istô Cæsar cum hoc Titulo, Unsern Oheimb / honestaverit, & imposterum etiam honestandum censuerit.

V. De reliquô, juxta modernum Curiæ Stylum, Seculares ab Imperatore quoque Titulô *Serenissimi* honorantur, germanicè Durchleuchtigst: quem tamen Titulum soli Reges huc usque, Stylô inter gentes receptô, proprium habuerunt, hinc etiam prioribus seculis incognitus, quibus satis erat, ut Elector Secularis *Illustrissimus* sivè *Celsissimus* appellaretur, vulgò Hochgebohrn; quod verò hodiè fermè obsoletum, nisi quod Imperator adhuc illô terminô ad Principes utatur. Quamvis hodiè Titulô Durchleucht / Cæsar reliquos etiam Principes Imperii, quibus eum concessit, afficiat, quem nonnulli magnô labore redemerunt. Cæteris dat Titulum Hochgebohrn. Ecclesiastici Electores salutantur hodiè Titulô Eminentz, germanicè Hochwürdigst / v. g. Hochwürdigster / Andächtiger / lieber Neffe / cum olim ab Imperatore non nisi Ehrwürdige / Ehrsame / honorari consueverint. Adeò in immensum hodiè crescunt Tituli, crescente

po-

potentiâ, autoritate & dignitate Imperii Procerum. *Potentissimum* autem neminem Electorum appellitat Imperator, quem tamen honorem ipsi omnes exhibere tenentur, hôc modô: **Allerdurchlauchtigster / Großmächtigster Römischer Käyser /** & in contextu: **Euer Käyserl. Majest.** Aliàs quidem non ita pridem Dominos Electores, ut præ reliquis Imperii Principibus quid amplius haberent adhuc, Titulô **Großmächtigst /** qui correspondet Latino *Potentissimi*, afficere, à quibusdam cœptum. Comitibus nonnullis Imperator ex speciali gratiâ, maximè, qui ex antiquâ Familiâ ipsi ab officiis in ejus Aulâ sunt, dat **Hoch- und Wolgebohrn /** quô Titulô etiam Barones ex antiquis Familiis tractat: reliquis dat **Edel.** Titulus **Ehrsam /** à Cæsare hodiè datur Abbatibus, Canonicis & Nobilibus: Eruditis **Gelehrt.** In Contextu Electores & Principes Seculares indistinctè appellat **Liebd.**

VI. Inter se ipsos Domini Electores, (quod pariter hac occasione notari haud absonum erit) & quidem Seculares, hodiè se salutant Titulô *Serenissimi*, **Durchleuchtigster /** & in Contextu, **Euer Lbden.** Ecclesiastici verò à Secularibus promiscuè salutantur *Eminentissimi*, germanicè **Hochwürdigste /** & à quibusdam nonnunquam etiam additur Titulus **Durchleuchtigster.** Sic Serenissimus Elector Brandenburgensis in literis Electorem Coloniensem semper affatur, **Hochwürdigster / Durchleuchtigster /** cum tamen ad Moguntinum & Trevirensem non nisi **Hochwürdigster** scribat. Reliquos Seculares Imperii Principes Domini Electores Titulô **Hochgebohrne** afficiunt, nonnullos autem, cum quibus nimirum id expresse conventum, compellant **Durchlauchtige.** Ecclesiasticos honorant Titulô **Hochwürdigst /** & si isti simul principali dignitate gentilitiâ fulgent, additur **Hochgebohrn;** Imò quibusdam insuper ex speciali affectu, maximè cum quibus ita conventum, dant **Durchleucht.** Electores contrà ab omnibus tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus Imperii Principibus semper resalutantur in Superlativô gradu *Serenissimi*, **Durchlauchtigste.**

DISCURSUS III.

De
Separatâ Collegii Electoralis Curiâ.

I.

NOn mediocrem itidem arguit Electorum Dignitatem & Splendorem, quod in Aureâ Bullâ integrum, reale, indivisum, per se subsistens, proprium, separatumque in consultando Corpus & Collegium seu Curiam, tàm in Comitiis & Conventibus Imperii, quàm omni reliquô tempore extra Comitia, & ad quævis negocia expedienda habeant, einen besondern oder gesonderten Churfürsten Raht/ ut dicitur in *Capit. Leopold. Art. 36.* & *noviss. Joseph. Art. 35.* Cum cæteri Principes omnes, quibus Duces, Comites & Barones annumerantur, non nisi unam Curiam efficiant: Imò extra Comitia, & in Imperii Ordinariis Deputationibus, nullum omninò peculiare habeant Collegium, sed cum reliquô Prælatorum, Comitum, Urbiumque cætu sint conjuncti.

II. Equidem Proceres & Status ut hodiè, ita & olim ad Comitia vocari oportuit, & ut hodiè, ita & olim triplicis fuerunt Ordinis, sic ut primum Ordinem in Comitiis tenuerint *Episcopi*, alterum *Principes* (nullâ tamen factâ differentiâ inter *Electores*, qui tunc temporis nondum instituti, & *Principes reliquos*) & tertium *Civitates*. Priscis enim temporibus, in nostrâ Republicâ Episcopos cœterosque Prælatos à Principibus segregatam habuisse Curiam, patet ex *Hincmarô Epist. 3. c. 35.* Postquam autem insecutâ ætate, summam potestatem, imprimis circa Religionem, Pontifices ab Imperii Comitiis in suam ditionem pertraxerunt, Episcopi alii-

aliique Status Ecclesiastici ad Comitia, non amplius ut Episcopi & personæ Ecclesiasticæ, sed ut Seculares Principes vocati, & hac ratione unâ Curiâ cum Principibus conclusi: Undè istô tempore, Status Imperii non nisi in duas Classes separati sententias suas in Comitiis contulerunt; *Prima* Principes tàm Ecclesiasticos quàm Seculares, Comites & Barones; *Altera* verò liberas & Imperiales Civitates complectebatur. Et quamvis postmodum Electores supervenerint, primæ tamen Classi semper aggregati fuerunt, ita ut inter eos & Principes alios nulla Conclavium fuerit divisio. Sed tandem, cum Domini Electores præ cæteris Principibus prærogativam & culmen aliquod præcipuum acceperint, hi secessionem ab iis fecerunt, & amplioris Dignitatis intuitu in Comitiis separatam peculiaremque in consultando instituerunt Curiam, *Ludolph. Hugo de Stat. Region. Germ. Cap. 4. §. 5.* Undè etiam posteà inter eos stabile & efficax *pactum Unionis*, eine gemeine Churfürstliche Vereinigung / Churfürstl. Verbündniß / initum, Vid. *Goldast. in Polit. Imp. P. 8. Tit. 3. p. 217.* Quam unionem primitus Francofurti Anno 1438. Sex Electores, Moguntinus nempè, Trevirensis, Coloniensis, Palatinus, Saxo & Brandenburgicus pepigerunt & confirmarunt juramentô; deindè A. 1446. sub Fridericô III. Imperatore hæc confirmata, & Anno 1502. sub Maximil. I. Imperat. Gilhausæ repetita, & demùm in Comitiis Wormatiensibus A. 1521. sub Carolô V. ab Electoribus renovata est, *Goldast. de Bohem. Lib. 4. c. 7. §. 8.* Id quod etiam Ao. 1652. Pragæ iterum factum, ubi Electores per juramentum hujusmodi Unionis Pactum renovarunt, *Hagemei. de Comitiis Cap. 4.*

III. Atque sic arbitror emersisse tria ista Statuum Collegia, per quæ hodiè in Generalibus Comitiis publicæ deliberationes instituuntur, quorum primum & Splendidissimum Serenissimorum *Archi-Principum Electorum*, partim Ecclesiasticorum, partim Secularium: Alterum est *Principum*, ad quorum Senatum pertinent Ecclesiastici & Seculares: Episcopi, Abbates, Prælati &c. Duces, Marchiones, Comites & Barones: Tertium *Civitatum Imperialium*; non enim nisi dispar Ordinum qualitas & autoritas hanc eorum distributionem in Classes causata est. Cur autem

Principes passi fuerint Comites & Barones in suam Curiam venire, forsitan fuit ratio, quod Comites & Barones collegiatim miserint Legatos, sic ut illi essent paucissimi, qui præterea propter repræsentationem plurium Comitum loco Legati Principis, tantò facilius potuerunt admitti.

IV. At enim verò ex modernâ observantiâ, non solum in Conventibus & Comitiis Universalibus, sed & extra ista, & in Ordinariis Imperii Deputationibus, Domini Electores peculiare separatumque Corpus & Collegium semper habent, quamvis cœteri Principes & Status de hoc jure ipsis plus simplici vice controversiam moverint, ita ut & inter Comitiorum defectus illud retulerint. Hinc etiam in Comitiis A. 1653. seqq. non solum paritatem in Collegiô Electorali, sed & Conjunctionem ejusdem Collegii cum reliquis mordicus urserunt, quô de legi potest *Eitel. Frid.* Von Heerden in der Grundf. des Heil. Reichs / *P. 2. c. 3.* ubi: Bey den Ordinar Reichs-Deputation-Tagen will denen Churfürsten die Separation von denen deputirten Fürsten und Ständen nicht eingereumet werden / in dem man dereseits solches unter die Defectus Comitiorum rechnet / welche nach Inhalt des Osnabruggischen Frieden-Schlusses (*Art. scil. 8.*) zu ändern und abzuthun / dahero auch zu Anfang des Deputation-Convents zu Franckfurth am Mayn 1655. deswegen Protestation eingewendet worden. Sed frustraneô hactenus conatu, idque secundum emunctiorum Publicistarum sententiam rectissimè, ex his potissimum rationibus: [1.] Quod Conjunctio Electoralis & Principum Curiæ cum Harmoniâ Imperio competente pugnet. [2.] Quod talis Conjunctio Aureæ Bullæ institutum enervare paulatim posset, cum tamen Aurea Bulla in Instrumento Pacis etiam sit confirmata. Nec [3.] præsumi potest, in Instrumentô Pacis inter Comitiorum defectus distincta hæc Consultationum Collegia numerari, utpotè cum tàm Electorum, quàm reliquorum Imperii Statuum jura ac prærogativæ in eo sint confirmata. Ut proindè hactenus Electores in Ordinariis Deputationibus separatum Collegium meritò constituant, quamvis Deputati Principes junctis Civitatibus alteram Deputationis Classem efficiant.

V. Cœ-

V. Cœterum, quô tempore primitus factum, ut ita peculiari & distinctâ à Principibus Classe in Comitiis agerent Electores, non immeritò hic quæritur? Et reperiuntur nonnulli, existimantes, separatam Electorum Curiam demùm cœpisse Anno 1489., tempore Friderici III. & Maximiliani I. Imperatorum, In Comitiis Francofurtensibus, Vid. *Lehmann Chron. Spir. Lib. 7. c. 12. p. 997.* add. *Scriptum Principum Augustanæ Confessionis Anno 1654. d. 2. Nov. exhibitum Collegio Electorali*, quod extat apud *Limnæ. Tom. 1. Addit. ad Lib. 9. Cap. 1. §. 239. Bœcl. Not. Imp. L. 21. c. 1.* quibus adstipulatur *Eitel. Frid.* von Heerd. *c. l.* qui *in fin. Cap. 3.* de primâ Classis Electoralis Origine ita: Daß solches vor Alters nicht gewesen / sondern erst ums Jahr 1489. zu Zeiten Käyser Friederich / und König Maximilian / bey dem Reichs-Tage zu Franckfurth auffkommen seyn solle / da die anwesende Churfürsten und derer Abwesenden Gesandten besonders zu Raht gangen / ohnerachtet Sie doch allezeit zuvor im Fürsten Raht gesessen. Ast diu anteà Electores separatum à Principibus Conclave instituisse veritati magis congruit, vestigia quippè & evidentissima argumenta in A. B. extant, quod Imperator cum Collegiô Electorali solô quædam deliberaverit & statuerit posteà, Conf. *Excell. Dn. Rhet. Instit. J. P. Lib. 1. Tit. VI. §. 5.*

DISCUR-

DISCURSUS IV.

De *Legitimâ, Archi-Principum cum Regibus comparatione.*

I.

SIngulari dignitatis prærogativâ præ cœteris Imperii Principibus fulgent porrò Serenissimi Domini Electores & ideò, quod, licet Reges non sint, Regibus tamen pares esse dicantur, *Heig. P.1. Qu.4. §.51. Arume. ad A.B. Disc.3. Concl.11. Schard. de Elector. Orig. in Prœm. Wahremund. ab Ehrenb. Lib.1. de Fœd. c.2. §.147.* Undè *Luther.* in seinen Tisch-Reden *c.38.* Die Chur-Fürsten schreiben den Königen Euer Lbden. und nicht Euer Gnaden/ denn Sie sind Königen gleich geachtet. Idque disertè etiam innuere videtur Aurea Bulla ferè *circa fin.* Ubi Feuda Electorum appellantur *Regia*, vel, ut germanicum exemplar habet, Königliche Lehen. Quanquam Feudistæ nonnulli illud interpretari velint de Feudis Regalibus, prout etiam *Schrader. de Feud. P.2. Cap.3.* expressè adserit, sub Feudis Regalibus, vulgò den Fahnen-Lehen/ comprehendi simul Feuda Electorum. Attamen quoniam nullibi cœterorum Principum Feuda (qui non minus Regalia Feuda possident, & illa à solo accipiunt Imperatore) sic dicuntur, hoc quod Electorum Feuda vocantur Königliche Lehen/ non sine singulari emphasi fieri persuasum habeo. Et certè tanta cum sit Electorum Autoritas & Dignitas, daß auch dieselbe mit eines Römischen Käysers Gewalt und Hoheit/ daher Sie auch fleußt/ dermassen verbunden/ daß eine ohne die ander nicht

nicht geschmälert werden / auch ohne die andere nicht bestehen kan / ut apparet ex Decretô quodam Cæsareô Rudolphi II. de Anno 1590., quod refert *Bruning. de Var. univ. Spec. Concl. 10. lit. a.* mirum videri minimè debet, si iidem Regibus æquiparentur. Si enim Cardinales Romani Pontificis ob eminentiam & gradus amplitudinem Regibus pares esse dicuntur, *Cardinal. Palæot. de Sacr. Consist. Consult. P. V. Qu. 1. p. 266.* & Præfectum Prætorio Regibus adsimulare Theodoricus Rex apud *Cassiodorum Lib. 6. c. 3.* dignum existimavit: Insuper Pyrrhi Regis Legati Romanum Senatum Regum consessum judicarunt, *Flor. lib. 1. c. 18.* Cur non Regalis quoque prærogativa tam illustri Ordini & cœterorum Imperii Principum sortem multis parasangis præcedenti tribueretur? Adhæc quod multa augustiora in nostris Electoribus, quàm in Cardinalibus, Præfectis Prætorio, & Senatu Romano, ita ut ventum lavent ii, qui istos cum his comparare velint, ex hâc fortassè ratione, quod, eorum instar, partes sint Imperii, Reipublicæ & Provinciarum, *Autor. Anonym. Colleg. Elector. in Elect. Imp. Leopold.* cum tamen hi Tituli longè angustiores sint, quàm ut augusto Electorum fastigio accommodari queant.

II. Equidem fateor, nomina & insignia regia Dominis Electoribus deesse, sed nihilominus rem istos tenere, extra omnem dubitationis aleam situm est. Dannenhero weichen Sie im Reich keinen fremden König nicht / und nehmen in locô tertiô, & extra celebrationem Curiæ, den Rang immediatè nach den Königen: Sie tractiren sich darnach untereinander wie Könige / empfangen und halten Dero Gesandschafften und Abgesandschafften untereinander denen Königen gleich: Wie sie dann auch von den Königen hinwieder fast dergleichen Tractament / wie Sie Ihnen geben / und zwischen Königen sonst gebräuchlich ist / empfangen / und was dergleichen mehr. Id quod hinc indè ex subsequentibus Discursibus cuilibet satis superque perspectum erit. Et sanè, quod non inappositè præ cœteris hic venit notandum, Serenissimus ac Potentissimus Elector Brandenburgensis, quoad Ducalem Borussiam, verè regiam potestatem hodiè exercet: Imò eundem cum unô atque alterô Electore aliô etiam aliquandò Titulô & Nomine Majestatis esse

DISCURSUS IV.

De *Legitimâ, Archi-Principum cum Regibus comparatione.*

I.

Singulari dignitatis prærogativâ præ cœteris Imperii Principibus fulgent porrò Serenissimi Domini Electores & ideò, quod, licet Reges non sint, Regibus tamen pares esse dicantur, *Heig. P. 1. Qu. 4. §. 51. Arumæ. ad A. B. Disc. 3. Concl. 11. Schard. de Elector. Orig. in Prœm. Wahremund. ab Ehrenb. Lib. 1. de Fœd. c. 2. §. 147.* Undè *Luther.* in seinen Tisch-Reden *c. 38.* Die Chur-Fürsten schreiben den Königen Euer Lbden. und nicht Euer Gnaden / denn Sie sind Königen gleich geachtet. Idque disertè etiam innuere videtur Aurea Bulla ferè *circa fin.* Ubi Feuda Electorum appellantur *Regia*, vel, ut germanicum exemplar habet, Königliche Lehen. Quanquam Feudistæ nonnulli illud interpretari velint de Feudis Regalibus, prout etiam *Schrader. de Feud. P. 2. Cap. 3.* expressè adserit, sub Feudis Regalibus, vulgò den Fahnen-Lehen / comprehendi simul Feuda Electorum. Attamen quoniam nullibi cœterorum Principum Feuda (qui non minus Regalia Feuda possident, & illa à solo accipiunt Imperatore) sic dicuntur, hoc quod Electorum Feuda vocantur Königliche Lehen / non sine singulari emphasi fieri persuasum habeo. Et certè tanta cum sit Electorum Autoritas & Dignitas, daß auch dieselbe mit eines Römischen Käysers Gewalt und Hoheit / daher Sie auch fleußt / dermassen verbunden / daß eine ohne die ander nicht

nicht geschmälert werden / auch ohne die andere nicht bestehen kan / ut apparet ex Decretô quodam Cæsareô Rudolphi II. de Anno 1590., quod refert *Bruning. de Var. univ. Spec. Concl. 10. lit. a.* mirum videri minimè debet, si iidem Regibus æquiparentur. Si enim Cardinales Romani Pontificis ob eminentiam & gradus amplitudinem Regibus pares esse dicuntur, *Cardinal. Palæot. de Sacr. Consist. Consult. P. V. Qu. 1. p. 266.* & Præfectum Prætorio Regibus adsimulare Theodoricus Rex apud *Cassiodorum Lib. 6. c. 3.* dignum existimavit: Insuper Pyrrhi Regis Legati Romanum Senatum Regum consessum judicarunt, *Flor. lib. 1. c. 18.* Cur non Regalis quoque prærogativa tam illustri Ordini & cæterorum Imperii Principum sortem multis parasangis præcedenti tribueretur? Adhæc quod multa augustiora in nostris Electoribus, quàm in Cardinalibus, Præfectis Prætorio, & Senatu Romano, ita ut ventum lavent ii, qui istos cum his comparare velint, ex hâc fortasse ratione, quod, eorum instar, partes sint Imperii, Reipublicæ & Provinciarum, *Autor. Anonym. Colleg. Elector. in Elect. Imp. Leopold.* cum tamen hi Tituli longè angustiores sint, quàm ut augusto Electorum fastigio accommodari queant.

II. Equidem fateor, nomina & insignia regia Dominis Electoribus deesse, sed nihilominus rem istos tenere, extra omnem dubitationis aleam situm est. Dannenhero weichen Sie im Reich keinen fremden König nicht / und nehmen in locô tertiô, & extra celebrationem Curiæ, den Rang immediatè nach den Königen: Sie tractiren sich darnach untereinander wie Könige / empfangen und halten Dero Gesandschafften und Abgesandschafften untereinander denen Königen gleich: Wie sie dann auch von den Königen hinwieder fast dergleichen Tractament / wie Sie Ihnen geben / und zwischen Königen sonst gebräuchlich ist / empfangen / und was dergleichen mehr. Id quod hinc indè ex subsequentibus Discursibus cuilibet satis superque perspectum erit. Et sanè, quod non inappositè præ cæteris hîc venit notandum, Serenissimus ac Potentissimus Elector Brandenburgensis, quoad Ducalem Borussiam, verè regiam potestatem hodiè exercet: Imò eundem cum unô atque alterô Electore aliô etiam aliquandò Titulô & Nomine Majestatis esse

 usos,

usos, ex iis, quæ ex aliô quodam habet *Bechman. Exot. Exerc. 12. §. 10.* non obscurè liquet, ita enim scribit: Ich mag hierbey nicht übergehen / daß ich von einem vornehmen Churfürstl. Ministro verstanden / es habe Chur-Brandenburg erst vor wenig Jahren in einem Contractu diese Wort gebrauchet: **Dessen uhrkund haben Wir diesen Brief mit Unsern Majestät-Insiegel bekräfftiget.** So finde ich auch eine alte Uhrkund / daß Hertzog Wilhelm von Sachsen in einem Entscheidniß-Brief zwischen den Raht und etlichen der Bürgerschafft Königsberg in Francken / sub dato Donnerstag Divisionis Apostolorum Anno 1456., eben dergleichen Worte gebrauchet / welches in mir die Gedancken erwecket / ob etwa vor diesen / weil die Chur-Fürsten den Königen und gecrönten Häuptern gleich geachtet / denen Churfürstlichen Linien dergleichen Attribut gediehen / ꝛc. Quibus addi potest, quod habet *Autor* des Europäischen Herolds / *pag. m. 64.* ibi: Es hat Churfürst Friederich II. bereits vor 237. Jahren in einem der Stadt Dreßden ertheilten Niederlags-Privilegio, diese Worte gebrauchet: **Zu uhrkund haben Wir Unser Groß-Fürstliches Majestät-Insiegel an diesen Brief wissentlich thun hängen / ꝛc.** Novimus quidem, more ita receptum esse, ut *Majestatis* Titulus Regio nomini atque Coronæ connecteretur, sed si rei vim spectes, nescio, an erraveris, si *Majestatem* Electoribus competere dixeris. Quare omninò quolibet tempore à J. P. Doctoribus decretum fuit, in eos specialiter committi crimen Majestatis, quô de infrà in *Disc. IX.* fusius nobis agendum erit.

III. Ex quô *Justus Asterius in Deploratione Germaniæ Pacis, A. 1635. Pragæ initæ, p. m. 74.* rectissimè ait: Domui Palatinæ Dignitas sua si non *regia*, certè *regiæ quam proxima* ablata est. Indeque olim Electores Reges non nisi *Dignitatis Regiæ*, [Königliche Würde /] salutarunt nomine, neminem *Majestatis* & *Potentissimi* [Großmächtig] titulô, præter Imperatorem, compellantes, uti passim ex Actis publicis patet, Vid. *R. J.* zu Erfurth *de Anno 1567.* §. ferner zum andern 55. ꝛc. Und Königliche Würde in Hispanien. *R. I. Ratisbon. de Anno 1527. §. 11.* Königliche Würde zu Böhmen und Hungarn / §. 17. Königliche Würde von Engelland: Königliche Würde von Franckreich / *R. I. Francof. de A. 1569. §. 19.* Sic in Comitiis Ratis-

Ratisbonensibus Anno 1641., cum Electorum nomine ad Ludovicum XIII. Galliarum Regem scribi placuisset, non nisi *Dignitatis* nomen literis fuit insertum, *Limna. ad Capit. Rudolph. II. Art. 32. verb.* von Kayserl. Majest. *§. 24. seqq.* Pariter id cernere licet ex literis Electorum, Anno 1657. ad Regem Sueciæ *Gustavum Adolphum*, in quibus ipsum non aliter affantur, quàm Königliche Würde; Et quamvis Rex ab initio de eâ Inscriptionis Formulâ conquestus fuerit, literas quoque remiserit, weil Sie Jhme den jenigen Titel / welchen Er allein von GOtt und seinen Vorfahren erlanget / nicht geben; Tamen denique de more & usu Electorum receptô admonitus, daß solches nicht aus Veränderung des Gemühts oder Schmälerung der Ehren / sondern nach dem Gebrauch und Gewohnheit / deren Sie sich gegen andern Königen gebrauchen / geschehe / acquievit, Conf. *Theat. Europ. P. 2. pag. 147. 197. & 244.* Atque exindè Domini Electores etiam à Regibus anteà non nisi: Durchlauchtiger oder Hoch-Gebohrner Oheimb resalutati. Et sine omni dubio illud etiam movit olim Galliarum Reges, quod *Fraternitatis* Titulum Electoribus, sicut cœteris Christiani Orbis Regibus nullô modô tribuere voluerint, quoniam nimirum ab illis non *Majestatis*, sed saltem *Regiæ Dignitatis* nomine compellabantur; hinc non nisi *Consanguineorum* semper appellatione, vel *Cousins*, ab istis Archi-Principes Electores sunt resalutati, ceu inter alia patet ex Francisci I. Gall. Regis Epistolâ ad Electores apud Spiram congregatos d. 6. Octob. 1526. quæ extat apud *Goldast. in Polit. Imp. P. XX. p. 894.* in quâ illos carissimos ac dilectissimos *Consanguineos* vocat; & in aliâ Epistolâ: Reverendissimos ac Illustrissimos Principes, Amicos veteres, *Consanguineos* carissimos.

IV. VerPm post initium hujus Seculi, cum Galliarum Rex in magnis ac diuturnis bellis cum Hispanis aliquoties ad triumphi perveniret insignia, & postmodum singularem dignitatis ac amplitudinis prærogativam præ Rege Hispaniæ affectaret, *Majestatis* Titulum is pro se & suis Successoribus ambire, in omnibus Aulis Electoralibus magnô molimine connisus est; quoniam autem hujusmodi compellationis formulâ, ut notâ

dignitatis maximæ, solus Imperator tunc temporis insigniebatur, Rex Galliæ quoque pro isto honore retribuere quoddam detrectabat, Domini Electores huic novitati vehementer se opposuerunt. Attamen, cum circa Pacis Monasteriensis & Noviomagensis tempora hæc res iterum, nescio quâ occasione datâ, à Rege ad animum revocata fuerit, ita ut ejus Plenipotentiarii denuò istam haut mediocri urserint fervore, Electores tandem certas quasdam ob rationes non amplius dubitarunt, Regi Christianissimo *Majestatem*, Vôtre Majesté, dare. Primus autem, qui hoc nomine eum compellavit, fuit Serenissimus Elector Bavariæ, so damahls in genauer Alliance mit Franckreich stunde/ dessen Appuy auch zu Conservirung der neu-erlangten Chur-Würde nötig hatte/ quem Elector Coloniensis, Bavari frater, postmodùm Moguntinus ac Trevirensis, & demùm reliqui Domini Electores sunt sequuti. Quô artificiô effectum est, ut etiam *Fraternitatem* sibi à Rege Galliarum vicissim acquisiverint: Denn so bald das Churfürstl. Collegium sich resolvirte/ daß man Franckreich den Titel Majestät geben wolte/ war es bereit/ auch gegen dasselbe den Stylum zu ändern/ und Dero Glieder/ wie Ihrerseits dem Käyser und Königen geschiehet/ **Bruder** zu schreiben. Et dicitur Serenissimus Elector noster Brandenburgensis *Fridericus Wilhelmus* gloriosissim. memoriæ primus, qui à Rege Galliæ hâc appellatione, scilicet *Monsieur mon Frere*, fuit cultus, idque volente *Cardinali Mazarinô*, Magnô illô Status Ministrô, qui tùm præ aliis ad hunc Electorem, nescio qua de causa, animum adjicere voluit; donec posteà Rex cœteros quoque Electores, tàm Seculares quàm Ecclesiasticos, *Fratres* appellare non est gravatus. Scribunt itaque hodiè Domini Electores ad Regem Galliæ, *Serenissime & Potentissime Rex, Domine Cognate Colendissime, & Regia Majestas Vestra*; gallicè: *A sa Majesté le Roy tres-Chréstien*, in literis: *Monseigneur mon tres honoré Cousin, & Vostre Majesté.* Contrà Rex ad Electores scribit: *A mon Frere, &c. Prince & Electeur du Saint Empire*, & in Subscriptione: *Vostre Frere.* Ast reliquis Imperii Principibus, licet & isti, non quidem Electorum exemplô tracti, ut falsò contendit *Cæsarin. Fürsten. de Jure Suprem. Cap. 24. pag. m. 78.* sed jamdudum Regem

Ma-

Majestatis nomine coluerint, is nihilominus tantùm *Cognatorum* seu *Consanguineorum* appellationem, *Cousins*, semper reddidit. Quô nomine etiam Rex adhuc hodiè suos Mareschallos & Pares salutat, die doch nicht einmahl solche Jura / als mancher Edelmann in Deutschland hat / und deßwegen im geringsten nicht mit Unsern Reichs-Fürsten compariren.

V. Quemadmodum autem Monasterii Regi Galliæ, ita successu temporis etiam aliis Regibus exteris *Majestatem* adscribere Electores cœperunt, ita ut hodiè eorum nemini istum Titulum abnuant; quibus contrà illi quoque omnes *Fraternitatis* appellationem, quæ inter Reges aliàs ordinariè usurpatur, largiuntur, eamque exprimere solent ii, qui germanicè scribunt, per verba, Euer Lieben / *Dilectio Vestra*, eò quod gallicum *Frere* huic respondere videatur. Et quamvis citatus *Fürsten. loc. alleg. c. 23.* illud *Fraternitatis* jus, ad Electorum exemplum, vindicare etiam reliquis Imperii Principibus prolixè conetur, nonnulli insuper inter istos hunc Titulum nomenque *Fratris* à Regibus plus simplici vice sibi postularint, nunquam tamen ab iis hoc impetrarunt, sed semper repulsam passos indè conjicio, quod Electoribus præcipuum istum honorem etiam nunc invideant. Quid? quod hodiè quibusdam Regibus nostrô seculô mos sit, ut Electores istos, qui loco illius usitati ab antiquô, non Titulô *regiæ dignitatis*, sed *Majestatis* eos compellant, nomine *Serenitatis* resalutent, quæ reliquis tamen Germaniæ Principibus ab iis pariter negatur. Ita inter Regem Poloniæ Uladislaum IV. & Electorem Brandenburgensem introductô more, quem & Rex Galliæ cum Moguntinô, Trevirensi & Coloniensi nonnunquam practicat. Imò *Baronem de Blumenthal*, cum Anno 1666. Legati munus obiret in Aulâ Parisiensi, effecisse, ut Electori nostro Brandenburgensi *Serenitatis Electoralis* Titulus à Rege Galliæ tributus fuerit, ex relatione Fautoris, qui est Serenissimo Electori nostro à Consiliis, accepi. Pari ratione Magnæ Britanniæ Rex, in literis ad Imperatorem LEOPOLDUM Anno 1675. 6. Novembr. scriptis, Electorem Coloniensem Maximilianum Henricum vocat *Eminentissimum & Serenissimum* Principem; prout idem Rex in

aliis literis, Anno 1685. ad Electorem Moguntinum scriptis, eundem *Serenitatis* Titulum etiam Moguntino dat. Et quod Rex Sueciæ scribat ad Electorem Brandenburgicum **Euer Churfürstl. Durchlaucht.** / praxis testatum satis facit. Wie dann deshalb Anno 1684. in der Churfürstl. Residentz zu Cölln an der Spree / mit den damahls anwesenden Königl. Schwedischen Envoyéz Extraordinaire Herrn von Graffenthal / ein solenner / von beyderseits deputirten Ministris unterzeichneter / und von denen hohen Committenten nachmahlen ratificirter Recess aufgerichtet / dergestalt: Daß Se. Churfürstl. Durchlaucht. dem Könige in Schweden / *Serenissime & Potentissime*, und **Euer Königl. Majest.** schreiben: Die Königliche Gesandte und Abgesandte an Dero Churfürstl. Hofe / auch in allen denen übrigen Gesandten gleich tractiren wolten. Hingegen wolte der König dem Churfürsten in der Aufschrifft / *Serenissimus*, ohne den Zusatz / *Celsissimus*, und in den Context, *Serenitas Vestra Electoralis*, germanicè, **Durchlauchtigster** / mit Auslassung **Hochgebohrner** / und **Euer Churfürstl. Durchl.** ohne den Zusatz **Ebden** / schreiben: Die Churfürstl. Gesandte und Abgesandte auch nicht minder / als denen von gecrönten Häuptern geschehe / empfangen. Rex Persiæ, ad quem Elector Brandenb. scribit: *Serenissime ac Potentissime Princeps*, & in Contextu: *Regia Majestas*, Dominum Electorem *Majestatis Vestræ*, sivè *Dominationis Vestræ Altissimæ* nomine resalutat. Imò ipse Imperator interdum etiam Electoribus ex speciali gratiâ Titulum *Fratris*, sed rarissimè tribuit; Exempla constant de Duce Bavariæ Maximiliano, primô Electore ex hac familiâ, & Electore Saxoniæ, qui ab Imperatore Ferdinando III. pro redimendâ ipsius Adsistentiâ hunc Titulum acceperunt: Sed vicissim eundem ob Majestatis ipsius reverentiam non retribuerunt. De Legatis Dominorum Electorum, qui pari cum regiis Legatis jure utuntur, tàm in Comitiis Imperii, quàm in Tractatibus & Conventibus apud Exteros, quod nec minùs eorum regiæ proximam dignitatem innuit, in sequentibus *Disc. V. & VII.* dicendum erit.

DISCUR-

DISCURSUS V.

De *Jure Proëdriæ ſeu Præcedentiæ Electorum ante Reges & quoscunque Principes Exteros alios, tàm in Actibus Imperii ſolennibus & Curialibus, quàm etjam (Regibus tamen exceptis) extra celebrationem Curiæ.*

I.

ELectoralis Dignitatis Sublimitas & indè haud parùm dignoſcitur, quod Sereniſſimi Domini Electores, Eccleſiaſtici pariter ac Seculares, non tantùm Regibus parificentur, quô de in præcedenti hactenus Diſcurſu; ſed & in celebratione Imperialis Curiæ, omnibusque publicis Imperii Actibus eundô, ſedendô vel ſtandô, nullus Rex & Princeps alius, cujuscunque Status, dignitatis, præeminentiæ vel conditionis exiſtat, qui vel rogatus, vel ſponte ſuâ apparet, [regulariter enim exteri Principes curiis Imperialibus non interſunt] ullatenus ipſis præferatur: prout ex Conſtitutionibus & monumentis publicis, imprimis ex Aureâ Bullâ, ut Legê Imperii noſtri fundamentali conſtat, in cujus *Tit. 1. & 6.* hæc Prærogativa Dominis Electoribus à Carolo IV. data. Imò, quod etiam in Conventibus Actibusque ad Curiam non ſpectantibus, quoscunque Principes exteros, Regibus tantùm exceptis, antecedant. Jure ſanè optimô, ſivè dignitatem, ſivè merita eorum conſideres. Quæ enim major vel ſublimior dignitatis amplitudo Electoribus un-

unquam conferri potuisset, quàm humeris ipsorum Imperii Romani celsitudinem, Majestatem scilicet Imperialem, committere; Et quæ majora merita ab illis præstari quiverint, cum, postquam Principes hi fuerunt instituti, singulari eorum consiliô & prudentiâ effectum sit, ut & gravissimæ dissensiones, quæ anteà de Electione Imperatoris exarserant, conquieverint, pax & tranquillitas qualiscunque in Germaniâ conservata, & periculosa molimina exterorum Imperii Majestati inhiantium repressa fuerunt, conf. *Simon. Schard. in Proem. sui peculiaris Scripti de Orig. Elector.*

II. Quoad Primum, videntur quidem nonnulli Juris Publici Doctores, hanc Electoralem prærogativam ad Ordines & Proceres germanicos restringere, ut eos videlicet antecedere queant tantùm Electores. Verùm generalitas dispositionis Aureæ Bullæ ejusmodi restrictionem neutiquam admittit; Sic enim se habent Textus nostri scil. *Tit. 6.* verba: *Nullus Princeps alius, cujuscunq; Status, Dignitatis, Praeminentiæ vel Conditionis existat,* Electoribus præferatur, kein ander Fürst/ was Standes/ Würden und Hoheit der wäre 2c. imprimis si attendamus §. *cosignanter expresso &c.* ubi Regum factâ mentione satis innuitur, de exteris etiam sermonem esse. Quemadmodum quoque aliàs cœteri Imperii Ordines hodiè in Aulâ Cæsareâ, & solennibus Imperii congregationibus, ante Exteros præcedentiam habeant, ita ut Comites & Barones Status Imperii præferantur Comitibus & Baronibus extraneis, imò quoque Consiliariis Cæsareis non Statibus Imperii, §. 5. *Capit. Leopold.* & *noviss. Joseph.*

III. Deindè sunt alii, in quibus potissimùm *Rumelin. ad A. B. P. 1. Disc. 5. Th. 19.* quem sequitur *Carpz. in Comment. ad Leg. Reg. Germ. Cap. 10. Sect. 7. §. 13.* qui quidem non inficiantur, Dominos Electores omnes, vi Dispositionis Aureæ Bullæ *cit. Tit. 6.*, in Actibus ad Curiam imperialem pertinentibus, omnibus omninò Principibus, & sic etiam exteris cujuscunque dignitatis præferri: quod verò itidem quemcunque alium Regem, quacunque singulari amplitudinis prærogativâ fulgentem in dictis Actibus antecedere queant, indistinctè admittere nolunt, sed tantùm ad Regem Bohemiæ adstringunt. Ast omninò prærogativâ hac gaudent

hodiè

hodiè & alii Principes Electores, tàm Ecclesiastici, utpotè qui & Regem Bohemiæ antecedunt, quàm Seculares, *arg. Cap. 1. A.B.* add. *Arumæ. ad A. B. Disc. IV. Concl. 1. Buxtorff. ad A. B. Th. 84. lit. c. Limn. ad A. B. c. 6. §. 1. Obs. 6.* & *Tom. 2. Addit. ad Lib. 3. c. 2. §. 4.* Et potest huc referri, quod legitur apud *Autorem de l'Abregé de la Bulle d'Oreé P. 2. pag. 3.* ubi sequentia verba habet: *Les Princes Electeurs ne cedent pas au Roy estranger assembleés, qui se font dans les Cours solenelles des Empereurs, ny autrepart, nonnement le Roy de Boheme, qui ne çede pas méme a l'Imperatrice, si ce n'est en la hauteur de la table elevéé de trois degrés plus que celle des Electeurs, quand l'Empereur fait des banquets solennels.* Sanè, licet Electores Reges non sint, officia tamen sua expediunt eô ordine & locô, quem Lex præscripsit, in quibus à Rege alio nec turbari, nec impediri debent. Insuper absurdum non est, in majori dignitate constitutum, ratione loci vel temporis, postponi minori, *arg. c. à Collatione 11. de Appell. in 6.* nempè, non tribuit præcedentiam major dignitas, quando illa non est ordinata ad illum Actum, in quo quæritur de Præcedentiâ, *L. 1. §. 195. ff. de Offic. ej. cui mand. est Jurisd.* Conf. *Schütz. in Colleg. J. P. Disp. 7. Th. 19. lit. c.* Quare etiam Electores hanc Prærogativam, imprimis cum ita ex longâ consuetudine illam obtinuerint, citra ambitum cum laude defendunt. Et indè quoque ipsi Anno 1471. in Comitiis Ratisbonensibus Caroli Burgundiæ Ducis Legatis, qui præ Electoribus ibi locum habere satagebant, fecerunt intimari, se, è Corpore Cæsaris cum essent, ne Regibus quidem, si qui adessent, cessuros, Vid. *Goldast. in Constit. Imp. fol. 99.* Et fuit tunc temperamenti loco adinventum, ut Burgundici Legati ab Electoralibus subselliis recederent, & locô peculiari, non à latere, sed è regione Cæsaris, versus ejus faciem, collocarentur. Quod intelligentes Regis Angliæ Legatus & Nuncius Apostolicus, in Coronatione Caroli V. Aquisgrani pompæ adesse noluerunt, ne ordinarentur post Principes Electores demùm, rati, per hoc Principum suorum dignitati derogari, uti hoc annotavit *Sleid. Lib. 2.* & *Hart. Maur. in Coronat. Car. V.* apud *Goldast. in Polit. Imper. P. 3. Disc. 3. p. 269.* Et noluit quoque hoc fundamentô Marchio Brandenburgensis Ratisbonæ cedere Rudolpho II. tùm temporis

ſolùm Ungariæ Regi, Vid. *Limn. Lib.3. J. P. Cap.2. §.4.* ubi plura hujus rei adducit exempla. Pari ratione nec Legati Electorales Brandenburgici, tempore Electoris *Joachimi II.* & *Georgii Wilhelmi* glor. mem., in Aulâ Cæſareâ & in ſolennitatibus cedere voluerunt Archi-Duci Auſtriæ, Potentiſſimi Imperatoris Principi Filio, ſed, ſi is pompæ & ſolennitatibus adeſſe voluerit, ſemper poſt Legatos Electorales locum & ſeſſionem capere coactus fuit.

IV. Quod autem concernit *Imperatricem*, verum eſt, ſoli Regi Bohemiæ jus & privilegium competere, ut in Actibus imperialibus & Conventibus Electoralibus non ſolum omnes Reges alios, ſed & *ipſam* (quæ tamen privilegiis Cæſaris gaudet, *L.31. ff. de Leg. L.6. ff. de Jur. Fiſc.*) præcedat, teſte *A.B. Tit.6. & 22. in fin.* De Legatis exterorum Regum & Electorum noſtrorum hodiè res manifeſta & ſatis deciſa in *Capit. Ferd. III. Art.4. Ferd. IV. Art.4. Leopold. Art.5.* & *noviſſ. Joſeph. Art.5.* ſic, ut hi illis cedant quidem, ſed immediatè ipſos ſequantur & Principibus in perſonâ præferantur, idque tàm in Seſſionibus Comitialibus, quàm Conventibus aliis. In functionibus autem Electoralibus, ubi ſcil. Legati Electorales ad certas functiones deſtinati ſunt, hi Legatos regios præcedunt. Quemadmodum in Proceſſione ad Coronationem, juxta Aureæ Bullæ diſpoſitionem, obſervatur. Hinc Legati Regii extra Proceſſionem comparere ſatius ducunt.

V. Cùm Cardinalibus tamen maximum Proëdriæ certamen extat, quod quinque Diatribis ſingulariter expoſuit *Joh. Freinshemius de S. R. I. Electorum & Cardinalium Præcedentiâ.* Sed hodiè Sereniſſimi Principes Electores nec Archi-Ducibus, nec Cardinalibus cedunt. Et ita obſervatum in Caroli V. Inauguratione, ut modò audivimus; ſubſequi tamen hos non faſtidierunt Cardinalis Sedunenſis, Cardinalis inſuper Salisburgenſis & Cardinalis de Croy, Archi-Epiſcopus Toletanus, *Hartman. Maur. de Coronat. Car. V.* Pari modo in Auguſtanis Comitiis Anno 1530., cum Carolus Imperator medius inter *Ferdinandum* Fratrem & *Cardinalem Campejum* urbem ingredi cogitaret, præter morem Imperii hoc eſſe, Moguntinus & Colonienſis Electores dixerunt: Ipſi itaq;

pro-

proximè antecedebant, ponè ſequebantur *Ferdinandus* atque *Campejus*, ut annotavit *Sleid. Lib. 7. Comm. p. 169.* Ex quibus inductus *Buxtorff. ad A. B. c. 6. Concl. 84. lit. c.* adſeruit: Electores Cardinales in Actibus ad ipſam Curiam ſpectantibus omninò præcedere.

VI. Sed præter hæc omnia major videtur controverſia: An Magnanimis Electoribus etiam iſta competat prærogativa, ut reliquos Orbis Principes, præter Reges, (his enim extra celebrationem Curiæ Electores cedunt, *arg. Tit. 4. in pr. A. B.*) in Actibus quoque non ſpectantibus ad Curiam, ut in Concilio & alio Chriſtianorum Principum conventu, item in Aulis Regum & Imperatoris, Actibusque ſolennibus, præcedant? Et affirmativæ ſubſcribere non dubitamus ſententiæ cum *Arumæ. Tom. 2. Jur. Publ. p. 7. & Buxtorff. ad A. B. Concl. 48.* quæque inter cœtera confirmari poteſt exemplô, quod contigit A. C. 1432. in Conciliô Baſileenſi cum Philippi Ducis Burgundi Legatis, qui præ *Friderici I.* Electoris Brandenburgici Splendidiſſimis Legatis locum ibi habere ſatagebant. Et licet illi obtenderent, ſuum Principalem ſexies eſſe Ducem, quindecies Comitem, ipſis tamen Electorales priorem locum concedere noluerunt, ſed parem Duci Burgundo nobilitatem & vetuſtum objecerunt morem, und geriehte es nach einer zweyſtündigen Conteſtation in ipſô Conclavi, in Præſentz aller Anweſenden / und nach Dero Meinung dahin / daß die Chur-Brandenburgiſche Geſandſchafft gleich gegen den Käyſer über / und auf einer Banck / wo die Ambaſſadeurs der gecrönten Häupter ſich niederlieſſen / geſetzet wurden / welchen Platz Sie dann auch die gantze Zeit der Anweſenheit über behielten / und von niemand ferner darinnen beeinträchtiget wurden. Niſi enim pluralitas Titulorum magnitudine dignitatis juvetur, indè Præcedentiæ ejus nihil detrahitur, qui unicum titulum digniorem habet. Rex Galliæ, præter Titulum *Regis Franciæ & Navarræ*, alium non uſurpat, & tamen non cederet Archi-Ducibus Auſtriæ, qui magnô Titulorum numerô decorati ſunt. Nam ſi aliquis ob pluralitatem Titulorum alteri præferri debet, neceſſe eſt, ut aliquam habeat dignitatem, ob quam alteri, cui præferri vult, in dignitate ſimilis ſit, e. g. Comes, licet duodecies Comes ſit, tamen nullô modô præfertur Duci;

 ſed

ſed Comiti, qui unum vel pauciores Comitatus obtinet. Itaque meliori jure extra Curiam Imperialem in Conciliô Tridentinô poſt Legatos Pontificios præcipuus dignitatis locus Electorum Legatis attributus fuit, ut legimus apud *Thuan. lib. 8. Hiſtor.* Quamvis hodiè nec Pontifici Electores Evangelicæ religioni addicti, Regum Evangelicorum inſtar, nec eorum Legati Nuncio Apoſtolico in locô tertiô amplius cedant, und conſideriret man den Pabſt zu Rom heutiges Tages/ proteſtirender Seite/ als einen der vornehmſten weltlichen Fürſten in Italien. Id quod etiam, ſi imposterum, quod tamen vix ſperandum, Concilium aliquod Generale in Imperiô inſtitueretur, à Legatis Electoralibus non immeritò probè erit obſervandum. Pari ratione in ſolennitatibus nuptialibus & Coronatione *Uladislai IV.* Regis Poloniæ, *Sigismundus* Marchio Brandenburgenſis, *Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Legatus*, Principi *Carolo*, Uladislai *Filio*, præcedentiam vehementer affectanti, nullô modô cedere voluit. Et licet videretur, *Carolum* Aulam ipſam in partes ſuas traxiſſe, *Sigismundus* tamen parum aut nihil id curans *Carolo* intimari fecit, Electores cum pares eſſent Regibus, Regum verò Legatos alterius Regis Filio, aut Fratri nondum coronato minimè cedere, ſe quoque ipſi non ceſſurum: prout quoque per totum præſentiæ ſuæ tempus, neque in eundô neque in ſedendô quocunque locô, ei unquam ceſſit.

VII. Cardinales quod concernit, verum quidem, iſtos, creſcente faſtu & inſolentiâ Sedis Papalis, dignitatis ac prærogativæ quæſtionem Archi-Principibus Electoribus movere. Ita enim in *Rituali Romanô* legitur: *Rex Romanorum, priusquam à manu Pontificis coronam accipiat, adſideat Supremo Epiſcopo Cardinali, cæteri autem Reges penes Priorem Diaconum Cardinalem locum occupent, & poſt hunc demùm Electores Imperii ſeſſionem capere tenentur.* Aſt, hôc non obſtante, nullum eſt dubium, quin hodiè, etiam in Actibus ad Curiam non ſpectantibus, Sereniſſimi Electores eorumque Legati præ Cardinalibus jure proëdrias gaudeant. Nam in Electoribus, multa ſanè auguſtiora quàm in Cardinalibus reperiuntur, adeò, ut illorum dignitas, ſi non regia, regiæ tamen quàm proxima eſſe dicatur. Cardinales verò, niſi Epiſcopatibus aut Archi-

Archi-Episcopatibus gaudeant, ne minimam terræ partem, nec jure propriô, possident, atque sic potestatis summæ sivè Superioritatis territorialis non sunt participes. Exindè quoque Legatos mittere, aut alia hujus generis jura exercere nullô modô possunt, sed potius sunt instar Subditorum, qui subjectionis nexu devinciuntur Pontifici, qui in rebus politicis non nisi ut Princeps aliquis secularis considerandus, à quô etiam, itemque Imperatore & Regibus Europæ ad Legatorum munus subeundum plus simplici vice fuerunt destinati: quod certè de Archi-Principe quodam Electore nunquam audivimus, aut in Historiarum monumentis legere est. Deindè abundè constat, quod in ipsô Galliæ Regnô, ubi in Ecclesiasticis Papa aliqualem adhuc obtinet autoritatem, pro Regis Consanguineis ac Principibus sanguinis contra Cardinales data fuerit sententia, ita ut hi illis sine ullâ difficultate cedere teneantur. Jam autem nullus Elector Imperii Principi sanguinis, aut Regis Filio, seu Fratri nondum coronato cedit, potius Electores ipsis Regibus (les tetés Couronneés) æquiparantur, ut in præcedenti hactenus discursu fusius demonstravimus. Imò, quemadmodum Rex nunquam præcedentiam dedit Cardinali, ita quoque nec Elector Imperii præcipuum dignitatis locum eidem attribuet. Et hôc etiam fundamentô Anno 1659. Serenissimus Elector Coloniensis cedere noluit Cardinali in Hessiâ, qui Domino Electori expresse intimari fecerat, se in locô tertiô, inque suis, Cardinalis scil. ædibus, potiorem locum (la place d'honneur) ipsi non daturum. Introduxerunt quidem Cardinales temporibus nostris morem, ut, si quando à regiô quodam Legatô visitantur, semper obtineant la main & le pas, comitantes eum tantùm usque ad scalas, ubi etiam Legatum excipiunt. Ex adversâ parte regius Legatus à Cardinale in ædibus suis visitatus, hujusmodi dignitatis axioma ipsi tribuit, eundem in imâ scalarum parte excipiens, eoque se comitem adjungens. Quemadmodum etiam in publicâ Audientiâ Papali Cardinales vocati præsentes tectô Capite discumbunt, regius verò Legatus non tantùm apertô Capite coram Pontifice verba facere, sed & postmodum inter sedendum sellâ sine culcitrâ

alioque ornamentô [mit einen Stuhl ohne Lehn und Polster] contentus esse tenetur. At enim verò Hispaniæ ac Galliæ Reges, ut & Electores Imperii, ipsi quoque Duces & Pares Franciæ cum Grandibus Hispaniæ, hunc morem Italicum aliis in locis nullô modô introduci voluerunt. Si itaq; in Imperiô Legati Electorales in locô tertiô, aut alibi, in Aulis videl. exterorum Regum ac Principum, cum Cardinali quodam, quà tali, und wann er nicht den Character eines Käyserlichen oder Königlichen Ambassadeurs führet/ congressum faciunt, huic nullô modô cedunt, sed, ne principalium suorum dignitati quicquam derogent, omni tempore primatum ac potiorem locum sibi attribuunt.

VIII. De *Magnô Hetruriæ Duce* maximè hodiè quæritur, num nimirum & *illi* Archi-Principes Electores extra celebrationem Curiæ præferendi? Et verum, quod & *Magnus Dux* primatum ac singularem dignitatis amplitudinem præ splendidissimô Collegiô Electorali ambire magnô molimine connitatur, sicuti per aliquot jam annos clandestinis consiliis hâc in re non mediocris opera data: id quod autem summâ non caret iniquitate. Primùm enim Dux Florentiæ istiusmodi honoris Titulum, [quod scil. *Magnus* dictus] Electoribus Imperii maximoperè referre debet, & noluerunt hi, eô ipsô de suis fulgentissimis præeminentiis, quibus ab omnibus Principibus distinguuntur, quicquam detrahi. Nam constat ex Historiâ, quod, ortis inter *Alphonsum Ferrariensem* & *Cosmum Hetruscum* de prærogativâ contentionibus, indè *Cæsare*, hinc *Pontifice* causam ad se trahente, *Pius V.* Pontifex Romanus, insigni præjudiciô illam jugulare annisus, prædicto Cosmo, II. scilicet, solenni inauguratione titulum *Magni Ducis* imposuerit, missô Anno 1560. per Legatum Michaëlem Bonellum diplomate seu Bullâ papali, quâ Titulus *Magni Ducis Hetruriæ* cum multis & absolutam potestatem spirantibus prærogativis continebatur, sub comminatione iræ divinæ & Apostolorum Petri & Pauli, qui Bullam istam impugnarent. At enim verò, cum, posthabitis his, nemo Principum in totô Imperiô Romanô hunc titulum Duci Hetruriæ tribuere voluerit, ipse insuper Imperator Maximilianus II. temerariam hanc *Magni Ducis* crea-

creationem Papæ nullam declaraverit, in præjudicium Imperatoriæ autoritatis arrogatam, quæque meram & illicitam usurpationem Regalium Imperatori soli competentium indicaret, Dux demùm, per Legatum Johannem Baptistam Concinum, Votum Imperatoris Maximil. II. pro novô hoc augustô axiomate & titulô eblandiri maximè conatus fuit, qui de istô negociô, tanquam re, Sacri Romani Imperii autoritatem & præeminentiam concernente, cum Serenissimis Dominis Electoribus deliberavit, qui tandem etiam suum consensum Imperatori accommodarunt, & omnes in vota *Ducis* unanimiter secundis navigarunt ventis, hâc tamen cum expressâ reservatione, daß es der Churfürstlichen Prærogativ in keinem Wege hinderlich oder Nachtheilig seyn solte. Atq; sic *Franciscus*, Cosmi II. Filius, Anno 1575. hujusmodi *Magni Ducis* Titulum demùm impetravit; & non mediocre momentum causæ attulit affinitas, quæ inter Familiam Austriacam & Mediceam coaluerat. Merentur hic annotari verba *Thuan. Lib. 54. & 60. ad Annum 1575.*, quæ per compendium refert *Conring. de Fin. Imp. Cap. 23. p. 383. seqq.* Ex quibus itaque satis manifestum, quàm enorme & iniquum sit, quod Magnus Dux Florentiæ præ Archi-Principibus Imperii, propinquioribus Cæsaris membris, præcedentiam & culmen aliquod præcipuum affectet. Idque agnoverunt etiam ipsi Imperatores Ferdinandus III. & invictissimus noster Leopoldus, ac ideò in suis Capitulationibus cum laude promiserunt, se maximè fore sollicitos, ut Electorum autoritas pariter ac præeminentia, & in hoc passu, illæsa & illibata permaneat; Conf. *Capit. Ferd. III. Art. 4. Leopold. Art. 4.* itemque *noviss. Joseph. Art. 5.* His accedit, quod Dux Sabaudiæ inter omnes Italiæ Principes, autoritate atque dignitate primas teneat, & non tantùm in Capellâ Papali inter Capita coronata referatur, sed & in Aulis omnium Regum inter Principes, qui partes Italiæ possident, potiorem semper obtineat locum, atque sic præ Magnô Florentiæ Duce etiam jus Proëdrias ipsi competat, vigore *Bullæ Papalis Pii V. de Anno 1570. d. 17. Jan. promulgatæ*, & per Collegium Electorale 12. annis posteà *confirmatæ*. Vid. *Auth.* des Berichts auf die Bayrische Anhaltische Canzley *p. 4.* ibi: Der Hertzog von Savoyen sitzet vor

vor allen Fürsten in Italien / auch vor den Hertzog von Florentz selbsten / dann Pius V. in seiner Bull / durch welche Er Cosmo dignitatem *Magni Ducis* conferiret / diese prærogativam Familiæ Sabaudiæ vorbehalten / *Limn. de. J. P. Lib. 5. Cap. 14. §. 7.* Jam autem Sabaudiæ Dux Electoribus Imperii sine ullâ contradictione hodiè cedit. Ita enim *Carolus Emanuel*, moderni Ducis Sabaudiæ parens, *Cardinali de la Valette*, sciscitanti: Si cum Electoribus in locô tertiô congressum faceret, cuinam inter ipsos competeret Præcedentia? pileum manibus attingens, respondit: Er considerire **die Chur-Fürsten des Reichs** nechst den gecrönten Häuptern / als die **für-nehmsten Fürsten** von Europa / und erkennte Sie / als Vicarius und Fürst des Reichs allerdings gerne vor seine Obern / wäre Ihme auch nie zu Sinne kommen / **Ihnen die** Præcedentz zu disputiren. Add. *Recess.* zwischen **Chur-Brandenburg und dem Hertzog von Savoyen aufgericht zu Regenspurg** *d. 19. April. 1665.* ibi: Wegen solchen von Sr. Churfürstl. Durchl. erhaltenen Prædicats / verbindet sich auch zugleich der Hertzog von Savoyen / **Ihme keine** *Prærogativ* **vor denen Churfürsten des Reichs** anzumassen / sondern / wie alle dessen Vorfahren gethan / Ihr. Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg / so wohl im Röm. Reich / und auch auf öffentlichen oder Particulier-Zusammenkunfften / als auch am Käyserl. Hof und sonst / als in Italien / zu weichen / die Chur-Brandenburgische Gesandte auch an seinem Hofe und überall in Italien dergestalt zu empfangen / wie die Käyserl. und Königl. Gesandschafft von Ihm gehalten werden. Im Röm. Reich aber denen Churfürstl. Gesandten eben dasjenige Tractament zu erweisen / welches die Weltliche Reichs-Fürsten denen Churfürsten geben. Conf. etiam *Rec.* zwischen *Carl. Emanuel. Ducem Sabaud. & Electorem Palat. de Anno 1666.* Imò, quemadmodum omnes Italiæ Principes, si Historicis credere fas est, nunquam prærogativam præ Electoribus affectarunt, sed iis sponte suâ omni tempore cesserunt, sic ut *Legatus Florentinus ipse* Cracoviæ Anno 1605. Serenissimi Electoris Brandenb. *Joachimi Friderici Legato* hunc honorem dederit; Ita Tusci hôc in negociô nil quicquam obtinebunt. Proindè præstant quidem Legati Electorales M. Ducis Florentiæ Legatis in locô tertiô omnem honoris cultum: Ipsos quoque postre-

poſtremò adventantes primùm ſalutant, nec minus in reviſitatione potiorem locum [la place d'honneur] in ſuis ædibus, itemque Titulum ſeu Prædicatum *Excellentiæ* iis tribuunt: Attamen viciſſim ab illis per omnia æqualiter tractantur, & indulgentur Legatis Electorum paria Curialia à Florentinis, quibus autem in ſolennitatibus, Conferentiis, Subſcriptionibus Tractatuum & aliàs, ne minimum quidem cedunt Electorales.

IX. Quod denique Legatos Rerumpublicarum Coronatarum attinet, dubium omninò haud mediocre, an hi ipſi, tàm in Comitiis & celebratione Imperialis Curiæ, quàm extra iſtam in loco tertio, Sereniſſimorum Electorum Legatis, præſertim cum Charactere & ſic propriè dictis, præferendi? Et verò auſi fuerunt præcedentiam ſibi attribuere Legati Rerumpublicarum hoc prætextu, quòd Respublicæ liberæ Regibus æquiparentur, Regum verò Legati Electores præcedant; tùm, quòd liber dignior ſit eô, qui alterius ſubditus eſt, *Beſold. Diſſ. de Præcedentia c.2.§.12.* Wie Sie dann auch/ abſonderlich die Republicque von Venedig/ Ihren Ambaſſadeurs überall mitgegeben/ denen Churfürſtl. Geſandten keiner Weiſe zu weichen. Imò Veneti, pro more Italorum perpetuò amplificandis honoribus invigilantes, Anno 1636. Decretum Cæſaris elicuerant, quô Legatis eorum locus ante Electorales dabatur. Sed huic poſteà in Capitulatione Leopoldina & noviſſimâ Joſeph. nominatim eſt derogatum, & expreſsè contrarium conſtitutum in *Art. 5.* ibi: Nachdemahlen ſich auch eine Zeitlang zugetragen/ daß Ausländiſcher Potentaten/ Fürſten/ Republicquen-Geſandte/ und zwar dieſe unter dem Nahmen und Vorwandt/ als wären die Republicquen vor gecrönte Häupter/ und alſo denſelben in Würden gleich zu achten/ an denen Käyſerl. und Königl. Höfen/ und Capellen die Præcedenz vor den Churfürſtlichen Geſandten prætendiren wollen; ſo ſollen und wollen Wir in künfftig ſolches weiter nicht geſtatten; Wäre es aber Sach/ daß neben den Churfürſtl. Geſandten der recht titulirter und gecrönter regierender Ausländiſcher Königen/ Königl. Wittiben/ oder Pupillen [denen die Regierung/ ſo bald Sie Ihr gebührendes Alter erreichet/ zu führen zuſtehet/ und immittelſt in der Tutel oder Curatel begriffen ſind]

Bottschaffter zugleich vorhanden wären / so mögen und sollen zwar dieselben den Churfürstl. Gesandten / diese aber allen andern auswärtigen Republicquen-Gesandten / und auch denen Fürsten in Person ohn Unterscheid vorgehen; Was auch darwieder hiebevor per decreta, und absonderlich 1636. oder sonst vorgenommen oder verordnet / forderichst abgestellet und krafftloß seyn solle. Et mox: Auch sollen und wollen Wir in übrigen die Vorsehung thun / daß denen Churfürsten selbst Ihre von Alters hergebrachte / und sonst gebührende Würde und Prærogativen erhalten / und darwieder von fremder Regenten / und Republiquen-Gesandten / oder andern an Unserm Käyserl. und Königl. Hof / oder wo es sich sonst begeben könte / nichts Nachteiliges oder Neuerliches vorgenommen oder gestattet werde / add. *Capit. Ferd. III. Art. 4.* & *Ferd. IV. Art. 4.* Sicuti etiam non tantùm ex *Constitutione Aureæ Bullæ*, itemque *Ceremoniali Curiæ Romanæ*, ubi expressis verbis de Electoribus Imperii sic legitur: *Principes Electores Romani Imperii digniores habentur aliis Principibus præter Reges*; sed multis insuper exemplis abundè probari potest, quod Archi-Principes Electores eorumque Legati Venetorum Legatos omni tempore præcesserint, & hi ipsi vel sponte sua illis potiorem dederint locum, vel factâ nonnunquam protestatione nihilominus tandem iis cedere coacti fuerint. Sic cum Anno 1490. Romæ in Sacello papali Legatus Reipublicæ Venetæ præter omnem spem cum Electoris Moguntini Legato de Præcedentiâ competeret, adeò, ut eâ de causâ magnis inter eos certaretur jurgiis, Pontifex Romanus, ipse tunc temporis præsens, præviâ deliberatione pro Moguntinô rem decidit, jussitque eum immediatè & primô post Cæsaris & Regis Portugalliæ Legatos locô ante Venetum collocare, quem locum etiam Moguntinus posteà non solùm per totum præsentiæ suæ tempus tàm in Aulâ, quàm in Urbe Româ retinuit, sed & Diploma quoddam & publicum documentum super hoc Proëdriæ negocio à Papâ accepit. Pariter, cum Imperator Fridericus III. d. 7. Decembr. Anno 1493. magnis funerum sumtibus Viennæ cæsareis redderetur sepulcris, Legati Electoris Moguntini, Trevirensis, Coloniensis, Palatini, Saxonis pariter ac Brandenburgici, Regem Rom. Maximilianum I. & Legatos Re-

Regum Galliæ, Ungariæ & Bohemiæ in Processione immediatè sunt secuti, postmodùm Austriaci, Bavarici, & demùm Venetorum Legati. Qualis Conductus eodem modô fuit Anno 1519. Viennæ, in solennibus exequiis Imperatoris Maximiliani I., ubi Legati Veneti non solùm omnibus Legatis Electoralibus, sed & iterum Ducalibus, Austriacis pariter ac Bavaricis locum cedere tenebantur. In Conciliô Tridentinô, ut suprà mentionem fecimus, post Legatos pontificios præcipuus dignitatis locus attributus fuit Legatis Dominorum Electorum, & quamvis ibi Ambassiadores Reipubl. Venetæ & Ducis Bavariæ prærogativæ sessionis contentionem inter se moverint, ita, ut hi quoque cum protestatione è conclavi secedere fuerint coacti, cum Electoralibus tamen Legatis hac de re nil quicquam competierunt Veneti, sed reliquerunt istos in quietâ loci possessione, und erkenneten damit in Angesicht der gantzen Christlichen Kirchen die Præeminentz der Churfürsten / und den von uhralten Zeiten Ihnen zukommenden Rang. Nec minus notum esse arbitror, quod, cum Anno 1658. Elector Bavariæ Viennæ ab Imperatore peteret investituram, ejusque Legatus Comes *Hermannus de Fürstenberg*, cum Legato Venetô in Capellâ Cæsareâ conveniret, Electoralis principem sessionis locum occupaverit: Quâ de causâ Legatus Reipublicæ Venetæ, non adeò serenô vultu adspiciens Comitem, è Sacello statim abiit, atque sic in effectu ipsi cessit. Idem quoque Anno 1660. in Coronatione Regis M. Britanniæ *Caroli II. Stuarti* Legatus Venetus, qui solenniter ad hunc Actum erat invitatus, fecit: & cum intelligeret, quod Electorales Brandenburgici potiorem sessionis locum habere affectarent, inque eâ re multos insuper in ipsâ Aulâ Anglicanâ haberent suffragatores, pompæ & solennitatibus hisce adesse noluit. Ut proindè potentissima aliàs Orbis Europæi *Respublica Veneta*, in hunc usque diem, ne minimum Actum possessorium contra *Serenissimos Sacri Romani Imperii Electores* in hujusmodi Proëdriæ jure allegare queat. Id quod etiam optimo jure de Republicâ Belgicâ dicendum. Affectarunt quidem adhuc ante aliquot annos & præcedentiam præ Legatis Electoralibus Legati Batavi, sed parùm id curant Electores,

postquam per tot annorum tempora sine ullâ contradictione utique primum Legatis suis locum obtinuerint. Adstrinxerunt iidem se invicem arctiùs denuò Anno 1671. d. 15. Novembr. de non recedendo ab illâ aliquot abhinc seculis obtentâ observantiâ, quâ in Aulâ Imperatoris & Regum immediatè post Regis Legatos sui collocantur, in quâ & Imperator eos conservare promisit. Exemplum Recessus ex *Diar. Europ. P.24. p.507.* sequ. §. extat. Und so hat auch der damahls Chur-Brandenb. Envoyè Extraordinaire in Franckreich/ der von Spanheim/ bey dem Carrassol, so im Majo Anno 1685. zu Versailles gehalten worden/ auf die vor denen fremden Gesandten und Abgesandten zur rechten Seiten des Königes aufgerichteten und mit Tapeten belegten Bühne alsobald die Hand genommen/ und über die Staatische Envoyez Extraordinaire die Zeit über sitzen geblieben. Dabey sich dann auch alle Churfürstl. Ministri publici hinfort wohl mainteniren werden.

X. Manet itaque omninò Serenissimis Electoribus Imperii Jus Proëdrias præ omnibus orbis Principibus [exceptis tantùm Regibus] etiam extra celebrationem Curiæ, quocunque locô. Quid circa hanc rem Anno 1671. ab ipso Collegio Electorali conclusum, ex sequenti Dominorum Electorum Recessu, quem certis de causis hic adjicere placet, apparet:

Vergleich der Churfürsten/ wegen Ihrer Præcedentz gerechtsame.

DEmnach bekandt/ wasmassen des H. Röm. Reichs höchstlöblichste Churfürsten/ in Krafft von Uhralters competirender Præeminentz und Hoheit/ wie auch von etlichen 100. Jahren her continuirter Observantz, weder an Käyserlichen noch andern Höfen/ niemahlen einigen andern/ als allein denen gecrönten Häuptern/ auch Königlichen Wittwen und Pupillen/ denen die Königliche Re-

Regierung / so bald Sie Ihr gebührliches Alter erreichet / zu führen zu stehet / gewichen und nachgegeben / oder auch durch Ihre Gesandte weichen und nachgeben lassen / sondern jederzeit Ihre Ehren-Stellen gleich nach jetzgemeldten gecrönten Häuptern / so wohl in Person / als durch Ihre Bottschafften und Gesandte genommen / und hergebracht haben / dabey auch Ihre Käyserliche Majestät selbsten Sie / Vermög Ihrer geschwornen Käyserlichen Wahl-Capitulation zu schützen / verbunden seynd / und es sich zuträgt / daß höchstgedachte Ihre Churfürstl. Gn. und Durchl. Gesandte / Abgeordnete und Residenten nun offtmahl an besagten Käyserlichen und Königlichen Höfen / wie auch anderer Orten mit fremden Republiquen- und Fürsten-Gesandten / Abgeordneten und Residenten concurriren / dannenhero mehr-höchsternannt Ihre Churfürstl. Gnaden und Durchl. vor eine Nohtdurfft befunden haben / dahin angelegentlich bedacht zu seyn / damit in dergleichen Occasionen Ihnen an solcher Ihrer Præcedentz nicht præjudiciret / sondern solche gebührend gehandhabt werde; Als ist von denenselben veranlaßt und geschlossen worden / sich dabey auch auf alle dienliche Mittel und Wege zu mainteniren / und daß zu solchem Ende von jeden seinen Bottschafften / Gesandten und Residenten / welche am Käyserlichen Hof oder anderer Orten / inn- oder ausser des Reichs geschicket werden / gemessen / und ausdrücklich anzubefehlen / in solchen Ihren Verrichtungen an besagten Höfen / wie auch sonsten / von ermelter fremden Republicquen- und Fürsten-Gesandten und Residenten einzunehmen / darauf festiglich zu halten / und sich darvon nicht verdringen zu lassen; Gestalt dann auch oft höchsternannte Ihre Churfürstl. Gn. und Durchl. sich

versehen wollen / man so wohl am besagten Käyserlichen und Königl. Höfen / als anderer Orten / Sie vielmehr bey Ihrer Præeminentz und Hoheit erhalten zu helffen / als denenselben einiges Nachtheil disfalls zuziehen zu lassen, von selbsten geneigt seyn werden; welchem auch also nachzukommen / und darob festiglich zu halten / von viel höchstberührter Ihrer Churfürstl. Gn. und Durchl. einmühtig beliebt und beschlossen / so dann dieser Receß allerseits eigenhändig unterschrieben / und mit Dero Churfürstlichen Secret-Insiegel bekräfftiget worden / So geschehen den 15. Novemb. Anno 1671.

DISCUR-

DISCURSUS VI.

De
Sedendi Votandique in Comitiis Ordine & autoritate, cujus principem locum Electores inter Collegia Imperii obtinent.

I.

INter Prærogativas Sereniſſimorum Electorum non inappoſitè etiam numeratur, quod inter Statuum Collegia, in omnibus Imperii Comitiis, deliberationibus & Conventibus, principem Seſſionis locum, primæque autoritatis vota habeant. Poſtquam enim Ordines Imperii, vel abſentium Nuncii ad locum Comitiis deſtinatum venerint, ſolet ipſis ſtatim à Vice-Mareſchallo Pappenheimio, ad juſſum Cancellariæ Moguntinenſis, locus & negocium, ubi & quare conveniendum ſit, nec non tempus & hora, audiendæ propoſitioni, quæ ab Imperatore ſolo vel ejus Commiſſario fit, deſtinata, determinari, quô factô omnes & ſinguli condictô tempore in Palatio Cæſaris apparent. Quod ſi Elector Saxoniæ ipſe adeſt, intimatio diei, horæ & materiæ deliberandæ, è Cancellariâ Moguntinâ ejus Serenitati fit, & ab ipſâ poſtmodum Vice-Mareſchallo de Pappenheim denunciatio committitur. Priusquam autem deliberationes ibi ſuſcipiantur, comitantur Imperatorem vel ejus Commiſſarium in templum omnes, ibique Miſſam celebrant, & pro felici Conſiliorum ſucceſſu preces ad Deum fundunt. Quibus peractis, Cæſar ſolenni pompâ cum Electoribus & cæteris Statibus in Curiam ſeu Præto-

Prætorium pergit: quo cum jam ventum eſt, omnes ordine Seſſiones ſuas capiunt; Integram ſolennitatem deſcribit *Aut.* **Der Grundfeſt:** *P. 2. Cap. 2.*

II. Adſcendit autem Imperator, vel ejus Commiſſarius Principalis, qui ſemper eſt Princeps quidam Imperii, locum eminentiorem, Subſellium videl. magnificentiſſimè exornatum, duplicique tabulatô magis elatum quàm Electorum occupat, eoq; ſub Baldachino ſedet: reliqui autem adjuncti Commiſſarii, quos Publiciſtæ Con-Commiſſarios vocant, à latere ſiniſtro throni ſtant. Hunc Senatus Electorum paulò depreſſiori locô circumſidet, in Subſelliis nimirum uno gradu elevatioribus præ Principibus, iisque rubrô pannô veſtitis, & quidem juxta *Inſtr. Pac. Art. 4. §. Quod ad Domum Palatinam &c.* quô octavus Elector fuit conſtitutus, & hodiernam Comitiorum Praxin, hoc ordine: ut à dextro latere hujus ſedeat Moguntinus, Dux Bavariæ & Brandenburgicus: à ſiniſtro Colonienſis, Saxo & Palatinus, daß alſo die beyden Herren Churfürſten / Brandenburg und Pfaltz / die beyden Latera ſchlieſſen / und auf denenſelben die Loca extrema haben / Conf. *Concluſ.* des Churfürſtl. *Collegii* Dero *Seſſion* und *Præcedentz* betreffend *de Anno 1654. §. 3.* Trevirenſis verò ex oppoſito & lineari directione ad pedes Imperatoris verſus ejus faciem, recht gegen eines Kåyſers Angeſicht über / juxta *Cap. 4. §. 1. A. B.* juncto *Cap. 3. §. 2.* in cujus rationem inquirit *Arumæ. Diſc. 3 ad A. B. §. 2.*, quem defendit *Limnæ. J. P. Lib. 3. C. 6. §. 16. ſeq.* Nos, quid poſt tantæ ſcientiæ viros in hoc paſſu adjiciamus, confitemur non habere. Quod ſi autem Imperator, vel ejus Commiſſarius abſit, tùm in Collegio Electorali Moguntinus hodiè primum locum occupat, cujus dextro latere primâ vice ſedet Elector Trevirenſis, ſecundâ Colonienſis, utpotè qui in Seſſione hic alternant: Deindè Elector Bavariæ & Brandenburgenſis ſuccedunt; à Siniſtris Moguntini, poſt unum ex dictis Electoribus Eccleſiaſticis, Elector Saxoniæ & Palatinus ſedent. Atque ita in Comitiis Ratisbonenſibus Anno 1684. à glorioſiſſimo Collegio Electorali fuit diſpoſitum, uti ex allegatô *Concluſô Electoralis Collegii*, ab Autore der Grundfeſt des Heil. Röm. Reichs / *P. 2. C. 4.* relatô liquet, cum hoc tamen expreſſô ad-

additamentô: Dofern der achte Electoratus wieder cessiren und abgehen solte / daß alsdann des Hrn. Churfl. zu Brandenb. Durchleucht. die rechte Seiten wiederum quittiren / und auf der lincken Seite Ihre vorige Stelle nehmen: Hingegen Chur-Pfaltz Ihren vorigen Platz auf der rechten Seiten wiederum occupiren soll / add. *Lundorp. Act. Publ. Tom. c.6. §.109.* Sed hæc omnia sic se habent in Comitiis & aliis Sessionibus publicis, ubi ordinaria in A.B. fundata latera observantur; Ubi verò ista non observantur, sed Domini Electores, si in personâ sunt præsentes, unâ continuâque serie omnes sedent, prout in Electionis Cæs. conclavi fieri solet, primum locum Moguntinus, secundum ac tertium Trevirensis ac Coloniensis vicibus alternis, quartum Bavarus, quintum Saxo, & sic porrò, usque ad Palatinum, qui secundum Inst. Pac. septimum & ultimum obtinet; quod si Rex Bohemiæ præsens sit, primô post Ecclesiasticos locô collocatur, atque ita ante omnes reliquos Electores Seculares quartum locum tenet, Vid. modò *cit. Conclusum Electoralis Collegii, §.1.* Quinam autem sedendi ordo inter Dominos Electores imposterùm sit observandus, cum videlicet nonus Electoratus bonô Imperii publicô hodiè invectus, futura nos docebunt tempora, hactenus enim hâc de re nihil dispositum; nullus quidem dubito, quin idem utriusque lateris manserit ordo, & novo Electori Hannoverano in sinistrô latere penes Brandenburgicum, si verò unâ serie omnes sedent, penes Palatinum, & sic semper ultimus locus daturus sit. Qualis aliàs sedendi, itemque eundi ac standi ratio à temporibus Caroli IV. & ante Instrumentum Pacis inter Electores obtinuerit, satis apparet ex *A. B. Art. 3, 4, 22, & 23.* Qualis verò eundi & procedendi modus post Instrum. Pac. obtineat, delineat *Dict. Not. ad A.B. Tit. 22.*

III. Hôc autem dictô Ordine non solùm Electores ipsi, si in personâ Aulæ Cæsareæ & Congregationibus Imperii adsunt, sed & Legati absentium sedere consuescunt, Conf. sæpiùs alleg. *Declaratio sivè Conclus. Colleg. Electoral. in Comit. Ratisbon. de anno 16 4.* ibi: Wo keiner unter den Herren Churfürsten des Heil. Reichs persöhnlich zugegen / so soll es mit denen Rähten / Gesandten und Bottschafften /

N tàm

tàm in actibus collegialibus, quàm extra-collegialibus & Processionibus, eben so gehalten werden / wie es mit denen Herren Chur-Fürsten gehalten wird / wann dieselbe in Person alle beysammen / dergestalt / daß einjeder seines Principalen in A. B. Ihm adsignirte und hergebrachte Stelle und Latus, in denen Actibus, wo Latera gehalten werden / nehme und habe. Quod si verò Princeps aliquis Elector præsens sit, sedem ac stationem suorum Principalium remanentium non obtinent Legati, licet aliàs eorum Domini, si adessent, præsentem Electorem antecederent, publicâ sic definiente Lege *A. B. c. 28. §. Quandocunq; 6.* idque obtinet in omnis generis conventibus imperialibus; cujus rationem indè petas, quoniam non eadem est ratio Electoris & Legati, quippè cùm potentius sit jus, quod quis habet jure propriô, quàm alienô, *L. 33. §. 1. ff. de Fact Comm. L. 56. seqq. ff. de Leg. 2.* Nam in Principe præsente propria est Majestas, in Legatô tantùm Dignitas aliena: illic rei veritas, hìc fictio. Quamvis enim fictio veritatis pondus habeat ordinariè, ut tenent communiter Doctores, tamen ubi veritas & fictio ad idem collimant, veritas prævalet fictioni, *L. 33.* ibi *Godof. ff. de Liber. & Posthum.* imò, ipsa Lex positiva, quæ fictioni pondus hoc dedit, decerpere vicissim ipsi aliquid ob causam specialem potest. Itaque in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1653. post longam altercationem, Electoris Bavari cœterorumque Secularium Electorum Legati, *Carolo Ludovico*, Comiti Palatino Electori, wegen seiner persönlichen Præsentz, quamvis ordine ultimo, rectè locum cedere jussi fuerunt. Denn als die Regenspurgischen Rahts-Herren erinnerten / daß sie Documenta hatten / wie schon Ao. 1566. die Churfürsten sich deshalb verglichen / wurde jemand expreisè nach Mayntz abgefertiget / im Reichs-Archiv nachzusehen / welcher die Leges solcher Transaction mitbrachte. Secundum quam etiam expressa tunc temporis à Collegio Electorali hæc sententia lata: Wo die Herren Churfürsten nicht alle persönlich gegenwärtig / und mit der Abwesenden Gesandten concurriren würden / daß alsdann die in eigener Person anwesende Herren Churfürsten der Abwesenden / oder sonsten / quacunque occasione bey denen Actibus tàm publicis quàm Collegialibus nicht erscheinenden Hn. Churfürsten /

Räh-

Räthen / Gesandten / Bottschafften [ohne Respect Ihrer gnädigen Herren Principalen sonsten vor- oder nachsitzen / wann Sie selbst gegenwärtig wären] in sedendo, eundo & procedendo, doch salvô semper directoriô ac laterum & votorum ordine, vorgezogen werden solten / Conf. *Aut. Comitiolog. Ratisb. de an. 1653. P. 3. Disc. 3. §. 50.* von Heerden Grundfest des Heil. Röm. Reichs *P. 2. c. 4. p. m. 94. seqq. Pfanner. Histor. Comitior. Imp. celebrat. A. 1652. 53. & 54. lib. 1. §. 25.* nisi citra cujusquam præjudicium id fieri possit: Et sic observatione dignum, si Electores, Brandenburgicus & Palatinus non adsunt, tunc quidem ipsorum Legatos sessiones suorum Principalium occupare, eò quòd uterque extremum hodiè semper locum teneat, ille à dextris, hic à sinistris. Si verò cæterorum Electorum, quorum intermedia est Sessio, aliquem abesse contingat, reliqui verò præsentes sint, tunc Electores præsentes absentium Subsellia, locaque media ingrediuntur, Legatis absentium ad extrema Subsellia remissis: ita tamen, ut latera ideò non sint mutanda, dann dieses Vorsitzen nur auf eines jeden Latus zu verstehen / & deindè, uti dictum, salvô semper manente Directoriô votorumque ordine.

IV. Verum, quoad cæteros Imperii Principes, res sic sese non habet, ante illos enim in personâ præsentes Electorales Legati præcedentiam habent, quod probari potest ex *Art. 4. Capit. Ferd. IV. Art. 5. Capit. Leopold.* & *noviss. Joseph. Art. 5. verb.* auch denen Fürsten in Persohn ohn Unterscheid vorgehen: & quidem non solum in sessionibus Comitialibus & Actorum publicorum celebratione, sed etiam aliis Conventibus & congressibus quibuscunque, add. *Dominus Rhet. Inst. J. P. Lib. 2. Tit. 23. §. 8.* non obstante Memoriali Cæsari hac de causâ in Comitiis Anno 1654. exhibitô, quod vid. apud *Autor.* der Grundf. *P. 2. c. 5. p. 113.* add. *Monita Stat. ad Capit. Leopold. Art. 4. §. 4.*

V. Deindè post Electorum Subsellia in communi Buleuteriô duo adhuc alia viridi pannô vestita, sed unô gradu Electorum, duobus verò Cæsaris sede inferiora [idque in differentiam graduum & dignitatum] inveniuntur, in quibus cæteri Principes, eorumque, qui absunt, Legati, una cum reliquis Imperii Ordinibus, Comitibus atque Baronibus Sessiones suas capere solent; Et quidem

in horum dextrô consident reliqui Archi-Episcopi & Episcopi, qui non sunt Electores, vel eorum Legati: item Abbates, Prælati, M. Magister Ordinis Teutonici, M. Magister Ordinis Johannitici, nec non hodiè Domus Austriæ & Burgundiæ Legati, quorum Dominis ob eximiam Præeminentiam, licet sint Principes Seculares, locus in hôc Scamnô Ecclesiasticô fuit concessus. In Sinistrô Principes Politici, item Comites & Barones, eorundem omnium vel Legati locum occupant. In Scamnô autem transversô seu Intermediô, [entgegen stehenden oder Querbanck] quod inter Ecclesiasticum scilicet & Seculare hodiè reperitur, cùm præsentibus tribus Imperii Collegiis, tùm in Collegio Principum, sessum recipiunt Ecclesiastici Principes ex Augustanâ Confessione; quod Scamnum primùm *Instrum. Pac. Cæs. Suec. Art. V. §. 6.* in eorum gratiam est introductum, prout quoque in Comitiis de Ao. 1653. in eô sederunt Archi-Episcopus Magdeburgensis & Episcopus Lubecensis; & in Comitiis Anno 1663. in eô sedit Episcopus Osnabrugensis, uti testatur *Autor* der Grundfeste des H. Röm. Reichs *P. 1. Cap. 5.* & *Diar. Europ. P. 10. p. 33.* Quia verò Ecclesiastica Archi-Episcopatus Magdeburgensis conditio hodiè vi *Instrum. Pac. Art. 11.* in Ducatum abiit, & ideò ejus etiam modernus Possessor, qui est Sereniss. ac Potentiss. noster Elector Brandenburgensis, tanquam Secularis Magdeburgensis Princeps nunc in Scamno Seculari post Bavarum sessionem occupavit, in illô transversô Scamnô adhuc Episcopus Lubecensis, qui dignitatem Ecclesiasticam retinuit, & in casu alternativô, Osnabrugensis [qui hodiè Serenissimus Elector Brunsuic. & Lüneburgensis Hannoveranus] *Instr. Pac. Art. 13. §. 6.* solum remanet.

VI. Sed hic inter Serenissimos hos Imperii Principes nonnullos plurimæ eæque gravissimæ lites ac contentiones sese offerunt, videlicet de Jure Proëdriæ sivè Sessionis ac Præcedentiæ Prærogativâ in Comitiis aliisque Actibus publicis; quarum permultæ nec dum sopitæ extant, dum quilibet suo juri firmiter innititur: Dolendum modò, quod tùm quàm maximè agitentur, cùm de Reipublicæ negociis, & rebus, quæ ad summam ejus pertinent, consultandum. Quanta enim tùm temporis secum trahunt in-

incommoda, passim indicant Textus Recessuum Imperii, Vid. *Rec. Imp. de ann. 1500. 1507. 1530. 1542.*, it. *Ratisb. de ann. 1603. §.* der in dem *&c.* undè inter impedimenta & moras Comitiorum hujuscemodi de Præcedentiâ controversiæ numerantur apud *Autorem* der Grundf. *P. 2. c. 1. p. 62. & 64.* Haud parum autem publico consulunt ii Principes, qui vel in Sessione & Votis alternant, sicut hactenus inter nonnullos salutariter hoc provisionale sivè suspensivum remedium, Alternationis videl. via introducta, ut mox audiemus: Vel in Comitiis ad tempus aliis cedunt, simulque jus suum conservant Protestatione. Hâc enim cujusque jus & permittitur alteri, & cuique servatur: Hâc fieri non videtur aut creditur, quod fit: Eâque denique, quod factum impræsens est, ut non factum, æstimatur. Atq; sic in Comitiis A. 1654. Ratisbonæ compositæ sunt lites Familiæ Altenburgicæ & Coburgicæ cum Weimar, Gotha & Eisenach, quæ à multis annis intercesserant, Vid. sæpè *alleg. Autor.* der Grundfeste *P. 2. c. 1.* His mediis componendi vel temperandi controversias de præcedentiâ etiam addi solet *Sors, Promiscuus Ingressu* & *Anomala Sessio*, uti Anno 1471. in Comitiis Ratisbonens. Burgundiæ Ducis Legati cum Electoribus de Sessione litigiosi ad frontem Cæsaris locabantur.

VII. Cœterum prærogativæ Sessionis contentionem olim movebat, & partim adhuc in Comitiis Ao. 1663. movit in Scamnô Ecclesiasticô Archi-Episcopus Salisburgensis Archi-Duci Austriæ & Duci Burgundiæ, quæ tamen lis hodiè in alternativam desiit, ità, ut si Austriacus unô die primam Sessionem, Dux Burgundiæ alterô die eandem, & Salisburgensis tertiô die istam teneat, & qui primus inter illos tenet locum, jus simul dirigendi habet. Deindè adhuc de Præcedentiâ competunt Magister Ordinis Teutonici & Episcopus Bambergensis, qui in eô æqualis est Archi-Episcopo, quod infuletur pallio & nullius sit suffraganeus. Inter Episcopum Herbipolitanum & Wormatiensem alternativa Sessio hodiè obtinet, ita, ut primô & ultimô die Herbipolensis primas teneat, quas sibi quoque in Subscriptione Recessus absque alternatione vindicat. Lis Episcopi Eichstetensis & Spirensis per Decretum Cæsareum contra Spirensem finita est: Episcopus

Argentinensis intermediam Sessionem inter Spiram & Eichstadium petit. Brixiensis & Basileensis per pactum Anno 1641. initum itidem alternant, prout & Lutticensis, Osnabrugensis & Monasteriensis alternativam Sessionem hodiè eligunt, ita ut Osnabrugensis, si est Pontificius, semper medium obtineat locum. Contendunt adhuc Abbates, Fuldensis, Campidunensis, Elwangensis & Murbacensis, & cum tribus posterioribus iterum M. Magister Ordinis Johannitici in Germaniâ, qui vocatur Magnus Prior, collocatus à Carolo V. inter Principes Imperii, *Spreng. Luc. Stat. Imp.* Rursus, Abbas Weissenburgensis & Prumiensis, it. Stablovienfis & Corvejensis. Inter Seculares Palatini protestantur adhuc ratione Præcedentiæ contra Duces Bavariæ, qui in possessione: Sed Palatini pro jure suo conservando semper, quoties fit, in Comitiis protestantur: Duces Saxoniæ contra Palatinos & Bavaros, quæ lis nondum adhuc composita: Vinariensis contra Altenburgicos, qui tamen in possessione sunt: In Comitiis de anno 1653. & 54. Vinariensis primum locum prætendit, quod Domus Altenburg in Conventu Osnabrug. Monaster. primum locum obtinuerit. Brandenburgenses Culmbach & Anspach protestantur contra Saxonicos & Palatinos, quærendo Sessionem alternativam. Inter Familias, Pomeranicam, Würtenbergicam, Hassiacam, Badensem & Megapolitanam de Prærogativâ Contentio in alternativam desiit, uti absque juris sui præjudicio inter se in Comitiis Ratisbonens. Anno 1654. convenerunt. Princeps Halberstadiensis, qui Elector Brandenburgensis, contendit cum Duce Verdensi, Rege Sueciæ, quem jam Decretum Cæsaris pro se habere tradit *Spreng. in Luc. Mod. Stat. Imp. pag. 26.* Henneberg adhuc competit cum Mumpelgardico de Præcedentiâ: Salmensis prætendit Prærogativam contra Lobkowitz & Eggenbergium: Nassovii contra ambos, aliosve recentiores Principes ex antiquitate Familiæ: Et è Nassoviis iterum contendunt Dillenbergius & Hadamaricus. Liber Equestris Ordo Sueviæ & Wetteraviæ hodiè alternant. De quibus maximâ ex parte latè differentes videri possunt *Limn. J. P. Lib. 4. Cap. 9* & post eum *Spreng. c. l. c. 1. p. 20. seqq. Oldenburg. Limn. Enucl. Lib. 3. Cap. 19. §. 2. seq.* it. *Besold. de Jur. Præced. c. 2.*

Rumel.

Rumel. ad A. B. P. 3. Disc. 1. *Speidel. Spec. Histor. Polit. Jurid. voc.* **Fürst.** imprimis *Dominus Andr. Crusius Reip. Mindensis Syndicus in eleganti Tract. de Jure Praeced. Lib. 1. Cap. 7. per tot.*

VIII. Illud hôc locô adhuc quæritur: Num, quemadmodum inter Electores, ita inter Principes hos quoque observetur, quod in Comitiis Principibus in persona præsentibus locum cedere teneantur Legati aliàs Principalium? Et dicimus quod sic, nisi Legati sint quoque Principes Imperii ejusdem stemmatis, sed votum & sessionem in Comitiis non habentes; Wann e. g. ein regierender weltlicher Fürst seinen Sohn / oder andern seines Hauses nechsten Angewandten an seiner stat absenden und Vollmacht auftragen thäte / der nimmt unter den anwesenden regierenden Fürsten eben die Stelle / welche sonsten seinem Principal-Committenten / wenn Er zugegen wäre / gebühret / wie eines und anders aus den Reichs-Actis notorium, add. *Autor* der Grundfeste *P. 2. Cap. 5. pag. 111.* *Myler. ab* Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. P. 1. Cap. 13. §. 22.* *Dominus Rhet. Inst. Jur. Publ. Lib. 2. Tit. 32. §. 10.*, ubi explicat, quibusnam Principibus in personâ in Comitiis publicis præcedentia tribuatur præ Legatis aliàs Principalium suorum. Quoad Principes novos quidem in istô negociô controversia mota fuit Anno 1641. in Comitiis Ratisbonensibus, ubi veterum Principum Legati ante eos sessionem & votum habere prætenderunt. Verùm nihilominus & illos personaliter comparentes in Comitiis Anno 1654. in Senatu ante omnes Veterum Principum Legatos, non modò sedisse, sed & vota exposuisse, *Auto.* der Grundfest. *P. 2. c. 5. pag. 110.* exemplô Salmensis, Piccolominei, Dietrichsteinensis, Auersbergii, Nassovii, qui omnes à Ferdinando II. & III. Imperatore ad Principalem dignitatem evecti, comprobat. Prout quoque specialis observantia & praxis testatur, quod à 150. annis usque ad Ferdinandum II. è Comitivâ vel aliâ etiam minus grandi dignitate ad Principatum evecti in Sessione & Votô, non minus quàm veteres Principes, cœterorum veterum Principum Legatis, in Collegio Principum sine omni contradictione fuerint præpositi, Wie Sie dann auch in denen den Reichs-Abschieden angehängten gewöhnlichen Verzeichnissen der bey solchen Conventen in Persohn / oder durch

Gesandten und Bottschafften erschienenden Ständen / jederzeit bis dato vorgesetzet. Idque jure meritô: Dann so ein **unmittelbarer Reichs-Freyherr** / wann derselbe zu einen **Grafen** / und einer von **Freyen-Reichs-Adel** zu einen **Freyherrn** gemachet / und in selbiges Collegium eingenommen wird / jener nicht der ältern Grafen Gesandten / [in diesem Ihren separatô Collegiô] noch diesen der ältern Freyherren Abgeordneten nachsitzet und nachstimmet; sondern / wann Sie in Persohn erscheinen / sitzen und votiren neben den andern persöhnlich anwesenden Grafen und Herren Ihrer Ordnung nach / vor allen andern Gräf- und Freyherrlichen Deputirten und Abgeordneten; Gleicher Gestalt zemet sich auch / wann Ihr. Käyserl. Majest. ein vornehmes Gräfliches Geschlecht summâ autoritate & potestate Cæsareâ, aus erheblichen trifftigen Ursachen / in Fürsten-Stand erhebt / daß selbiges gleich den andern anwesenden ältern weltlichen Fürsten in Persohn derer abwesenden Rähten und Bottschafften vorsitze und vorstimme: Sonsten würden die vornehmen Gräflichen Geschlechter in hoc passu nicht so viel Würdigkeit / als ein freyer Reichs-Adel / haben. Quid præteritis annis in splendidissimo Collegio Electorali, hâc in materiâ fuerit conclusum, & pro temperamento ibidem, imprimis ratione Hohenzollerensis, Eggenbergensis & Lobkowitzii, ad interim propositum, ex Actis publicis satis patet. Sed quoniam istud Interim-Temperamentum non hisce tribus tantummodò, sed & nonnullis aliis, maximè à Gloriosissimo nostro Imperatore Leopoldo nuperrimè ad Principatum evectis, nimis onerosum, receptæque in Imperio consuetudini minimè conveniens visum fuit, ideoque illud interpositâ Protestatione subire recusarunt. Attamen præ omnibus Archi-Ducibus Austriæ & Ducibus Burgundiæ hoc peculiare est, quod eorum Legati Principibus in personâ præsentibus, tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus, in Comitialibus scilicet Conventibus & Sessionibus publicis semper præferantur, Vid. *Acta* **des Reichs-Tages zu Regenspurg** *de Anno 1654.* **was den** *28. Febr.* **im Fürsten-Raht vorgangen.** Quâ præeminentiâ cum & Bisantinus Legatus & Magistri Ordinis Teutonici in Comitiis Ratisbonensibus Ao. 1641. gaudere quærerent, per Decretum Cæsareum retulerunt repulsam, uti hoc annotavit *Dn. Rhet. c. l. Lib. 1. Tit. 15. §. 10.* IV. Deni-

IX. Denique, quod Tertium Collegium nempè *Civitatum Imperialium* attinet, licet sint illæ Status Imperii, earum tamen Nuncii sivè Legati intra Cancellos & limites duorum priorum Collegiorum non adsident, sed extra eosdem, ausser den Schrancken / womit solcher Käyser- Chur- und Fürstliche Consess umgeben / (ut indicetur aliqua dignitatis differentia) peculiarem locum occupant. Ubi itidem reperiuntur Subsellia, sed nullô pannô, neque rubrô, uti Subsellia Electorum, neque viridi, sicut cæterorum Principum, vestita, quæ intermixti inter se invicem petunt. Aliâs, imprimis in suô separatô Conclavi, duo faciunt Scamna, quorum alterum Rhenanum, die Rheinische / à dextris, alterum Suevicum, die Schwäbische / à Sinistris. Et quidem in illô Sessiones suas capiunt Civitates ad Rhenum, Lubeca, nec non Weteravicæ, Alsatiæ, in Landvogtejâ Hagenoënsi, Saxonicæ insuper Thuringicæ: In hôc consident Suevicæ & Franconicæ Civitates, *Knipschild. de Priv. Civ. Imp. Lib.3.c.2. Limn. J.P. Lib.7.* ubi sigillatim omnes, quæ ad singula Scamna pertinent, ordine Alphabeticô numerat. Qualis verò Sessionis ordo in Collegio Imperii Civitatum in utroque Scamnô hodiè observetur, *sæpe alleg.* von Zeetzen in der Grundfest. *P.2.c.6.* & post eum *Spreng. in Luc. Mod. Imp. Stat. c.1.* satis clarè demonstrant. Quamvis, sicut inter Principes Imperii, ita pari jure & modô inter Civitates quoque Imperiales sæpè prærogativæ sessionis contentiones ortæ, earumque quædam etiamnùm indecisæ pendent. Sic contendunt adhuc de Præcedentiâ Colonia & Aquisgranum: Lubeca & Wormatia, quæ tamen hodiè alternativam eligunt Sessionem: Noriberga & Francofurtum: Brema & Nordhusium, Vid. *Spreng. c.l.* Et hæc de Prærogativâ, quam Electores in Comitiis inter Collegia Imperii in sedendô habent.

X. Quantum porrò ad Ordinem Suffragia ferendi seu votandi, competunt quoque Serenissimis Dominis Electoribus in omnibus Imperii Conventibus ac deliberationibus primæ autoritatis vota, quæque tantidem sunt, quanti in universô Imperii Senatu ferè dimidia Ordinum pars valere potest. Nam factô jam omnium Ordinum consessu in Curiâ, quidam ex Principibus

Ecclesiasticis vel Politicis, Cæsaris nomine Statibus gratias agit pro Comparitione & obsequiô præstitô: quem ipse Imperator vel illius Principalis Commissarius gravi Oratione subsequi solet, ac paucis repetitâ gratiarum Actione simul petit, ut causas edicti Conventus gravissimas ex promulgandâ propositione cognoscere, ac quæ ad Imperii salutem sunt necessaria, in medium proferre velint. Quô factô subnectitur propositio, legiturque publicè per illum, cui hoc à Cæsare vel ejus Commissariô est demandatum. Recitatâ Propositione respondet Directorium Imperii nomine omnium, agendo gratias pro paternâ Cæsaris curâ & affectione erga Imperium, promittendo insuper industriam in deliberationibus suscipiendis, rogaturque, eâ, quâ decet, reverentiâ, recitatæ Propositionis copia. Quâ impetratâ Cæsar sivè illius Principalis Commissarius de thronô surgit, & eâ pompâ, quâ in Curiam venit, iterum secedit. Quibus sic peractis, sequentibus diebus horâ instituendis deliberationibus præstitutâ, Ordines Imperii iterum in Curiam conveniunt. Et quando deindè in singulis conclavibus Directoria mensis suis assident, cæterique Sessiones suas occuparunt, Directores singulorum Conclavium Capita deliberationis proponunt, quæ extemplò Status eô ordine, quô proposita fuerunt, expedienda suscipiunt: Atq; ita tandem ad ea sequuntur vota.

XI. Horum ferendorum autem ratio inter tria ista Collegia non est eadem. Etenim in Collegio Electorali Suffragia feruntur & colliguntur viritim, & quidem ordine à Carolo IV. in *A. B. Art. 4.* præscriptô, quem & nostrô adhuc tempore, tàm in Conventu Electorali, quàm aliis Congregationibus observari existimo; nempè, ut Moguntinus primo omnium compellat Trevirensem, ab eoque votum requirat, dein à Coloniensi, & sic deinceps usque ad Hannoveranum hodiè inclusivè. Omnium tandem exquisitis sententiis, Elector Moguntinus à Saxone interrogatus suum ultimô locô addit suffragium, cum indicatione, quònam vel omnes, vel major pars tenderet; Tamdiu enim interrogatio continuatur, donec vel omnium vota conspirent, vel majora

majora negocium concludant. Et hic ordo illæsus servatur, etsi qui ipsi præsentes, alii autem per Legatos tantùm adsint.

XII. Ast in Principum Senatu, Ecclesiastici quidem Principes & Episcopi, Prælati item dignitate principali coruscantes & M. Magister Ordinis Teutonici singulorum votorum dicendorum jus habent; Sed Secularium Principum quidam respectu diversarum Linearum, duobus, tribus, quatuor & pluribus votis pollent, ceu id patet ex Recessuum, imprimis ultimi de A. 1654. subscriptionibus. Sic Domus Austriaca duo habet vota, unum ratione Austriæ, alterum ratione Burgundiæ: Duces Bavariæ intuitu Bavariæ & Landgraviatus Leuchtenbergici totidem: Domus Palatina quinque habet vota, ratione Lautern, Simmern, Neuburg, Zweybrücken & Lautereck: Rex Sueciæ ratione Ducatus Bremensis, Verdensis & Pomeraniæ citerioris tribus gaudet votis, vi *Art. 10. Instr. Pac.* Porrò Domus Saxoniæ Ducalis ratione Altenburg, Coburg, Weimar, Gothæ, Eisenach & Henneberg sex vota habet, & totidem Domus Brandenburgica ob Principatus Culmbach & Anspach, ratione Magdeburgi, ob Ducatum Pomeraniæ ulterioris, Halberstadiensem, Mindensem; respectu Episcopatus Caminensis etiam votum prætendit, sed Ordines id huc usque concedere noluerunt, protestantibus contra Statibus. Domus Brunsuico-Lüneburgensis intuitu Wolffenbüttel, Zell, Grubenhagen & Calenberg quatuor habet vota: Duces Hassiæ, ratione Cassel, Darmstad & Principatus Hirschfeld tria ducunt: Domus Würtenbergica duo habet, ratione scil. Würtenberg & Mompelgard: Marchiones Badenses tria, intuitu Lineæ Baden-Baden, quæ possidet Marchionatum Superiorem & peculiare habet votum: & intuitu Lineæ Durlacenæ, quæ duplici gaudet voto, alterô ratione Baden-Durlach, alterô vigore Marchionatus Hochbergensis, *Spreng. Jurispr. Publ. p. 431.* Domus Megapolitana ratione Mechlenburg-Suerin & Güstrau, item respectu Principatus Suerinensis & Ratzenburgensis (qui ante Pacem Osnabrugensem erant Episcopatus) quatuor votis gaudet: Unum votum habet Dux Saxo-Lauenburgicus: Duo Domus Holsatica, ratione videl. Glückstad & Holstein-Gottorp: Unum Lotharingica,

Arnbergica, Hohenzollerana, Salmensis, Eggenbergica, Lobkowitzica, Schwartzenbergica, Fürstenbergica, Oettingica, Auersbergica & Porcica Familia ducit votum: & quæ novissimè bonis immediatis in Imperio sunt potitæ, atque in Collegium Principum cum Voto & Sessione sunt introductæ. Domus verò Nassovica duobus gaudet Suffragiis, alterô ratione Hadamar & Sigen conjunctim, alterô ratione Dillenberg, Conf. *Spreng. Luc. Imper. Cap. 5.* Vota autem ista in hoc Principum Collegiô colliguntur alternando, ab unô ad alterum Scamnum; fitque exordium Suffragiorum in Scamnô Ecclesiasticô, ita ut ab Archi-Episcopis, Episcopis & Abbatibus, comprehensis etiam illis, qui in Scamno sedent transversò, saltus fiat ad Principes Seculares. Et quidem Domô Austriacâ dirigente, primum Suffragium fert in Subsellio Ecclesiastico Austria: Secundum in Politico Subsellio Bavaria: Tertium in Subsellio Ecclesiastico Salisburgum: Quartum in Subselliô intermediò hodiè Lubeca: Quintum in Subsellio Ecclesiastico Burgundia; deindè vota alternis vicibus inquiruntur, & Ecclesiasticus in Ecclesiastico, & Politicus in Politicô Subselliô alterna vota dicunt.

XIII. Postquam nunc Principes sua dederint Suffragia, rogantur Vota Prælatorum Non-Principum, itemque Comitum & Baronum, eôdem alternativô votandi ordine. Hi verò non viritim, sed curiatim sententias dicunt, hoc discrimine, ut Curia Prælatorum in duas Classes, Suevicam & Rhenanam, divisa, hodiè in Comitiis in Senatu Principum Ecclesiasticorum duorum ferendorum suffragiorum jus habeat, quod in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1641. iterum illis fuit concessum. Comitum autem & Baronum hodiè, postquam in Comitiis Anno 1654. etiam Franconici & Westphalici Circuli Comites & Barones admissi fuerint, quatuor vota sunt, puta Scamni Wetteravici, Suevici, Franconici & Westphalici sivè Saxoniæ inferioris, der Schwäbischen / Wetterawischen / Fränckischen und Westphälischen Grafen Bäncke / ita ut quodlibet Scamnum in Concilio Principum suum votum & peculiarem Directorem habeat, *Limn. Tom. V. Jur. Publ. in Addit. ad Lib. 9. Cap. 1. §. 143.*

XIV. Tan-

XIV. Tandem Civitates quoque Imperiales secundum duo Scamna, in quæ dividuntur, videlicet Rhenanum & Suevicum, junctim sua Suffragia ferunt. Et licet multæ antehàc, eæque haud leves de votô Civitatum Imperialium controversiæ inter Doctores fuerint agitatæ, tamen per *Inst. Pac. Cæs. Suec. Art. 8. verb. cum omnimoda jurisdictione intra muros & in territorio &c.* iis non minus ac cæteris Statibus, non tantùm consultativum, sed & decisivum, tàm in universalibus quàm particularibus Diætis fuit adjudicatum. Id quod etiam convenit cum formulâ, quâ Elector Moguntinus eas ad Comitia invitat: Ihr wollet erscheinen/ mit und neben andern Reichs-Ständen helffen handeln/ rahtschlagen und schliessen/ ꝛc. quod latè deducit *Knipschild. de Civit. Imp. Lib. 2. Cap. 2. §. 69. seqq.* imò novissima Comitia Ratisbonensia Praxin Constitutionis Instrumenti Pacis satis confirmant, Vid. *Aut. Comitiolog. Ratisb. de Anno 1654. P. 3. Disc. 4. §. 97.* Directorium in hoc Collegio semper illius loci Magistratus habet, ubi Comitia celebrantur, qui peculiari mensæ assidet, & alternatim Civitatum Legatos interpellat, à Scamnô Rhenanô ad Suevicum, ita, ut Rhenanum votum sequatur Suevicum, Suevicum iterum Rhenanum, & sic porrò, dum quælibet Civitas in utroque Scamnô suô votô gaudeat, ex quibus deindè collectivè sumtis commune Suffragium conficitur.

XV. Et hæc jam votandi est ratio, quam moderna Comitiorum Praxis in tribus istis Imperii Classibus observat; Inter quæ autem vota omnia, ut diximus, Serenissimorum Electorum primæ sunt autoritatis, & tantidem, quanti dimidia cæterorum Statuum pars valere potest. Ut itaque omninò & in hoc passu Collegium Principum respectu Electoralis Classis aliqua ex parte depressum, quoniam hodiè Octo tantùm (demtô scil. Bohemiæ Rege) in Comitiis universalibus Electoralia vota habentur, vota verò Principum quam plurima: Octo autem illa Electoralia vota tantundem valent in publicis, quantum omnia illa & numerosa Principum vota. Et hinc quoque Conclusione unius vel alterius negocii in eorum Senatu factâ, quid visum sit primariò ipsis, per Cancellarium Electoris Moguntini Principum Senatui communicant, & sententiam suam aperiunt, qui etiam

plerumque in eandem consentire solet; quod si fit, secundum modernum Comitiorum stylum mox Legati Civitatum Imperialium per Secretarium Cancellariæ Moguntinensis ad Commune Buleuterium, den Re- und Correlations-Saal vocantur, ibique in præsentiâ utriusque Senatus ipsis negocium exponitur, & quid de eô utrique Collegio visum sit. Si in diversa abeant Classes, solent illæ, quæ appellantur Relationes & Correlationes institui, quibus mutuis res tamdiu agitur, donec vel de consensu appareat unanimi Classium, vel saltem duarum inter eas. Quod Statuum Placitum, welches Reichs-Bedencken / Reichs-Gutachten deindè tanquam unanime Conventum, per certos Deputatos Cæsareæ Majestati sivè ejus Principali Commissario refertur, cui si Imperator accedat, res confecta est, & fit decretum: Legis enim vigorem non habent, quæ Ordinibus in Comitiis placent, quoad usque Imperatoris Autoritas non accesserit; sin minus, usu receptum est, ut tamdiu excipiendo, replicando, duplicando disputetur, usque dum concors oriatur sententia. Quâ secutâ, & sic conclusione factâ, vel super omnibus in propositione Cæsareâ comprehensis, vel plerisque aut potissimis materiis, vel iis (uti nonnunquam fit) in sequentia Comitia rejectis, singula Imperii Conclusa à Directorio Moguntino in Formam alicujus Recessus rediguntur, qui deindè publicè coram Cæsareâ Majestate & Deputatis, aliisque hodiè adhuc pluribus è tribus Collegiis prælegitur, an conveniat Conclusis, ponderatur, & ut monita sua addant, si quæ habent. Quam Relationem Recessus anteà sibi soli Electores tribuebant, quod ita observatum Anno 1641. in Comitiis Ratisbonens. docet *Limn. Tom. 4. Addit. ad. Lib. 9. c. 1. §. 195.* ubi addit, Collegio Electorali persuasum esse, id se habere præ reliquis Statibus præcipuum, daß allein den Churfürsten in Ihren Raht das Concept des Reichs-Abschiedes abzulesen und zu überlegen gebühre / solches aber den Fürsten-Raht nicht zu communiciren sey / dann derselbe so wohl / als der Reichs-Städte Raht zu warten habe / bis Ihme der Recess bey der gewöhnlichen Deputation vorgelesen werde. Huic auten modo quin validè contradiceretur à Senatu Principum, ut legere est apud *Limn. c. l.*, factum est, ut

Re-

Receſſus in Formam redactus in ſingulis Cellegiis hodiè legatur, & contenta illius à Deputatis omnium trium Collegiorum in Conclavi Electorum ponderentur. Quô peractô, ex illâ denique Formulâ Verus *Imperii Receſſus* conficitur, ejusdem duo Exemplaria Originalia à Miniſtris Electoris Moguntini inſcribuntur ſivè ingroſſantur Pergameno, ab Imperatore (cum tempore publicationis præſens eſt in Comitiis, aliàs Elector Moguntinus in Subſcribendo munere ſuô fungitur) cunctisque Imperii Ordinibus ſubſcribuntur, obſignantur & chordâ ſericâ compinguntur, quorum unum Exemplar in Imperiali Cancellariâ Aulicâ, in des Reichs-Hof-Cantzley / alterum apud Directorium Moguntinum, vel etiam in Archi-Cancellariâ Moguntinâ, in des Reichs-Cantzley / deponitur & adſervatur. Copia autem illius ſivè Exemplar vidimatum, eine beglaubte Abſchrifft / Cameræ Imperialis Judicio à Moguntino Electore, jubente Imperatore, transmittitur, ut ſecundum eam Proceſſus dirigantur ac cauſæ litigantium decernantur. Et hæc Conventio, *Conſtitutio Imperii*, it. *Imperatoris* & *Imperii Receſſus*, des Heil. Reichs Abſchied/ nuncupatur. Sed hæc omnia hìc plenius exponere, non eſt inſtituti noſtri, Conf. *Paurmeiſt. Lib. 2. de Jurisdict. Cap. 2. Arumæ. & Bertram. in Tract. de Comit. Limn. I.P. Tom. 3. Lib 9. c. 1.* imprimis *Autor Comitiolog. Ratisbon. de Ann. 1654. p. 117. ſeqq.* & qui omnium optimè hanc rem ad præſens Seculum tractat, **von Heerden in der Grundfeſt des Heil. Reichs** *P. 2. c. 3.* qui omnes Actus, qui ætate noſtrâ præcedunt Receſſum Imperii, & ad deliberationem vel concluſionem faciunt, accuratiſſimâ curâ anotaverunt.

DISCUR-

DISCURSUS VII.

De

Dignitatis Prærogativâ, quâ Legati Electorales præ reliquorum Germaniæ Principum Legatis, ratione Curialium & Ceremoniarum, in Comitiis aliisque publicis Conventibus, itemq; Aulis Imperatoris & Regum gaudent.

I.

INter Officiales, qui negocia publica gerunt, referuntur Legati, qui ad alios mittuntur, vel etiam, quibus in loco jam tùm degentibus committitur, ut per eos agantur, quæ usus & necessitas exigunt. Cum enim Reipublicæ & Statui communi hodiè forsan raró quid affert salutare, si Imperantes & Principes ipsimet de negociis Reipublicæ tractant, & in familiari sunt conversatione, id quod memorabili digressione ostendit *Bæcl. Diss. de Congress. & Colloq. Princ.* §. 25. *seq.* quia hôc modô facillimè, levi etiam de causa, aut novum odium potest exoriri, aut acceptum vulnus recrudescere, vel unus alterve nimis familiariter sese gerens alteri contemtui esse. Itaque ad componendas controversias, aut alia publica negocia pacis bellique pertractanda & expedienda, cum istud per literas tàm commodè fieri nequit, plerumque mittuntur Legati, qui Principis personam & eminentiam, vel Statum ipsum in Rebuspublicis liberis repræsentant, & incolumitate ac securitate publicâ gaudent ex privilegiô juris gentium.

II. Hoc

II. Hoc autem Legationis jus (das Gesandschaffts-Recht) in Imperio nostrô Romanô hodiè Statibus est communicatum, *Myler. Archont. Cap. 19.* ita ut ad Comitia universalia, aliosque hujusmodi Conventus Panegyricos, nec non ad Imperatorem, imò ad Principes etiam extraneos, Legatos cum Charactere repræsentatitio [quem ipsis imprimunt Mandati tabulæ, quas Literas Credentiales vocant] mittendi jus habeant tàm Electores, quàm reliqui Germaniæ Principes, qui potestatis summæ sivè Superioritatis sunt participes, quod *Fürsten. in Tract. de Suprematu à Cap. 9. usq. ad 25.* eleganter deduxit, imprimis quoad jus Legationis solennis apud Exteros ipsis competens, tùm quia id habent, cui jus Legationis innititur, nimirum quod negociis belli & pacis inter gentes pondus addere queant, tùm quòd dignitate principali conspicui sunt, & digni habentur, qui Imperatori & Regibus per matrimonia & alia fœdera jungantur, atque Socii sint iis, quorum Legationes solennes admittuntur.

III. Attamen gaudent Electores & cœteri Imperii Principes hoc Legationis jure diversimodè: Non quidem dicam, quasi in iis in fundamento istius juris aliqua esset differentia, sed prout diversæ eorum vires & diversa qualitas eorum est. Ut quis pro se & suis negocietur, etiam apud exteros, nil obstaret, sed modus negociandi, & personæ agentes cum reliquis inter se distant. Quemadmodum enim inter Electores & cœteros Imperii Principes ipsos differentia est quoad dignitatem, splendorem & potestatem, ita horum intuitu eorum etiam Legati inter se distant, quorum dignitas ex Charactere, quem habent ex voluntate mittentium, tùm etiam ex dignitate & conditione ipsorum mittentium, æstimari solet. Et exindè quoque Legati Principum non tantùm cedunt Electoralibus, sed & ipsis citrà iniquitatem circa ceremonialia etiam apud Exteros denegantur multa, quæ Electoralibus conceduntur, atque sic eorum instar Legati Principum per omnia æqualiter non tractantur. Qui enim dignitate præ reliquis eminent, Symbolis etiam externis coruscant. Ut itaque hac ratione, ne splendori & amplitudini Dominorum Electorum quicquam desit, & eorum Legati præ cœteris Germaniæ

Principum Legatis haud mediocri dignitatis prærogativâ fulgeant. Dann weiln die Churfürsten selbst in vielen Dingen Præference haben/ so müssen auch billig Ihre Gesandten Vorzug haben / und will es die Paritas quoad jura Suprematus, certa Regalia, aliaque jura nicht allein hindern.

IV. Ratione Appellationis quidem nulla amplius inter eos differentia, eò quod hodiè tàm Electorum, quàm reliquorum Principum Ministri vocantur Oratores vulgò Ambassiadores, germanicô idiomate Bottschaffte und Gesandte: Nam hi usu juris publici Germaniæ pro iisdem supponuntur, qui enim *Art. 5. Capit. Joseph.* initio appellantur Gesandte / postmodùm dicuntur Bottschafften. Interim respectu Præcedentiæ, Sessionis, Votorum, de quibus aliquâ ex parte hactenus in præcedentibus: itemque ratione Curialium & Ceremoniarum, repertarum maximè ab Italis ad nos derivatarum, nimirum in Receptione, Visitatione, Titulaturâ, Potioris Loci honore, & id genus aliis omninò Legati Electorales præ cæteris insigni eminentiâ ac prærogativâ sunt conspicui. Quemadmodum enim lumen, quò splendidius est, eò magis occulos intuentium præstringit: ita dignitas, quò major est, excitat in aliis æstimationem, quam honor, qui quoddam quasi correspondens dignitati ac potestati, ut signum evidens declarat. Et quidem gaudent istâ prærogativâ, hocque honoris emolumentô non tantùm Legati Electorales *Primarii*, sivè *primi Ordinis*, qui Dominos suos cum splendore repræsentant, & honores accipiunt, qui Dominis exhibentur, si præsentes essent, modò personalia excipiantur: Sed & *secundarii*, [Adjuncti] si videlicet & hi cum primariis ejusdem juris protestate, eodemque Charactere super Præcedentia & aliis ceremoniis repræsentationi annexis, gaudent, daß also auch die Præferentz der Churfürstlichen Secundarien vor denen Fürstlichen Haupt-Gesandten. Und solches erfodert allerdings der Respect und Præeminentz Ihrer Principalen: Massen sonsten dieselbe bey Conferentzen unter vielen Fürstlichen Gesandten würden zu sitzen kommen / auch ein weit geringers erlangen würden / als Ihnen von Ihrer gnädigsten Herren Æqualen, denen Königen und Churfürsten verliehen wird. Hinc Dn. Electores in

in Monitis suis ad Memoriale Ducum Brunsuic. ac Lüneburg. de dato 22. Novembr. 1677. Viennæ exhibitum expressè: Es mag ein Churfürstlicher Gesandte der Erste / Ander oder Dritte in der Zahl seyn / so gebühret selbigen / wann Ihnen gleiche Characteres oder Vollmacht in einer Gesandtschafft ertheilet ist / auch gleiches Tractament, und haben sich voneinander nicht trennen zu lassen / weiln es allesamt Churfürstliche Gesandten seyn / als gebühret Ihnen der Vorzug billig vor andern Fürstlichen Gesandten / und pflegen es die Fürstliche selbst unter sich also zu halten.

V. Proindè, non tantùm in Aulis Regum ac Principum, in Tractatibus & Conventibus apud Exteros, Legatis Electoralibus idem honos, qui aliis, vel à Rege, vel à Republicâ liberâ, quæ Coronarum loco habentur, missis exhibetur, atque sic nec Cæsare, nec maximis Regibus repugnantibus, pari ibi cum cæteris regiis Legatis omnibus jure utuntur, cujus rei testimonia quædam videri possunt apud ipsum sæpè citatum *Cæsar. Fürsten. de Jure Supremat. Cap 36.* adeò ut iis concedatur solennis Introitus, gallicè Entreé, quô uti solent, qui dignitate & potentiâ præ aliis conspicui sunt: Imò nunc etiam Romæ nella Sala Reale, in Salâ Regiâ & in Sacellô locum inter Legatos regios habeant, quod de reliquis Germaniæ Principum Legatis nunquam audivimus: Sed & ipse Imperator in Comitiis aliisque Conventibus publicis regias dignitates, libertates, pompas, pariaque Regibus Curialia illis indulget. Undè etiam in Conventu Noviomag. Legati Cæsarei jussi, Serenissimi Electoris Brandenburgici Legatis, Dn. de Somnitz & de Blaspiel, parem cum Legatis Regiis honorem exhibere. Nec minus in ipsa Aulâ Cæsareâ, ubi etiam hodiè iis præ Rerumpublicarum Legatis Præcedentia per Capitulationem stabilita est, ut suprà audivimus. E quibus omnibus dignitas & Prærogativæ Legatorum Electoralium satis superque se exerunt.

VI. Quando locum Comitiorum accesserunt, & prævia literarum Credentialium oblatione aditum ad Imperatoriam Majestatem, si præsens, vel apud ejus Commissarium sibi per Secretarios suos concedi petierunt, quod etiam absque dilatione fit, veniunt plerumque sex equis vecti & comitati à suis nobilibus & Secretariis, welche Sie vor den Kutschen hergehen lassen / usque

 ad

ad Palatium Cæſareum, in quô à quibusdam Nobilibus in imâ ſcalarum parte magnô dignitatis honore excipiuntur & deducuntur in Anti-Cameram, & poſthæc ab Aulæ Magiſtrô in ipſius Principalis Cæſaris Commiſſarii Conclave, qui aliquot paſſibus ante Conclave Audientiæ iſtos excipit, & ſic in locum Audientiæ deducit. Et quamvis aliqua ex parte hic eadem ſint Curialia in excipiendis reliquorum Principum Imperii Legatis, plus tamen ſemper honoris à Commiſſario & ipſo Cæſare præſente, Electorum, quàm horum Legatis exhiberi praxis & obſervantia abundè teſtatur; prout etiam illi, ut & Principes perſonaliter præſentes, non in ipſius Imperatoris aut Commiſſarii conclave, ſicuti Electorales, ſed in aliud interius Conclave, in der Anti-Chambre, à famulitio nobiliori introducuntur. Legati autem Prælatorum, Comitum, Civitatumque excipiuntur in Palatio Cæſaris ut plurimùm in mediis ſcalis, & in Conclavi exteriori ſubſiſtunt, & Civitatenſes plerumque etiam vehiculi honorem, ex modeſtiâ erga Status Imperii ſuperiores, negligunt, niſi Civitatum majorum Legati, qui binis equis hodiè vehuntur, nec intrant Aulam, niſi pedites.

VII. Poſthæc venientibus Legatis Electoralibus in Comitiis aliisque Conventibus Panegyricis Primæ Viſitationis honor habetur. Hinc Principum Legati, ſine diſtinctione Adventus ſui, ſemper iſtos primùm ſalutare, Viſite geben hodiè vocamus, ſolent. Si enim advenerint Legati Electorum, illos, qui prius advenêre, adventus ſui reddunt certiores, & velut noviſſimè adventantes primæ Viſitationis honorem ab iis exſpectant; Prout etiam Electoralis Legatus Principi in perſonâ præſenti adventum ſuum quidem notificat, eundem verò non accedit, priusquam Princeps per ſuos Conſiliarios & Status Miniſtros Viſitationis honorem ipſi dederit. Et licet Legati quoque Principum poſtremò advenientes, Adventum ſuum in Legatorum Electoralium, qui prius advenerunt, notitiam deferant, hi tamen non ipſi in perſonâ viſitant illos, ſed tantùm per ſuos Secretarios pro certificatione gratias agunt, eo quod videndi honorem autoritati Principalium ſuorum præjudicare ſibi perſuaſum habent. Atque hoc

eſt,

est, quod vult Collegium Electorale in projecto suo Concluso sivè Declaratione in Comitiis Ratisb. de dato 8. Jul. (28. Jun.) 1678. in verbis: Bey dem dritten Punct, so in Ablegung der ersten Visite bestehet / ist ein Churfürstl. Collegium der beständigen Meinung/ daß solche von denen Fürstlichen zu erst abzustatten / und dieses aus denen vorigen Principiis: Denn gleich wie Notorium und ausser Disputat, daß keiner der Herren Churfürstlichen einen nachkommenden Fürstlichen zu erst besuchen / sondern die Fürstlichen ohne Unterscheid nach derer Ankunfft / denen Herren Churfürstlichen allemahl die erste Visite zu geben pflegen / wie es so wohl bey vorigen / als jetzigen Reichs-Tage beobachtet worden/ auch die Fürstlichen auf noch gegenwärtigen Reichs-Tage angelangte Gesandten selbiges nicht ehender difficultiret / bis Ihnen von theils Churfürstlichen Gesandten die Oberhand verweigert worden. Sic adhuc Anno 1682. M. Magistri Ordinis Teutonici Legatus, Electoralem Legatum Brandenburgicum, Dominum de Jena postremò adventantem primùm salutavit. Verum Principalem Commissarium Cæsareum, absente quoque Imperatore, advenientes Legati Electorum pariter ac cœterorum Principum in Comitiis Imperii semper primò accedunt: Quamvis Electorales & à Con-Commissario priùs visitari velint. Aliàs autem tàm à Cæsaris quàm exterorum Regum Legatis, qui prius advenerunt, Legati Electorum postremò adventantes, postquam illos adventus sui per Nobiles reddiderunt certiores, primùm salutantur. Hac ratione in Tractatibus Monaster. & Osnabrug. itemque in Comitiis Ratisbon. Anno 1653. nec non extra Imperium, veluti in Electione Uladislai IV. Regis Poloniæ Anno 1632. & in Electione Regis Joh. Casimiri Anno 1648. Legati Sacratissimi Cæsaris Legatis Electoralibus Brandenburgicis postremò venientibus primæ visitationis honorem dederunt, quod notari meretur. Si autem Cæsaris, Regum ac Rerumpublicarum Legati, præsentibus jam Electoralibus, advenerint, notificantes iisdem decenti modô adventus suos, Electorales Legatos primùm salutant, & tùm ab his vicissim resalutantur. Ast Cæsaris pariter ac Regum Ablegatis, Envoyez Extraordinaires, Electorales Legati cum Charactere nunquam cedunt, & semper sine distinctione Adventus sui,

prius videndi honorem ab iis exſpectant. Comitum, Prælatorum & Civitatum Legati præſentiam ſivè Adventum ſuum neque Electorum, neque reliquorum Principum Legatis in Comitiis indicant, qui etiam iſtos non reviſitant; Sed ſi cum iis aliquid agendum, aut ipſis reſpondendum, fit hoc per Nobilem quendam, ſivè per ſuos Secretarios Legationis. Quod autem videndi honorem Legatorum Electoralium inter ſe invicem in Comitiis concernit, illi, qui prius advenerunt, noviſſimè adventantes ſemper primùm ſalutant; Electori verò perſonaliter præſenti, Legati Abſentium, licet poſtremò venientes, primæ Viſitationis honorem deferunt.

VIII. Nec minùs porrò in Viſitatione Legatis Dominorum Electorum Locus potior, die Oberhand bey Ablegung der Curialien in der Churfürſtlichen Geſandten eigenem Haus und Zimmern / habetur. Nam quando Legatus cujusdam Principis Electoralem viſitat Legatum, excipit hic eundem pro dignitate mittentis mox in imâ, mox in mediâ, mox in ſupremâ ſcalarum parte, nonnunquam etiam in introitu Anti-Cameræ, & in Conclave ſuum ipſum deducit, ita tamen, ut Electorali Legato *primario* in eundô, *ſecundario* pariter ac *Tertio* in ſedendo quoque ſemper potior Locus [la place d'honneur] detur, fruſtrà ideò plus ſimplici vice proteſtantibus Principum Legatis. In Comitiis tamen Ratisbonenſibus Anno 1678. à Collegio Electorali circa hoc punctum ita concluſum: Wegen den Vortritt und Oberhand bey der Viſite in der Churfürſtlichen Geſandten eigenen Zimmern / iſt man durchgehends der Meinung / daß denen Fürſtlichen darinnen zu condeſcendiren / dergeſtalt / daß denen jenigen Fürſtlichen Geſandten / derer Herren Principalen von denen Herren Churfürſten in Perſohn in Ihren Reſidentzen die Præcedentz und Oberhand vergünſtiget wird / eben dergleichen auch von denen Churfürſtlichen Geſandten widerfahren ſolte; Und weilen es diſſfals unter höchſtgedachten Herren Churfürſten nicht gleichförmig gehalten wird / ſo ſtünde dahin / ob und wie ſich die Einführung einer Conformität vergleichen möchte / welchen Geiſt- und Weltlichen Fürſten eigentlich Sie in Ihren Reſidentzen die Oberhand und Vorgang geben wolten. Sed, ubi hujusmodi difficultates inter

inter Electorales & Principum Legatos nascuntur, atque circa Visitationes pariter ac Revisitationes, Locumque potiorem quid difficultatis metuitur, satius est, si Legatus à Visitationibus abstineat, donec securus sit, ipsius Principali nullum præjudicium illatum, sed omnia præstitum iri, quæ Legato Principum præstari moris est; Quemadmodum etiam ea de causa per aliquot annos solennes hujusmodi Visitationes inter Electorum & Principum Legatos intermissæ fuerunt. In Conventibus apud Exteros, & in Loco Tractatuum, vel aliô tertiô, Legatis Electoralibus tàm primi quàm secundi Ordinis, à Regum aliorumque Exterorum Principum Legatis neque prima Visitatio, neque Potior Locus hodiè denegatur. Wie dann Anno 1658. Mr. de la Tuillerie, Königl. Frantzösischer Ambassadeur, die vier Churfürstl. Brandenb. Gesandten im Haag. Anno 1666. Mr. de Lombres die Chur-Brandenb. Ambassade zu Oliva, so in drey Persohnen/ und Anno 1669. der Cardinal Bonzi, die Chur-Brandenb. Gesandtschafft/ so in zwo Persohnen bestanden/ durchgehends gleich tractiret/ und einem so wohl die Hand/ als dem andern/ ingleichen die Excellentz gegeben. Et notatu dignum est, quod in Pacificatione Universali Noviomagensi Anno 1679. Legati Sacratissimi Cæsaris Serenissimi Electoris Brandenburgici Legatis la place d'honneur in Visitatione dederint. Quò non inappositè referri potest & illud, quod in Congressibus Westphalicis inter Legatos Cæsaris, Electorum ac cæterorum Imperii Principum fuit observatum, videlicet, quod hi Cæsareos Ministros Visitantes tantùm à Capite Legationis Cæsareæ, Collegis in loco ad audiendum ipsos destinato manentibus: Illi verò, Electorales nempè ab omnibus simul Legatis Cæsareis in ipso domus ingressu exciperentur.

IX. Quod Prædicatum seu Titulum *Excellentiæ* concernit, pari ratione non tantùm Regum & Rerumpublicarum Liberarum, sed etiam Electorum Legati eô hodiè salutantur. Postquam enim ab Innocentio X. Pontifice iste Titulus Sabaudo, cui ut & Veneto anteà is nonnunquam dubius factus erat, confirmabatur: ab illo tempore Regum Legati & Electorum cùm Italiæ quorundam Principum Legatis eundem sibi Titulum adseruerunt, vel Principales ipso-

ipsorum, ut eundem sibi adserant, illis in mandatis dederunt. Et imprimis in Conventu Osnabrugo-Monasteriensi Electorum Legati Titulum *Excellentiæ* prætenderunt, tùm, quod Veneto & Sabaudico, aliisque tribui animadverterint, quorum tamen Principales Electoribus cedunt, tùm, quod ibi res cum Gallis & Suecis, tanquam Exteris, agenda esset, Vid. *Cæsar. Fürsten. de Jur. Suprem. Cap. 47. per tot. & seqq.* add. *Pfanner. Histor. Comitior. lib. 1. §. 24, 25. seqq. p. m. 46.* Hunc autem Electorales Legati quoque à Legatis cœterorum Imperii Principum meritò prætendunt, qui istum quidem denegare volunt, iis tamen omninò tribuunt, uti ex scriptis Comitialibus notissimum est. Et licet ideò plus simplici vice Electoralibus Legatis controversiam moverint, similiter ab iisdem *Excellentiæ* Prædicatum affectantes, hactenus tamen illud obtinere haud potuerunt. Maximè autem Legati Principum hunc Titulum prætendere & ambire magno molimine connisi sunt post Tractatus Pacis Westphalicæ & in Comitiis Anno 1677. Cum enim ibi Imperator atque Rex Galliæ Electorum Legatis Titulum *Excellentiæ* darent, eumque reliquorum Principum Legatis denegarent, hi Pacis negociationem cum ipsis ingredi constanter denegarunt, usque dum idem Titulus *Excellentiæ* ipsis tribueretur. Dann bey den Westphälischen Tractaten ist von den Fürstlichen Legaten kein *Excellentz* Titel / wie von den Churfürstlichen gesuchet worden / welches man damit entschuldigen will / daß es im Reiche / und Sie nur Deputati und nicht Legati gewesen; Ich glaube aber / man hat damahls nicht daran gedencken / und dergleichen / wie nun geschicht / prætendiren mögen. Et excitavit hæc res potissimum in Conventu Deputat. Anno 1681 & 1682. Froncofurti institutô, gravissimas lites, quæ publicis Reipublicæ negociis haud parùm tùm temporis impedimento fuerunt. In allegato Collegii Electoralis Conclusô de Anno 1678. ita de his dispositum legimus: Wegen des Prædicats *Excellentz* hält man für bedencklich / daß die Churfürstliche solches Prædicat denen Fürstlichen Gesandten zulegen solten / daß es lieber in Statu quo, und bey deme zu lassen / wie es Ihro Käyserl. Majest: allergnädigst resolviret / auch so würcklich observiren lassen: Gestalten dann die Churfürstliche diesen Titel vor den

Fürst-

Fürstlichen fortan begehren / wann aber diese damit zurück halten solten / solches zu dissimuliren; In übrigen aber wegen dessen Begebung sich in einiges præjudicirliches Pactum oder Convention nicht einzulassen hätten / zumahlen über kurtz oder lang sich solche Conjuncturen ereignen könten / daß / wo nicht alle / doch ein und anderer Fürstlicher sich zu gebung gedachten Tituls: Excellentz &c. bequemen möchten. Quod itaque & reliquorum Statuum Imperii Legatis debeatur hoc Prædicatum, hactenus determinatum non est, & sic nemo doctrinali interpretatione controversiam talem decidere sibi sumere audet. In Comitiis aliisque Conventibus hodiè, propter prætensum *Excellentiæ* Titulum, Visitationis commercium inter Legatos pœnè abrumpitur, aut Visitantes per Adjunctum Legationis audiunt.

X. Postmodùm dignitas & Eminentia Legatorum Electoralium non minùs eô se ostendit, quod in Comitiis Imperii in Actu Processionis ad Propositionem Cæsaream equis possint vehi: cæterorum autem Principum aliorumque Ordinum Imperii Legati pedites tantùm incedere cogantur: Principibus in personâ præsentibus tamen pari cum Legatis Electoralibus jure gaudentibus. Quamvis litibus præcludendis in Comitiis Anno 1653. & 1662. nemo prorsus equitaverit. Adhuc dum verò obtinet, ut, sicuti Electores ipsi, ita & eorum Legati, tanquam Principalium suorum vices habentes in Comitiis in Curiam, ubi convenitur, rhedis sejugibus vehantur, Sie bedienen sich sechsspänniger Carossen; quod jus itidem reliquorum Principum Legatis hodiè disputatur, qui cum Prælatorum & Comitum Legatis binis equis vehuntur. Et disputatum est eâ de causâ magnis motibus Ao. 1682. in Conventu Circulari Superioris Saxoniæ, Lipsiæ institutô, inter Directorium Electorale Saxonicum & Principum Legatos, ita, ut etiam ipse Conventus propter hujusmodi lites tùm temporis exspiraverit. Civitatenses autem pedites ut plurimùm incedunt: quamvis Noribergensis Legatus sæpè etiam curru vectus visus fuerit. Nec desunt exempla, quibus luculenter probari potest, quod in Imperatoris & Principum Aulis quoque in hoc honoris passu Electorum Legatis prærogativâ competat, prout A. 1660. Germaniæ

cujusdam Principis Legatus Viennæ non nisi duobus equis vehi coactus fuit.

XI. Sic non mediocrem quoque arguit Legatorum Electoralium Præeminentiam, quam Anno 1663. ipsis dedit Imperator, ut videlicet primariis eorum Oratoribus coram ipso tegere caput jusserit; quam tegendi facultatem Serenissimi Domini Electores pariter in Galliâ, Hispaniâ, Sueciâ, & aliis regiis Aulis in suorum Legatorum gratiam Naviomagii Anno 1679. obtinuerunt: quod verò de Legatis reliquorum Principum etiam nullibi reperimus, & denegatur hic honoris gradus ipsis tàm in Sacratissimi Cæsaris, quàm omnium Regum Aulis. De Principibus tamen ipsis testatur *Autor* der Grundfeste *P. 1. c. 6. p. 14. seqq.* Venetorum quidem, Ducis Sabaudiæ, Mantuæ, Modenæ &c. potiorumque Italiæ Principum, qui tamen omnes Electoribus cedunt, Legatis, Galliarum Rex hanc quoque facultatem, daß Sie sich bey der Audientz decken mögen / concedit: Und werden in diesem Passu Unsere Deutsche Fürsten / die doch theils mehr Extraction, mehr Länder und Vermögen / als die Italiäner haben / geringer geachtet / quod tamen durum. Helvetiorum autem Legatis hoc honoris Axioma omni tempore in Aulâ Parisiensi fuit denegatum, wie denn auch Franckreich durchaus nicht gestattet / daß seine Secretaire d'Estat Ihnen den Titel l'Excellence, & la main & le pas in Ihren Häusern geben. Jedoch / ob der Italiänischen Fürsten Gesandten sich zwar alle couvriren vor dem König in Franckreich / und heissen Excellentz, so werden Sie aber doch nicht empfangen oder bewürthet / als der Têtes couronneès, Churfürsten und fürnehmste Republiquen Ihre / wiewohl dieser Reception auch durch Mareschaux de France, jener aber durch Princes geschicht.

XII. Denique spectat etiam huc, quod, cum Legati in Comitiis in plenô conveniunt, Electorales Subsellia unô gradu elevatiora præ Legatis Principum, Prælatorum & Comitum habeant, & Subsellia Electoralium, mensa directorialis & Sessiones Directorum, ut & Principum personaliter præsentium pannô rubrô: reliqua Legatorum Principum Subsellia, ut & Civitatum Scamna pannô viridi tegantur. Quod ipsum causam dedit, quod

quod Electorales etiam extra illud Conclave commune apud Commissarium Imperatoris in Receptione & Sedibus distingui ad mensam velint, ordine etiam potandi observando. Quamvis hodiè Legati Electorum apud Commissarios Cæsaris cum Legatis Principum in Conviviis non compareant, neque apud alios promiscuè etiam sedendi ordinem, qui aliàs quandoque observabatur, amplius nolint admittere. Plura ad Curialia & ejusmodi externam pompam in publicis solennibus spectantia, quæque aliàs in congressu Legatorum inter se invicem solent observari, Acta Publica hinc indè abundè suppeditant. Dolendum modò, quod inter istas ceremoniarum differentias & difficultates sæpè tempus inutiliter consumatur, & magni momenti negocia moram patiantur.

XIII. Cæterùm, quando Electores, Principes & Status ad se invicem mittunt Legatos, ut per eos agatur, quod per literas commodè fieri nequit, recipiuntur & tractantur illi pro more solito, qui in eô ut plurimùm consistit, quod, simul ac Legatus Literas Credentiales tradi curat, si sit ab Electore ad alium Electorem missus, Camerarius cum quibusdam Nobilibus tribus rhedis, quarum quælibet sex equis trahitur, in Aulam eum comitetur, ubi Supremus Aulæ Mareschallus pluribus Nobilibus stipatus in imâ scalarum parte magnô dignitatis honore Legatum excipit, & ad Conclave Principis usque ducit, qui propè januam Conclavis porrectione manus ipsum excipit, & sic in locum Audientiæ deducit. Ubi Princeps eum audit, ad mensam vel in Domo Legatorum vel in Aulâ ipsum habitatum admittit, & iisdem solennitatibus Legatum rursus dimittit. Refert von Heerden in der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs *P. 2. C. 6.* Electorem Coloniensem, *Maximilianum Henricum*, Legatos Electorios tectô Capite (Cæsaris instar) audire cœpisse, quod Electorales Legati imitati ipsum ad Consilii mutationem redegerunt: Et imprimis ex iis Saxo, *Henricus Frisius*, in Comitiis Ao. 1652., injectô & ipse sibi pileô, ut is nudatô Capite melioris Civilitatis exemplum præiret, effecit, Conf. *Pfanneri Histor. Comitior. Imp. lib. 1. §. 20.* Et eadem curialia maximâ ex parte observantur à reliquis quoque

Imperii Principibus in excipiendis Legatis Electoralibus, siquidem idem honos, qui regiis Legatis in Aulis Principum indulgeri solet, ipsis exhibetur, ita, ut etiam locus tàm in eundo quàm sedendo iis semper detur. Quod si verò Legatus cum Charactere repræsentativo à Principe quodam Imperii ad Electorem mittatur, circa Ceremonialia idem honos, qui aliis, vel à Rege, vel ab Electore missis, ipsi non exhibetur; prout etiam duo aut plures Nobiles, pro conditione mittentis, duobus tantùm rhedis sex equis tractis, nur mit zwo sechsspännigen Carossen, in Aulam eum comitantur, ubi supremus Aulæ Mareschallus cum quibusdam Nobilibus, vel in mediis scalis, vel ut plurimùm in supremâ scalarum parte Legatum excipit, & hisce solennitatibus in Conclave Audientiæ deducit. Ultra regularem tractandi modum autem dantur adhuc alia Accidentalia, in quibus Legatis, alii plus, alii minus tribui potest. Quia enim hæc à liberalitate & merâ voluntate ejus, ad quem mittuntur, dependent, non potest exigi omnimoda parificatio; Talia sunt Familiaritas & Frequentia in conversando, Donativis vel Lautiis, & aliis id numero.

DISCUR-

DISCURSUS VIII.

De
Separatis pro Electoribus stratis Mensis, quibus singuli soli in Convivio præparato, tempore Coronationis Cæsareæ adsident.

I.

EMinentia ac Dignitas Electorum augusta ex eô quoque cuivis satis constare potest, quod peractô solenni Coronationis Actu, soli cum recens coronato Cæsare prandent & cœnant in publicô, in suâ quisque separatâ Mensâ, pompaticô apparatu eademque exactitudine, & sub Uranisco; Cum reliqui præsentes Principes uni tantummodò Mensæ mixti accumbant aut adstantes spectent, *A. B. c. 28.* Posteaquam enim Serenissimi Archi-Principes Electores, ingressô paulò post Coronationem Imperatore vel Rege Rom. ad Mensam, augustalibus suis Officiis, de quibus in *Part. Spec. Membr. 2. Disc. IV.* fusius dicemus, singulatim solenniter sunt defuncti, ipsimet etiam singuli accumbunt separatim Mensis, in eodem cœnaculo, valoris maximi argentô aurôque præfulgente, ubi Cæsar cibum capit, splendidissimè instructis dispositisque ad utrumque Imperatoris mensæ latus: Et quidem Ecclesiastici, quamprimùm benedicendo ante mensam Imperatoris officium suum peregerunt, statim mensis sibi stratis adsidere solent, nec exspectare, donec singuli Electores Seculares sua quoque expleverint ministeria. Hi enim ad Mensas sibi paratas sese reponere non possunt, priusquam

omnes & ſinguli munia ſua fecerint; Undè, qui prior eorum officium ſuum præſtitit, interim juxta menſam ſibi ſtratam ſtando exſpectat, donec reliqui ſua pariter expleverint, & ad ſuas acceſſerint menſas, tunc demùm quilibet ſuam occupat, & omnes ſimul ſedere incipiunt, uti in *A. B. alleg. C. 28. §. non licet autem &c. 4.* de iis tantùm in hoc paſſu diſpoſitum extat.

II. Omnes autem Menſæ iſtæ, tàm, quæ ab Electoribus Eccleſiaſticis, quàm Secularibus occupantur, unam eandemque habent altitudinem, eo quod ſint Confratres & dignitate æquales: ſimulque omnes ſunt ſub tegumentis, quale nos Himmel/ alii Uraniſcum, vel menſæ Portatile Cœlum nominant. Sic in Relat. Coronat. Joſeph. Regis Rom. legimus, daß ſo wohl der an- als abweſenden Churfürſten Ihre Tafeln unter beſonderen ſchönen Baldachinen/ ſo ſehr koſtbar/ theils von Gold/ theils von Silber geſtickt/ theils von rohten Sammet mit breiten güldenen Borten und ſchönen güldenen Frantzen eingefaſſet waren/ ſich befunden haben. Cœterùm ſic ſtratæ deprehenduntur atque paratæ, ut ex Lege Carolinâ faſtigiô ſex, ex modernâ conſuetudine trium pedum Imperiali Menſâ, cui Imperator ſolus adſidet, niſi vivente ipſo eligeretur Rom. Rex, qui tunc cum ipſo adſidere ſolet, uti in noviſſimâ moderni Regis Rom. Coronatione Auguſtæ Vindelicorum A. 1690. celebratâ factum: Menſâ verò Imperatricis ſivè Reginæ ſi adeſt, ex præſcripto A. B. tribus, ex obſervantiâ autem unô gradu ſint minus elevatæ, unô pede tamen Principum tabulâ elatiores. Earumque tres, ſecundum antiquam collocationem & Legis Carolinæ formulam, ponebantur infra Seſſionem Imperialem ſivè in inferiori tabulato ad dextram, quarum primam occupabat Moguntinus, alteram Rex Bohemiæ, tertiam Palatinus; ad Siniſtram itidem totidem, & harum primam tenebat Colonienſis, ſecundam Saxo, tertiam Brandenburgicus, ſeptima verò directè verſus faciem Imperatoris vel Regis Rom. ponebatur, cui Treverenſis accumbebat, *A. B. Tit. 28. Adrianus* von der Mylen *apud Goldaſt. in Polit. Imp. P. 1.*

III. Verum

III. Verum hodiè poſt Inſtrumentum Pacis, auctô Electorum numerô, octo pro illis parantur Menſæ, & ordine collocantur ex parte aliô, imprimis menſa Bavari & Electoris Brandenburgenſis hodiè è diametro ponuntur Electoris Saxoniæ & Palatini, ita ut illorum menſæ dextrum latus obtineant. Sic in noviſſimâ Coronatione Joſephi Regis Roman. collocatæ fuerunt hoc modo:

Menſa Imperatoris & Regis Rom.

Menſa Electoris Moguntini, Menſa Colonienſis,

Ubi tamen notari meretur, Si Convivium hoc in Diœceſi Colonienſi, Colonienſis menſa dextro, & Moguntini Siniſtro Imperatoris latere poni debet, A. B. Tit. 3. & 4.

Menſa Elect. Trevirenſis.

Menſa Bohemi,

Menſa Elect. Bavari, Menſa Elect. Saxoniæ,

Menſa Elect. Brandenb. Menſa Palatini.

Quando verò impoſterum, etiam Menſa Sereniſſ. Dn. Electoris Hannoverani adhuc apponetur, Menſa Bohemi è diametro Menſæ Electoris Bavari, Menſa Elect. Saxon. è diametro Menſæ Brandenburgici, Palatini verò è diametro Brunſuicenſis Hannoverani, collocanda erit, ita ut Bohemi, Saxonis & Palatini Menſæ dextrum latus obtineant, Pfaltz aber und Hannover die beyden Latera ſchlieſſen.

IV. Præter Electores tamen præſentes ad has Menſas nemo admittitur, cujuscunque dignitatis vel Status exiſtat. Quod ſi itaque Electorum aliquem abeſſe contingat, Legatus ipſius ad Menſam Abſentis non admittitur, licet magnâ dignitate præfulgeat, per

per §. *quantumcunq, Tit. 28. A. B.* ut sic videlicet præsentium Electorum honor major sit. Licet aliàs, qui locus est Principis, eundem & esse illius, quem Princeps ad Exteros etiam solenniter legavit, pluribus firmet *Carolus Paschalius de Legato C. 38.* Admittitur quidem absentis Electoris Legatus ad Curiam Imperatoris loco mittentis, ita, ut per omnia ejus personam ibi sustinere queat, in Mensâ tamen Electori deputatâ, pro eoque apparatâ sedere non debet, quantacunque etiam dignitate præfulgeat: uti nec ad elevationem Imperatoris admittitur teste *Spreng. Lib. 1. Inst. Jur. Publ. c. 29. pag. 178.* Idque plus vice simplici in ejusmodi solennis Convivii celebratione factum fuisse Acta Publica hinc indè docent. Ita, cum Rex Bohemiæ in Coronatione Caroli V. abesset, & Legatum misisset, Mensam ejusdem lautissimè instructam nemo occupavit, *Arumæ. ad A. B. Disc. 6. Th. 44.* Et in Coronatione Ferd. II., cum omnes Seculares Electores absentes essent, juxta A. B. sancitum nihil ferculorum in eas, quæ absentibus Electoralibus stratæ erant, appositum fuit, teste *Nolden de Stat. Nobil. Cap. 9. §. 345.* In Coronationis Imperatoris Leopoldi Actu idem in Electoralibus Bavaricis & Brandenburgicis Legatis practicatum esse, istius solennitatis historia testatur. Prout in novissimâ quoque Coronatione Josephi Regis Rom. Legati Bohemi, Electoris Saxoniæ & Brandenb. eorum absentium Principalium Mensas, in quibus nil nisi duæ cibis vacuæ Scutellæ copertæ appositæ fuerunt, non occuparunt, sed omnes abierunt. Quotquot proindè Dominorum Electorum in personâ adsint, separatis sibi stratis Mensis solùm adsident, & regiô prandiô sumtibus Cæsaris excipiuntur. Singuli suos Comites & Nobiles habent, quibus inter Epulas ministris utuntur; Und ist in der Krönung Josephi bey jeden anwesenden Churfürsten an der Tafel sein Erb-Marschall mit dem Chur-Schwerdt und die Spitze unterwerts gestanden. Singulis quoque mensis à tergo suum adjunctum est repositorium sivè Abacus Vasarius regius, in quô splendoris & magnificentiæ causa quilibet Elector sua supellectilia aurea & argentea ostentat. Dum edunt, Electores omnes tectô sedent Capite, nisi Imperator Commoditatis gratia Capitis tegumentum deposuerit, tunc commu-

communiter Imperatoris exemplum imitantur. Et quæ plura sunt alia ad ejusmodi externam eorum pompam tunc temporis spectantia. In Coronatione modernæ Imperatricis *Eleonoræ Theresiæ*, pariter Anno 1690. d. 19. Januar. Augustæ Vindelicorum factâ, Electores omnes, quotquot præsentes fuerunt, una cum Serenissimis duabus Electricibus, Bavariæ nimirum & Palatin. itidemque Electoralibus Legatis uni Mensæ lautissimè instructæ accubuerunt: Und ist die Tafel in der Mitte des Saals der Käyserlichen Tafel gegen über/ jedoch etliche Schritte davon gewesen/ über welcher der Churfürst von Mayntz in der Mitte/ zur rechten aber derselben Chur-Trier/ Chur-Bayern und Dero Churfürstliche Gemahlin: zur Lincken/ Chur-Cölln/ Chur-Pfaltz und Dero Churfürstliche Gemahlin in einer Reihe gesessen; Die Beeden Herren Abgesandten/ als Herr Baron von **Gersdorff**/ und der Herr von **Danckelmann** seitwerts der Taffel/ oben bey der Churfürstin aus Bayern/ und hatten so wohl Churfürsten als Gesandten währender Speisung gleich dem Käyser Ihre Hüte aufgesetzt.

V. At enim verò, quod præter Dominos Electores, reliquos Imperii concernit Principes, si & illi solenni Coronationis Regis Roman. Actui adsunt, uti fieri solet, pari ratione & pro iis, non quidem pro unoquoque eorum separata, sed una tantummodò Mensa, in eadem Salâ, ubi Imperator & Electores cibum capiunt, præparata est, ita tamen, ut unô pede Electorum Tabulis sit humilior, & careat Credentiâ sivè Abacô vasariô, nec non Uraniscô & Celô pensili, uti advertit *Spreng. in Jurispr. Publ. pag. 181.* Cui omnes & singuli, quotquot præsentes, mixti adsident, ac sumtuoso & opiparo prandiô excipiuntur: Nunquam autem hoc tempore in Imperatoris præsentiâ caput operiunt. Atque sic in Coronatione Invictissimi nostri Imperatoris LEOPOLDI d. 8. Jul. Anno 1658. Francofurti ad Mœnum factum refert *Pastorius in Laurô Actor. Publ. Europ. P. 2. pag. 57.* Idemque observatum fuit in novissimâ Coronatione moderni Reg. Roman. JOSEPHI, ubi præter Mensas Cæsareo-Electorales adhuc alia oblongior non elevata pro Principibus Imperii strata fuit, cui

dextrorſum adſedit Abbas Fuldenſis, Auguſtæ Archi-Cancellarius, & per Germaniam & Galliam Primas, Epiſcopus Brixenſis, Abbas Campidonenſis (der Abt von Kempten.) Siniſtrorſum Sereniſſimus Princeps de Dietrichſtein, ſupremæ Aulæ Imperialis Magiſter, Princeps Salmenſis, ſupremus Regis Roman. Aulæ Magiſter, & Princeps de Schwartzenberg, ſupremus Aulæ Mareſchallus.

VI. Denique, ad hoc ſolenne & publicum Convivium inter cœtera ex Civitatibus quoque Imperialibus quatuor vocari ſolent, nimirum Norimberga, Aquisgranum, Colonia Agrippina & Francofurtum, quibus ſingulis in ſeparato Conclavi proximo pariter ſingulæ ſternuntur Menſæ, ſtantque à dextrô latere Aquisgranenſis, Norimbergenſis: A ſiniſtrô Colonienſis & Francofurtana. Quod autem ex Civitatibus Imperialibus hiſce quatuor tantùm Menſæ ſternantur, exindè fit, quia præ cœteris iis in Electione vel Coronatione Imperatoriâ commercii aliquid intercedere ſolet, imprimis quod duæ priores Ornamenta ad Actum Coronationis conferant, & Francofurti Imperator utplurimùm hodiè eligatur. Quod verò concernit Coloniam, ab aliis Limnæus & nos cum ipſo rationem audire deſideramus. Sic in Coronatione JOSEPHI opiparis excepti fuerunt epulis nomine Civitatis *Aquisgranenſis* Deputati, Johann Wilhelm de Olmitz aliàs Mülerohr dictus, Dominus de Muſcenheimb, Dominus Johann Chorus, Conſules, Dominus Arnold Franciſcus Lippmann, J.U.L. & Syndicus, & Dominus Leonhard Dontzenberg, Imperatoris Conſiliarius & Gen. Vigil. Præfectus. Nomine *Norimbergæ*, Dominus Chriſtophorus Führer, Hæreditarius in Haimendorff & Wolckerſtorff, Imperatoris Conſiliarius & Civitatis Conſilii bellici Conſiliar. intimus, Guſtavus Philippus Tezelius de & in Kirch Sittenbach, Vorra & Artelshoffen, Conſilii bellici & appellat. intimus. A Civitate *Francofurtanâ* Deputati fuerunt Dominus Henricus Ludwig Leſſnerus, Adſeſſor, & Johann Brandes, Syndicus, ut & Dominus Jacobus Erneſtus de Hagelſtein, U.J.L. Ratione Civitatis *Auguſtæ Vinde-*

Vindelicorum Dominus Leonhard Weis & Dominus Melchior Issung de Tratz & Konenberg, ambo Imperatoris Consiliarii, Dominus Johann Adrian im Hoff/ Consul &c. A Civitate *Coloniensi* adfuerunt pariter nonnulli Deputati, sed in hoc solenni & publico Convivio certas quasdam ob causas, quæ tamen accuratè determinari vix possunt, non apparuerunt. Aliàs hoc verum, quod in isto Coronationis Actu & solennis hujus Convivii celebratione multæ solennitates & ceremoniæ, ad hunc Actum utique necessariò requisitæ, ac uni atque alteri in singularem præeminentiam concessæ, omissæ fuerint, idque fortasè propter celeritatem ardui hujus negocii in turbulento tunc temporis rerum Statu, dummodò illud, uti in consimilibus negociis fieri consuevit, non in consuetudinem sensim per unum aut alterum Actum confirmatam abiit; quare quilibet jura sua tueri suô tempore allaborabit.

VII. Cœterùm, hæc solennis istius Convivii Celebratio semper ad arbitrium recens Coronati Imperatoris durare solet. Interim convivantur omnes lautè sumtibus Ejus, fluente simul ex fonte vinô albô & rubrô, jactoque è culina pane similagineô. Exactô Conviviô omnes & singuli vel in Aulam, vel in diversorium suum se recipiunt. Primùm tamen Imperator comitantibus Electoribus ad Palatium suum reducitur; quemadmodum etiam Cæsar LEOPOLDUS cum JOSEPHO Rege Roman. tempore Coronationis suæ, expletis circa octavam vespertinam epulis, pretioso suo curru in eorum Imperiali & regio ornatu, ab Ecclesiasticis in una & Secularibus alterâ rhedâ Electoribus comitantibus ad Aulam reductus fuit, Und zwar dergestalt/ daß

Chur-Bäyern und Pfaltz in des Ersteren Wagen vor Ihro Beyder Majestäten / die Drey Geistliche Churfürsten aber in des von Mayntz Wagen hinten nachgefahren / uti hæc omnia observavit Autor Relat. Coronat. Joseph. in Scripto: Der Kronen zur Zierd und Schutz des Heil. Röm. Reichs: Ubi acceptâ ab illis cum gratiis abeundi licentiâ, singuli se ad discessum præpararunt.

DISCUR-

DISCURSUS IX.

De *Crimine Majestatis, quô etiam Electores læduntur.*

I.

ARchi-Principum Electorum Præeminentiam non parum auget, quod etiam in eos Majestatis crimen specialiter committatur, publicâ sic definiente Lege per Car. IV. in *A. B Tit. 24. pr.* ibi: Si quis cum Principibus, militibus vel privatis, sivè quibuscunque personis plebejis scelestam factionem, aut factionis ipsius inierit Sacramentum, vel dederit de nece Principum Electorum tàm Ecclesiasticorum, quàm Secularium, is Majestatis reus gladiô feriatur, & omnia ejus bona fisco Imperiali addicantur. &c. So jemand mit Fürsten / Rittern besondern / oder welcherley Persohnen des gemeinen Volcks es wäre / eine boßhafftige That und Meuterey anstifften / oder zu derselben sich verpflichten thäte / einen aus den Hochwürdigsten und Erleuchten des Heil. Röm. Reichs Geistl. und Weltlichen Churfürsten / an Ihren Leib und Leben gefährlichen zu zusetzen oder zu tödten / der sol also an der Majestät schuldig erfunden mit dem Schwerdt hingerichtet / auch alle seine Güter dem Fisco zuertheilet und verfallen seyn. Qui textus ferè totus desumtus ex *L. 5. 7. & 8. C. ad Leg. Jul. Maj.* paucis additis vel imminutis verbis. Ut enim Arcadius & Honorius hoc pactô consiliariis suis & amicis cavendum esse censuerunt, *alleg. L. 5. C. ad. L. Jul. Majest.* ita Carolus IV. intimis suis Consiliariis

eâdem voluit prudentiâ proſpicere. Siquidem hac ſpeciali Conſtitutione Imperator ſecuritati & vitæ Electorum voluit conſulere, tàm contra proprios Subditos in ſuis territoriis, quàm contra omnes Imperii Subjectos, etiam immediatos, & cujuscunque Status & Conditionis. Dico Imperii Subjectos, ad Non-Subditos enim h.e. peregrinos aut exteræ nationis Cives, quivè Imperatori ſivè Imperio Romano non ſunt ſuppoſiti, extendi non poteſt, per *C. Paſtoralis §. rurſus. de Sentent. & Re Judic.* Vid. *Bachov. ad Treutl. Diſp.32. Th.1. lit. B.* Peccat quidem extraneus etiam contra Principem aliquid moliendo, verum non eo modô, quô Subditus, ideoque & pœna diverſa locum habet.

II. Communiter aliàs Majeſtatis crimine affici poſſunt omnes ii Magiſtratus & Principes, qui habent Majeſtatem, h.e. qui nec parem, nec ſuperiorem ſupra ſe agnoſcunt præter Deum & Enſem, ſed in Imperio & Republica ſua ſummam, perpetuam, legibusque ſolutam obtinent poteſtatem & dignitatem, ita, ut Majeſtatis jura proprio nomine & jure plenè exerceant, uti rectè definit *Carpzov. Pr. Crim. P.1. Qu.41. §.23. ſeqq.* & *Otto Jur. Publ. in Diſp. de Majeſt. Th.5.* Hinc olim, cum omnis Poteſtas & Majeſtas penes populum Romanum reſideret, *L.7. §.1. ff. de Captiv. & Poſtlim. reverſ.* non niſi in eum ejusque ſecuritatem hoc crimen committebatur, *L.1. §.1. L.10.11. ff. ad. L. Jul. Maj.* Poſtquam autem deſiit in Republ. Romanâ Status Popularis, & Populus Romanus per Legem Regiam, ſub Auguſto Imperatore latam, omne jus ac poteſtatem in Imperatorem abdicativè ſcilicet & privativè, non verô conceſſivè ac cumulativè tantùm, ut Dd. loquuntur, transtulit, *§.6. Inſt. de J. N. G. & C. L.1. ff. de Conſtit. Princ.* quin hodiè propriè hoc crimen in Imperatorem ejusque ſecuritatem committatur, nullum eſt dubium, propter *L.7. §.1. C. ad Leg. Jul. Majeſt. arg. L.3. in fin. ff. de Offic. Prætor.* Illius enim Majeſtas Imperatoria *in pr. Proëm. Inſt. L.12. pr. & §. fin. in fin. C. de Leg.* ac Principalis, *L.7. §.3. ff. ad L. Jul. Majeſt.* Ille Summum Caput Imperii, qui ut Deus terrenus eſt, ita præter Deum immortalem, à quô primariò hanc poteſtatem conſequitùr, majorem non agnoſcit. Nec tamen excluditur Imperatrix ſivè Auguſta, quæ Privi-

Privilegia cum Imperatore communia habet, *L. 31. ff. de Leg. L. ult. C. de Quadr. Praef.* Nec Rex Rom. mortuô scilicet Imperatore electus, eo quod is post Electionem se Imperatorem gerat, ac ipso statim jure plenam ac absolutam potestatem habeat, atque Majestatis jura exerceat. De Rege Rom. verò vivente adhuc & consentiente Imperatore electô, ita, ut ei defunctô in Imperio succedat, aliud dicendum videtur, quia is nec Majestatis jura, nec aliam potestatem sibi sumere potest, & si quandam sumit, illa non est perpetua, cum superveniente Imperatore desinat, Majestas autem perpetua esse debet, ut suprà diximus. Nec porrò excluduntur alii Reges, Hispaniae, Galliae, Angliae, Daniae, Poloniae &c. qui Imperatori Romano in suis Regnis similes, quia superiorem non habent, nec potestatem temporis spaciô terminatam obtinent, sed Majestate praediti sunt, & jura Majestatis proprio jure exercent, *Nicol. Betf. de Pact. Fam. Illustr. p. 427. Wurmf. Ex. 3. Jur. Publ. Quaest. 2.* Neque, secundum nonnullos, quilibet alius Liber Populus potestati alterius Populi non subjectus, *L. 7. §. 2. ff. de Captiv. & Postlim. revers.* uti hodiè est Populus Helveticus, Belgicus, item Venetus, cujus Respublica cum sit in mari fundata, libera est, & neminem, nisi solum Deum Superiorem habet, *Steph. in Disc. Acad. 7. P. 2. Th. 29. Paurmeist. de Jurisdict. Lib. 2. c. 4. §. 38.* ad exemplum Populi Romani olim, *L. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Majest.* Quamvis alii adferant, laesae Majestatis seu Perduellionis, vel Rebellionis aut Seditionis crimen in Respublicas Polyarchicas propriè non committi, eo quod Majestas propriè ipsis non competat, sed ista ibi tàm sit diffusa, ut in illis actu planè non compareat: quod probat exemplis Venetorum, Belgarum & Helvetiorum, qui nec Titulos, nec reliqua Majestatis Symbola habent. Et si Jura Majestatis ipsis tribuuntur, id fit per extensionem ejus, quod Status Monarchici proprium est, Conf. *Jacob. Bernhard. Multz. in Repraesent. Majest. Imper. Cap. 1. §. 7.*

III. Denique, nec minus excluduntur Serenissimi nostri Archi-Principes Electores, qui omninò inter coeteras Praeeminentias quam plurimas, etiam hoc Privilegiô & Praerogativâ eminent, ut Crimen Majestatis in eos committatur, si contra singulos quo-

quoque Subditi Imperii conspirarent, ob specialem suprà allegatam Dispositionem *A. B. Tit. 24.* Et hoc quoque mereri videbatur Dignitas Electorum, & Excellentia singularis, quippè qui proximum post Imperatorem obtinent locum, ut cum Imperatore quasi Consortes Imperii sint, quorum humeris Imperii Celsitudo committitur, quorumque Collegium basis & fundamentum Imperii Romani, *Richter. in Velit. Academ. 21. de Publ. Judic.* Læsâ ergò Securitate Electorum, ipsa Cæsarea Majestas per Consequentiam lædi videtur.

IV. Sed quid dicendum de reliquis Principibus & Statibus Imperii, num & isti læsæ Majestatis fiant capaces, si quis forsan hostili aut doloso animo adversus istos quid moliatur? Et sanè res dubiô non caret. Nam ex communi Interpretum Judicato adversus Principes Superiorem recognoscentes, quales nostri Imperii Principes sunt superiorem recognoscentes Imperatorem, cui immediatè subsunt, Crimen hoc non committitur, eo quod ipsis Summa Potestas sivè propriè sic dicta Majestas non sit adscribenda, utpotè quæ supra se nil agnoscit: jam, quorum nec Suprema Majestas, adeoque nulla propriè sic dicta Majestas, nec propria Majestatis læsio est, cum non-Entis nullæ qualitates existant, arg. *L. 4. §. 1. ff. de Action. Emt. L. 116. ff. de V. O.* & sic in eô lædi non possit, quod alicui non inest, *Wesemb. Paratit. ad L. Jul. Maj. § 4. 7. Arnisæ. de Jur. Maj. Lib. 1. § 1. Decian. in Tract. Crim. Lib. 7. Cap. 4. § 8.* Quamobrem nec in Jure ullibi hoc Crimen ad Inferiores Principes vel Respubl. Superiorem recognoscentes extenditur, arg. *L. 5. ad L. Jul. Maj.* Lege itaque tacente, & nos tacere debemus, *Nov. 18. c. 5.* Quid? quod dictus *Tit. 24. A. B.* Electorum solummodò faciat mentionem, iisque per speciale quoddam Privilegium, non verò quatenus Principes Imperii sunt, hoc juris indultum sit, ut eorum Offensores Crimen Majestatis incurrant. Si ergò speciale hoc est in Electoribus, ad reliquos utique Principes & Status Imperii haud extendendum id erit, contra naturam Privilegiorum, quæ certis quibusdam personis data eas non egrediuntur, *L. un. C. Si in comm. ead. caus.* & quia unius inclusio est alterius exclusio, arg. *L. 12. in pr. ff. de Jud.* Neque speciali Sanctio-

Sanctione quoad Electores opus fuisset, si generaliter adversus omnes Principes & Status imperii Crimen hoc committeretur.

V. Nihilominus tamen, cum & ipsi in ditionibus suis jure imperandi & superioritate territoriali gaudeant, gravius utique in iis constat peccari, quàm si Privatus quisque offenderetur. Exindè quoque Pœna Legis Corneliæ de Sicariis non tantùm obtinet, si quis eorum occiditur, sed & Confiscatio bonorum irrogatur, & alia quædam magis severa huic delicto atrociori parata sunt. Sed quia Majestatem ipsi sibi non tribuunt, neque in hoc speciali jure, ad Electorum Exemplum, provisi sunt; Aptior plerisque videtur locutio, si in eos non *Majestatis*, sed *Superioritatis Violatæ* crimen admitti dicatur, quoties privatô in ipsos odiô ductus iis quisquam Internecionem intendit. Aliàs, si læsio eorum tendat in perniciem Imperii, cui una cum Imperatore divisis Majestatis Juribus præsunt, moribus & consuetudine Crimen Majestatis in illos committi dicimus, non quidem ideò, quod illorum Majestas, quæ verè & propriè loquendo nulla est, hoc modo violetur, sed potius, quod per hoc salus totius Reipubl. periclitetur, cum fieri nequeat, si quid in aliquô Procerum committatur atrocius, quin reverâ etiam ipsum Imperii corpus, adeoque illius Caput Imperii aliquâ ratione lædatur, *Decian. in dict. Tract. Crim. L. 7. c. 4. §. 8. Boss. in Tract. Crim. Maj. §. 51. & 57.* Ubi distingui posset, in quô, & in quem Majestatis crimen admittatur: Hoc objectum adæquatum, illud medium quandoque interveniens denotat. Ast Subditus Imperii immediatus cujuscunque Status ac Conditionis, intuitu horum Principum Inferiorum & Statuum, sicut ratione Archi-Principum Electorum, illud crimen nullo modo incurrit.

VI. Quæ sanè omnia & in hoc passu insignem Electorum præ reliquis Principibus arguunt Præeminentiam, quæ in sublimi magis adhuc erit conspicua, si paucis insuper exposuerimus pœnam & supplicium, quô nefandissimi homines adversus Electores delinquentes coërcentur. Etenim expresse vult Imperator in sæpè *alleg. Tit. 24. A. B.* directò in necem Electorum conspirantes (quod propriè Perduellionis crimen appellitatur)

cujuscunque sint Status & Conditionis, non modò gladio, sed & confiscatione omnium bonorum puniri, non secus ac si adversus ipsummet Cæsarem, Majestatis sivè Perduellionis Crimen fuisset perpetratum, quod certè in Archi-Principibus Electoribus speciale est. Et quidem per Gladium ibi non Capitis amputationem tantùm, sed quodvis supplicium denotari autumo, prout etiam in Jure nostro gladii nomine omne genus ultimi supplicii venit, *L.31.ff.ad L.Jul.de Adult. L.3.ff.de Jurisdict.* Undè fit, quod hodiè hujus criminis rei quandoque ense, quandoque igne & combustione, ac frequentius dissectione in partes eminentioribus locis suspendendas, vulgò die Viertheilung/ puniantur, *Constit. Crim. Car.V. Art.124.* Nempè, dissecantur viri vivi in quatuor partes, quæ posteà partes cadaveris singulæ in viis celebrioribus omnibus conspiciendæ suspenduntur: Mulieres verò in profluentem aquam projectæ suffocantur; & utrique interdum forcipibus aduruntur candentibus, atque ita ad locum supplicii trahuntur, juxta *alleg. Constitut.* add. *Damhaud. in Pr. Crim. c.62. §.6.* Idque supplicii genus in Imperio nostro in Crimine Perduellionis tantùm exerceri solet, & plerumque tunc demùm, quando crimen illud adversus personam Imperatoriæ Majestatis aut Electores fuerit perpetratum, *Carpz. alleg. loc. P.1. Qu.128. §.52. 53.* Sed verius est, pœnam ejus pro ratione circumstantiarum exasperari vel mitigari. Illud factum anno 1610. *Ravahaco* Sicario Henrici IV. Regis Galliarum: Hoc contigit Anno 1671. Rebellibus, qui contra Majestatem Cæsaris nefaria consilia non ita pridem moliti, sed ex Imperatoris clementiâ legis Juliæ pœna affecti sunt.

VII. Olim tàm ex Lege XII. Tabb. *L.3.pr.ff. ad L.Jul. Maj.* quàm adhuc tempore Imperatoris Justiniani hujus criminis (Perduellionis scil.) rei (secus in Crimine Majestatis simpliciori sivè minori) non solùm ultimo supplicio afficiebantur, sed etiam ob ejus atrocitatem memoria eorum damnabatur, *§.3. Inst. de Publ. Jud.* ita, ut post mortem Statuæ in honorem eorum erectæ dejectæ, domusque destructæ fuerint, *L.24. ff. de Pœn.* & quod magis erat, licet aliàs filius pro Patris delicto puniri non debeat,

L. Cri-

L. Crimen ff. de Pœn. t. t. Ne Filius pro patre, liberi eorum occidebantur, omnis ipsis adimebatur aditus ad honores, omnique Successione [quippè jam Fisco adsignatâ] ac testamenti factione tàm activâ quam passivâ privabantur, *L. 5. §. 1. C. ad. L. Jul. Maj.* Quæ tamen omnia ad Nepotes non extendenda fuisse putamus, eo quod *alleg. L. 5.* nominatim loquatur de Filiis, quorum appellatione Nepotes non continentur, *§. fin. Inst. qui Test. Tut. dar. pos. L. 6. ff. de Testam. Tut.* Cum autem hæc pœna Legi divinæ sit contraria, expresfsè dicenti, quod liberi non portent Patris iniquitatem *Deut. 24. v. 6. 2. Reg. 14. v. 16.* propterea meritò à Christianis Imperatoribus hodiè abolita, *Treutl. Vol. 2. Disp. 32. lit. k.* Salvâ itaque filiis vitâ ea tantum ipsis adimuntur, quibus noxii aliquando possint esse, Præsidia, Honor & Pecunia: Nam & ab omni succeſsione excluduntur, & ad nulla sacramenta adspirare audent, nempè functionum non tantùm militarium, sed & togatarum. Ipsorum verò delinquentium ædes solo adhuc adæquantur, & si habent insignia gentilia seu arma familiæ splendore affixa, omnia tolluntur, *Cap. Felicis de Pœn. in 6to.*

VIII. Verum hæc Capitalis pœna in Sanctione Carol. IV. *in alleg. Tit. 24.* non sufficit, sed quia, ubi exemplo opus est, pœnæ aggravari & cumulari queunt, sic quoque hic cum Capitali omnium bonorum concurrit Confiscatio, ita, ut ultra pœnam corporalem rei hujus atrocissimi criminis, adversus Serenissimos Electores commissi, etiam bonis suis omnibus exuantur, eaque applicentur Fisco, *A. B. cit. Tit. 24.* quod & convenit *L. fin. ff. ad L. Jul. Maj. L. 5. 6. 7. & fin. C. Eod. L. 31. §. fin. ff. de Donat.* nullâ habitâ ratione, sivè sint Allodialia sivè Feudalia, *Peretz. in Cod. ad L. Jul. Maj.* propter generale Vocabulum OMNE *in dict. Tit. 24. A. B.* positum, nec juribus & actionibus exceptis, quæ appellatione bonorum continentur, *L. 21. ff. de V. S. L. 30. §. 1. ff. ad SC. Trebell.* Et quidem, si delinquentes sunt Subditi Archi-Principis Electoris, in quem crimen perpetratum est, exque ipsius concessione Feudum habent, hodiè non Imperiali, sed Electoris fisco bona ista sunt applicanda. Si verò ali Statui sunt subjecti, absqne eo feudum recognoscunt, neque ad fiscum Imperialem, neque istius

 Electo-

Electoris ſunt deferenda, ſed horum omnium tàm feudalium, quàm allodialium confiſcatio diſpoſitioni Domini territorii & feudi eſt relinquenda, Vid. *Art.27. Capit. Leopold. & Art.26. noviſſ. Joſeph.* ibi: Wir gereden und verſprechen / daß Wir die Churfürſten / Fürſten und Stände des Reichs / imgleichen die gefreyte Reichs-Ritterſchafft mit Ihren angehörigen Lehen / die seyn gelegen wo ſie wollen / wann deroſelben Vaſallen oder Unterthanen ex crimine læſæ Majeſtatis, oder ſonſten ex delicto dieſelben verwürcket hätten / oder noch verwürcken möchten / nach Ihrem Willen ſchalten und walten laſſen / keineswegs aber dieſelbe zum Käyſerl. Fiſco einziehen / noch Ihnen vorige oder andere Vaſallen aufdringen / die Allodial-Güter auch / welche ex crimine læſæ Majeſtatis oder ſonſten ex alio delicto vorgeſetztermaſſen verwürckt ſeyn / oder werden möchten / denen mit den juribus Fiſci belehnten / oder dieſelbe ſonſten durch beſtändiges Herbringen habenden Churfürſten / Fürſten und Ständen / unter welcher Obrigkeitlicher Bottmäßigkeit ſie gelegen / nicht einziehen / ſondern die Dominos territorii mit deren Confiſcirung gewähren laſſen wollen. Legitimam tamen liberis relinquendam putat *Schneidw. ad. §. 3. Inſt. de Publ. Jud.* quippè quæ nullo Patris facto auferri poteſt, *Auth. C. noviſſima de Inoff. Teſtam.* Confiſcatio autem iſta non fit ipſo jure, ſed poſt condemnationem, ita, ut ſententia, quâ talis declaratur, ſit ſummè neceſſaria, ſic tamen, ut ſi delictum notorium, ſtatim à tempore commiſſi delicti Dominium ſivè adminiſtratio & alienatio ipsô jure reis ſit interdicta, *L. 20. ff. de Accuſ. L. ult. C. ad Leg. Jul. Maj. L. 15. pr. ff. qui & a quib. manumiſſ. lib. non fiunt, Strauch. Diſſ. ad Jus Juſt n. 29. Th. 4.*

IX. Et hæc Confiſcationis pœna in Crimine Perduellionis contra ipſummet Imperatorem aut Electores commiſſo obtinet, ſecus verò ſi Reus in necem cœterorum Principum & Statuum Imperii conſpiraverit, ut teſtatur *Proſper. Farinac. Qu. 112. §. 200.* add. *Harprecht. ad Inſt. Diſſ. de Publ. Jud.* cum quicquam contra hos molientes vel Lege Jul. de vi, vel pœna arbitraria teneantur, *Schneidw. circa Tit. Inſtit. de Publ. Jud. §. 1. N. 6.*

X. Denique [ſine dubio ex atrocitate hujus criminis] Bulla Caroli IV. ſæpè alleg. locô etiam vult, ut in eo conatus, vo-

luntas & affectus, intellige qui fuit extremè declaratus, eàdem severitate puniatur quàm effectus; videlicet, si quis non solum cogitaverit de nece Electori inferenda, sed etiam cum aliis scelestam inierit factionem de necando Electore, ut textus loquitur, & sic non sola animi propositione contentus quoque ad actum quendam exteriorem pervenerit, ordinatum ad delictum, licet posteà Electorem non necaverit, atque ita propositum non produxerit in effectum, nihilominus afficitur eadem pœnâ, quâ afficeretur, si effectus fuisset secutus, add. *L. 5. C. ad L. Jul. Maj. Decian. in Tract. Crim. Lib. 7. Cap. 35.* quod speciale hujus Criminis appellitat *Godofred. in Not. circa d. L. 5. Carpz. Pr. Crim. P. 1. Qu. 4.* Imò, eandem pœnam conscii etiam & non revelantes merentur, h. e. ii, qui sciunt quidem aliquod periculum comparari Electoribus, non verò revelant, *d. L. 5. §. id quod 6.* ibi Dd. communiter, *C. ad L. Jul. Maj.* modò tamen illud crimen probare queant, aliàs enim non tenentur revelare, tùm propter *L. 8. in fin. C. de Calumniat.* tùm propter metum, qui est subjectionis tormentorum, *L. 3. & 4. C. h. t.* tàm enim accusans quàm accusator tormentis subjicitur, per ea quæ habet *Peretz. in C. ad h. t.* quod certè etiam singulare in hoc crimine est. Minimè autem trahenda dicta pœna ad eos quoque, qui scientes tractatum contra Principem superiorem recognoscentem eum non revelarunt, *Mynsing. 4. Cent. Observ. 41.*

XI. Quæ cum ita sint, vix arbitror quemquam hominum dubitare posse, quin & in hoc negocio Serenissimi Domini Archi-Principes Electores præ cœteris Germaniæ Principibus prærogativâ quadam gaudeant. Cœterùm non incongruum judico, breviter adhuc Discursui huic adjicere, quidnam & quotuplex sit Crimen Majestatis, & quibus modis ac casibus illud hodiè committatur, id quod ad majorem modò dictorum illustrationem haud parum indubiè conducet. Proindè, potest in genere definiri Crimen Majestatis, quod sit crimen publicum, quod in eum, qui Majestatem habet, verbis vel factis dolo malo committitur. Cum autem duplex sit Majestas, alia divina s. æterna, alia humana seu temporalis, *L. 32. §. 4. ff. de Recept. qui arbitr. recep. L. fin. C. de Feriis. L. 5. C. ad L. Jul. Maj. Nov. 77.* Illa, quæ suprema

& sola vera est Majestas, est in Deo: Hæc in Principibus, per quandam participationem. Hinc quoque duplex evadit Crimen, aliud Majestatis divinæ, aliud Majestatis Humanæ. Illud est Crimen in contumeliam divinæ Majestatis ac potestatis directum, cujus species Atheismus tàm Theoreticus, quàm Practicus, Blasphemia, Hæresis, Prævaricatio, Apostasia, Perjurium, Simonia, Sortilegium & alii illiciti divinandi conatus, quorum varios exponit *Damhaud. in Pr. Crim. Cap. 61. §. 137.* quibus criminum generibus delinquentes adversus divinam Majestatem peccant, & sic crimen Majestatis divinæ committunt, iisque omnibus, partim de Jure divino, partim Civili & Canonico, sua certa pœna sancita est. Non patitur autem institutum nostrum, de his altius hîc disquirere, quod Theologorum potissimùm munus est, quibus etiam ea relinquimus, & nos revocamus ad propositam nostram materiam, quæ tantùm includit Crimen Majestatis humanæ, quod secundum *Struv. in Syntag. Jur. Civ. ad L. Jul. Majest.* est illud, quod adversus Reipubl., aut ejus, penes quem est summum Reipubl. Imperium, securitatem, vel contra dignitatem & potestatem committitur; Et est duplex: Aliud *Verbale*, aliud *Reale*, *Struv. c. l.* *Prius* committitur maledictô, cum quis modestiæ nescius & pudoris ignarus improbis dictis petulantibusque maledictis Majestatem offendit, *Peretz. in Cod. ad Tit. Si quis Imp. maled.* Cujusmodi autem rei specialis & certa aliqua pœna de Jure Civili nulla, *L. unic. C. Si quis Imp. maled.* non ideò, quod crimen Majestatis non committatur, quod contra verba finalia *d. L. unic.* sed ne quodlibet lubricum linguæ trahatur ad pœnam, *L. 7. §. 3. ff. ad L. Jul. Maj.* *Bocer. in Tract. de Crim. læs. Maj. c. 2. §. 3.* exindè nullum est dubium, quin ea sit arbitraria, *L. 4. ff. de Custod. & exhib. reor.* Ad pœnam tamen tunc trahitur, quando dolus vel malitia insignis apparet; imprimis si verba maledictionis per se se sint vel seditiosa, quibus ad arma contra Principem suscipienda concitetur populus, *L. 1. in fin. ff. ad L. Jul. Maj.* vel turbulentæ acclamationes, quibus salus Principis aut Reipubl. periclitetur, *L. 28. §. 3. ff. de Pœn.* Et ejusmodi convitia Principi dicta quàm maximè ad Crimen Majestatis pertinent.

XII. *Poste-*

XII. *Posterius*, *Reale* nempè committitur factô, scilicet ad Contumeliam Principis vel Reipublicæ tendente. Et rursus solet à Doctoribus dispesci in Majestatis crimen *simplicius* seu *minus*, & id, quod *perduellionis* vocatur. *Illud* est, cum quis Civis Romanus in Imperatorem dolosè quid, vel adversus splendorem, vel dignitatem vel existimationem ejus committit, *L. ult. ff. ad L. Jul. Maj.* Veluti, si quis inter alia etiam ea facit & exercet, quæ Majestatis sunt, & non nisi ad eum pertinent, qui supremum jus in Republ. habet; cujusmodi sunt v. g. Sine Imperatoris vel alterius Status Imperii habentis potestatem cudendi monetam jussu & permissu, vel monetam cudere, *L. 2. C. de Falf. monet.* vel monetam cusam adulterare, *L. 1. C. d. t. Const. Car. V. Art. 111.* Jus enim cudendi monetam Regalibus sivè Juribus Majestatis connumeratur majoribus, ac Principis summi proprium est, *Bodin. de Rep. Lib. 1. Cap. 10.* Hinc pœna falsam monetam cudentium, eamque simul fallendi animo exponentium, Exustio flammarum, *d. L. 2. C. de Falf. Monet. Const. Car. V. d. Art. 111.* in verbis: Welche falsche Müntze machen / zeichnen ꝛc. Die sollen nach Gewohnheit / auch Satzung der Rechte mit dem Feuer von Leben zum Tode gestraffet werden / ꝛc. Domusque in quâ moneta fabricata confiscatur, *L. 1. C. d. t.* falsam monetam ab aliis fabricatam scientes expendentium pœna falsi ex L. Cornel. *L. 9. §. 2. ff. ad* L. *Cornel. de Falf.* quæ est in Liberô, Deportatio & omnium bonorum Publicatio: in Servô, ultimum Supplicium, per L. *1. §. ult. ff. d. t.* Vid. prolixè *Carpzov. Pr. Crim. P. 1. Qu. 42. § 15. seqq.* Item, Privatos Carceres habere, L. *un. C. de Privat. Carcer.* quod fit, cum illi, qui neque ordinariam, neque delegatam jurisdictionem habent, aliquem invitum custodiâ seu carcere, vel etiam in domo aliena vel propria detinent; sivè ipse, qui sic detinetur, sit debitor, sivè non, *Carpzov. c. l. Qu. 111. §. 81.* Carcer enim, cum nota Jurisdictionis, à privato præter Crimen Majestatis haberi non potest, propter L. *3 in fin. ff ad* L. *Jul. Maj. Gail. de P. P. Lib. 1. Cap. 16 § 29.* Exceptô Patref. qui filium immorigerum ex potestate patriâ in certô conclavi ad emendandum claudere potest, secundum *Schneidw. ad Instit Tit. de Pat. potest circa Quæst. Qui sunt effect. pat. potest. §. 27.* Porrò, Statuas aut Imagines Imperatoris jam consecratas violare, L. *6. ff. h. t.* vel etiam absque Impe-

Imperatoris juſſu bellum gerendo, delectumvé habendo, i. e. conquiſitos milites luſtrando aut Exercitum comparando, *L. 3. §. eadem Lege ff. ad L. Jul. Maj.* & multis aliis modis, qui ex LL. Tit. de hoc crimine loquentium tùm ff. tùm C. evolvendi. Et horum omnium pœna ordinaria eſt ultimum ſupplicium; atque ſic *Crimen Majeſtatis ſimplicius* ſivè *minus* & *Crimen Perduellionis* conveniunt in eô, quod uterque Reus Capitali pœna afficiatur. Sed in eô Criminis Majeſtatis ſimplicioris pœna mitior videtur, quod ipſum crimen mortalitate extinguatur, ac qui in reatu hoc decedit, integri ſtatus decedat, bonaque ſua ad hæredes transmittat, *Bocer. C. 3. de Crim. Maj. §. 114. ſeqq.* & quod publicatio bonorum in eo non habeat locum, *Frantz. ad §. 3. Inſt. de Publ. Jud.* quæ tamen omnia ſecus in Crim. Perduellionis obtinent, ut ſuprà audivimus.

XIII. Perpetratur autem *Perduellionis crimen* itidem variis modis, quorum exempla aliqua habentur in *L. 1. L. 10.* & *L fin. ff. ad L. Jul. Maj. L. 5. C. Eod.* Eſtque propriè hoſtilis animus animatus adverſus Imperium vel Imperatorem, perſonam ejus vel offendendo, vel ipſum de provincia aut ejus parte deturbando, vel cum militibus, vel privatis, vel barbaris ſceleſtam factionem ineundo, ſec. *dict. L 1, 3, 4, & ult. ff. ad L. Jul. Maj.* vel proximis Corporis Cæſarei partibus, quæ Archi-Principes Electores ſunt, vitæ periculum præparando, *A. B. Tit. 24. L. 5. C. h. t.* quô de potiſſimùm in hoc Diſcurſu fuſius egimus: vel bellum Imperio Romano movendo, vel hoſtem in Imperio opprimendi & devaſtandi causa inducendo, *L. 10. ff h. t.* cum etiam eò omne id pertineat, quod ad Imperii Statum evertendum attentatur. Pariter hôc Crimine Patriæ proditores ſeſe obſtringunt, nec intereſt, utrum totius Imperii, vel maximæ ejus partis ſeſe proditores reddant, *alleg. L. 10.* Ut & ii, qui nuncium, vel literas dolosè hoſtibus Imperatoris mittunt, ea aperiendi causâ, quæ non aperienda, *d. L. 1. §. 1. circa fin. ff. ad L. Jul. Maj.* Imò videntur & Exploratores, qui ſecreta Imperatoris aut Imperii nunciant, hôc judiciô, uti proditores, teneri poſſe, *L. 6. §. 4. ff. de Re Milit.* & qui plures dantur caſus, quibus hoc crimen committitur, de quibus *Bocer. in Tr. de Crim. Maj. Cap. 2. Damhand. Prax. Crim. c. 6. & Struv. Diſſ. Crim. IV. §. 18-20. ſeqq.*

DISCUR-

DISCURSUS X.

De *Justâ ac legitimâ Ætate, Hæredibus Electoralibus ad functiones Imperii necessariâ.*

I.

Singulare Archi-Principum Electorum, & quidem Secularium, utique & id habetur Privilegium, quod in eorum Filiis Hæredibus Electoralibus, in ætate minorenni constitutis Tutela annô 18. finiatur, ita, ut hôc absolutô ad Electoratus Dignitatem, Votum & Sessionem habiles fiant, juxta Constitutionem *A.B. Cap.7.* Scilicet, si parens Elector fatalem suam metam adeat, relictô primogenitô impubere vel minore, plenaria & cum effectu administrationis successio suspenditur, & præficitur huic, imò reliquis simul Electoralibus filiis omnibus, Tutor & Administrator, non quidem ex privatâ dispositione testamentariâ, cum ordinariè (secus si publica utilitas aliud requirat, exemplô Friderici V. Electoris Palatini, Conf. *Schweder. in Introd. in J. P. Part. Spec. Sect. 2. Cap. 3. §. 11.*) non liceat Electoribus testamentô tutores dare, sed vi publicæ Legis *A. B. Tit. 7. verb.* **Da sichs begebe/ daß ein Churfürst/ꝛc.** ubi Carolus IV. expressè Patruo Seniori ac Proximiori Agnato, legitimæ existenti ætatis, nimirum 25. annis majori, vel, si & ipsemet ætatis defectum patiatur, remotiori, qui perfectæ est ætatis, donec proximior legitimæ ætatis esse cœperit, tutelæ administrationem defert, *Limn.*

T ad

ad A. B. c. 7. §. 2. Obs. 26. qui jus, vocem & potestatem & omnia ab ipsis dependentia habet, donec minorennis primogenitus sivè senior legitimam attigerit ætatem, quam hoc casu decem & octo annis completis definitam voluit Aurea Bulla *cit. Tit. 7.* verbis: quam in Principe Electore 18. annos completos censeri volumus, Welches Wir in einen Churfürsten / scil. seculari, auf 18. vollkömmliche Jahr gesetzt. Ætas enim in Ecclesiasticis Electoribus, ut Electionis capaces sint, sicut & in Episcopo, debet esse 30. annus, uti & nullus ante 27. annum ex præscripto Legum Canonicarum postulari potest.

II. Regulariter aliàs iidem anni pubertatis sunt personis illustribus, quàm privatis; verùm intuitu Tutelæ & ratione Successionis in territoria, aliud statutum inter Electores & quasdam personas illustres reperitur. Etenim tutelaria Regimina variis incommodis multisque fatorum periculis sunt obnoxia, ita, ut vix crudelius sortem Regum ac Principum aggravare fortuna queat, quàm si fata eos ex hac mortalitate rapiunt, nullis penitus Successoribus, vel iis pupillis & minorennibus relictis, Vid. *Manuale nostr. Polit. de Interesse Rerumpubl. Lib. 2. Cap. 1. Axiom. 1.* ideò plerumque pragmatica Sanctione in Principatibus imprimis & Statibus Monarchicis maturius multò hujusmodi Tutela in hæredibus & Successoribus minorennibus perit, iique sui juris efficiuntur, quàm alii de plebeja fece pupilli. Quare, licet de jure communi justa ac legitima sit ætas, quæ 25. annis conficitur, *t. 1. ff. de Minor.* adeò, ut eô minores 25. annis neque ad Decurionatum, *L. 6. §. 1. L. 11. ff. de Decur.* neque ad alios honores actusque publicos admittantur, *L. 8. ff. de Muner. & Honor.* tamen iste terminus tantæ non est necessitatis, ut, aut singulari statuto, aut jure provinciali, vel variari vel minui nequeat. Hac ratione Jus Saxonicum contra regulas Juris Civilis ætatem absolutam constituit 21. annorum, Land-Recht *lib. 1. Art. 42.* In Galliis verò statim ac primogenitus 14. annum attigerit, habetur ac si 25. explevisset, *Choppin. de Doman. Lib. 3. Tit. 5. §. 3.* In Sueciâ adhuc hodiè administrationi Regni sufficiens est annus 18. Et eadem ætas Longobardorum quoque jure legitima fuit definita, ut mi-

minor majorvè ex illo annorum numero æstimaretur. In Imperio Romano Germ. quoad Imperatorem & Regem Roman. nihil hac de re definitum legimus, nisi quod in novissima Capitulatione Josephi *Art. 47.* constitutum, daß der Röm. König bey Ihro Kåyserl. Majest. Leben / und nach deroselben Tod / vor dem 18. Jahr seines Alters der Regierung sich nicht unternehmen wolle. Cujus juris dispositionem, ut in multis aliis, ita etiam in hoc videtur sequutus Imperator Carolus IV. sæpè *alleg. Cap. 7. A. B.* in Serenissimis S. R. I. Electoribus, constituendo legitimam ætatem 18. annorum, quem proindè si aggressi sunt, perindè est, ac si annos 25. naturaliter compleverint & majores sint. In cujus rei causam exactius inquirere, sublevat nos sanctio ista expressa, cui sine ullo rationis momento standum erit. Ad corporis enim ætatisque constitutionem ac generosam indolem, vel sollicitam à teneris unguiculis educationem & adsistentiam Consiliariorum aliorumque Virorum eruditionis & doctrinæ gloria excellentium, quos Aulæ alunt Electorales, Imperatorem respexisse, quod nimirum hæc ætatis defectum facillimè supplere queant, credibile vix est, eo quod in reliquis quoque Principibus, aliisque generosi stemmatis personis eadem verè obtineat ratio. Forsan propter salutem & tranquillitatem Electoratus, utque ab ipso administretur Electore, constrictior ætatis legitimæ terminus placuerit.

III. Ubi autem quæritur, an hoc tempus completum requiratur? Et dicimus meritò quod sic, per expressum textum *dict. Cap. 7. A. B.* ibi: Achtzehen gantze oder vollkömmliche Jahr / ita, ut ne unicus quidem dies, imò ne hora quidem desit. Nec obstabit Vocabulum *attigerit* erreichet / quod non refertur ad annum 18., sed ad legitimam ætatem: exspirare enim ibi dicitur tutela Electoralis, non, si decimum octavum annum, sed si legitimam ætatem, nempè annos decem & octo completos, attigerit Elector. Ac licet aliàs in favorabilibus annus cœptus pro completo habeatur, *L. 8. ff. de Muner. & Honor.* quod in honoribus favoris causa constitutum esse dicitur; quô textu usus est Michaël

Hospitalius Franciæ Cancellarius anno 1563., ut probaret Carolum IX. Regem Galliæ annum 14. incipientem majorem esse, uti annotavit *Godofredus ad d. l.* Tamen A. B. loc. alleg. complementum ann. 18. exigit; quemadmodum etiam nullus dicitur major 25. annis, nisi qui ultimum diem 25. anni complevit, sec. *L. 3. §. 3. ff. de Minor.* add. *Limn. Lib. 3. J. P. Cap. 7. §. 46.* Nec hoc 18. annorum tempus pater vel extendere vel coangustare potest, quoniam illud lege Imperii publicâ definitum est. Nec dispensatio hoc in casu locum habebit. Quod si verò moriatur Tutor Electoralis, & novus Elector annum 18. nondum plenè exegerit, adeò ut etiam duo vel tres menses restent, locus non dabitur novo Administratori, cingendus enim est pro cincto, *L. pen. ff. de Testam. Milit.* ducenda habetur pro ductâ & copulatâ, *Peregrin. Cons. 85. lib. 1. §. 6.* investiendus pro investito, *Schrad. de Feud. P. 10. Sect. 1. §. 114. Diet. ad A. B. Tit. 7. p. 45.* Hujus rei manifestum habemus Exemplum in Tutela Friderici IV. Palatini, cujus Patruus & Tutor Legalis Johannes Casimirus moriebatur, cum ei adhuc quinquaginta novem dies ad legitimam 18. annorum ætatem deessent; interim ab Imperatore consentientibus Electoribus majorennis habitus & declaratus, Vid. *Zach.* Friedenreich *Synops. de Tutel. Elect. p. 179.* Proindè, quemadmodum non datur Filio Electorali primogenito Tutor & Administrator, si modicum tempus legitimæ ejus ætati, in Electoribus à Carol. IV. constitutæ, desit; pari ratione nec Juvenis Elector, Tutore mortuô, novo Administratori se subjicere cogitur, si pauculæ tantummodò septimanæ ætati huic desint. Si autem Impuberi vel Minori Curator datus antè sit, in Administratione is continetur, donec annus 18. completus sit.

IV. Expletô autem nunc, non inceptô, istô in A.B. constitutô tempore, videlicet 18. annô, atque sic septennio citius, quàm Jure Civili Romano, tùm denique à Tutore & Administratore, quisquis ille sit, non solum jus, vox & potestas eligendi cum omnibus hinc dependentibus, totaliter cum officio, prigenito protinus adsignanda sunt, *A. B. Tit. 7.* verb: Welcher / so

Er

Er es alſo erreichet hat / ſoll der Vormundt Ihme das Recht/Stimm und Gewalt / und alles was dem anhänget / gäntzlich und ohne Verzug ſamt dem Ambt übergeben; Sed & Principatus, Ducatus aliorumque Dominiorum adminiſtratio, item tutorium officium, quod in reliquos ejus fratres exercuit, eidem adſignanda & reſtituenda, *A. B. d. l.* ibi *Limn. Obſ. 36. & ſeqq.* ita, ut pro communi tàm Reipublicæ totiusque Imperii, quam Provinciæ ſuæ ſalute & incolumitate incipiat vigilare, *Dan. Otto. de J. P. Cap. 7.* Idque jure optimo, quoniam nexu indiſſolubili & individuo cohærent Dignitas Electoralis & Ditio, *A. B. alleg. Cap. 7. & 20.* Deindè ipſa etiam ratio illud exigit: Tutor namque, quamdiu Dignitatem, Titulum & locum Electoris habuit, tamdiu eoque reſpectu Principatui & Electorali Ditioni tutorio nomine præfuit: illâ igitur reſtitutâ, & hoc reſtituendum erit, cum Acceſſorium ſequatur Principale. Imò, ſi rectè præeſſe Imperio creditur Elector, & de ſufficienti ejus Prudentia & diſcretione per ætatem in eligendo Rege in Imperatorem promovendo, aliisque Imperii graviſſimis deliberandis non dubitatur, cur de prudentia in propriis Provinciis adminiſtrandis rebusque ſuis gerendis ipſi eſſet diffitendum? Idcircò etiam, cum Fridericus V. Palatinus Elector 18. annum adimpleviſſet, agnatus proximus Philippus Ludovicus Comes Palatino-Neoburgicus Tutor ei & Electoratum & Palatinatum reſtituit. Quid? quod contigerit aliquando in Familiâ Electorum Brandenburgenſium, cum mortuò Johanne Electore Filius Joachimus I. 16. ſaltem annos natus rerum potiri vellet, & nonnulli infitiarentur, quod nondum 18. annum attigiſſet, ex conſilio tamen Electoris Moguntini aliorumque Regimen ditionis ſuæ & totius territorii gubernationem ſuſcepiſſe, uti hoc annotavit *Cernitius in Famil. Elect. Brand. pag. 28.* Quamvis expreſsè cautum, ne hoc in exemplum traheretur, *Additionator ad Monzamb. c. 4. §. 4.* Undè tamen colligere eſt, Carolum IV. in A.B. juſtam Electorum ætatem deſiderare 18 annorum completorum, maximè eo intuitu, ut Seſſione & Voto in Collegio Electorali frui queant; prout etiam Moguntinus tùm Textum Aureæ Bullæ ſic intellectum habere voluit.

 V. Ve-

V. Verum enim verò hæc pragmatica Aureæ Bullæ Sanctio reliquis Germaniæ Principibus, qui Electores non sunt, communis dicenda non est, ita ut hi, qui scilicet vel ex Testamento, vel eô deficiente, à Camera Imperiali Tutores acceperunt, anno ætatis 18. ab ejusmodi Tutelâ vel Curatelâ minimè liberentur, sed expectare teneantur annum 25. vel 21.; ratio, quia soli Electoratus excipiuntur, exceptio verò firmat Regulam in omnibus casibus non exceptis, L. 12. §. 43. *vers. nam qui hac excepit &c. ff. de Instrumento vel Instruct. Leg.* L. 4. *ff. §. ult. de Penu Legata.* Hucque respicit Sigismundus Imperator in sua *A. B. de anno 1434. Basileæ condita, Cap. 7. §. ult.* ubi in cœteris Principatibus, Ducatibus, aliisque Dominiis [scilicet, quæ ab iis, qui Electores non sunt, possidentur] gubernandis, eam attendi jubet ætatem, quæ aliàs de Jure Communi Romano constituta est, verba ipsius hæc sunt: Aber in Fürsten- und Hertzogthumen und andern Weltlichen Herrschafften zu regieren / verordnen und wollen Wir / daß es bey den alten verbleiben / oder diß Alter für recht und gebührlich gehalten werden soll / welches von Unsern Vorfahren Römischen Königen und Käysern darzu verordnet ist. Cui consentit Carolus V. **in der Policey-Ordnung zu Augspurg** *A. C. 1548.* **aufgerichtet** / in verbis: Wir wollen allen und jeden Churfürsten / Fürsten ꝛc. à quô cum jus diversum in ejusmodi Principibus introductum non legamus, meritò etiam jus commune sequimur, L. *sancimus C. de Test.* Et sanè, cum in Electoribus hoc jus singulare est, sequitur, quod in cœteris Principibus regula sit tenenda. Quamvis non negemus, Duces Brunsuicenses & Lüneburgenses, Marchiones Brandenburgenses, Duces Saxonicos & Würtenbergicos, itemque Palatinos Rheni & Principes Anhaldinos singulare privilegium obtinuisse ab Imperatore, quô 18. ætatis anno minori primogenito Regimen ac Successio Principatuum ac Ducatuum indulgetur, cujus rei testis est *Limnæus Lib. 3. J. P. Cap. 7. §. 41, 42. & Tom. IV. Addit. ad Lib. 4. c. 9. §. 151.* Hujusmodi etiam privilegio Domum inclytam Hassiacam & Familiam Archi-Ducum Austriæ nec non Comitatum Mansfeldiæ [licet ibi nonnulli sedecim annos

sta-

statuant] gaudere attestantur *Schütz. in J. P. Disp. 7. Th. 16. lit. b.* & *Limn. ad A. B. Lib. 7. §. 2. Obs. 25.* Et habuimus novissimè Exemplum in Serenissimo Principe *Friderico* Duce Saxo-Gothano, cui & quidem adhuc ante annum 18. octavum completum / Und da derselbe die zu Antretung Dero angestammeter Landes-Fürstlicher Regierung erforderliche Jahre noch nicht einmahl erreichet / successio & administratio Principatus sui adsignata & restituta fuit, idque ex imperiali beneficio ac dispensatione, ob singularem Principis hujus prudentiam, magnaque variorum virtutum ornamenta; hac tamen cum conditione, ut Serenissimus Princeps intereà temporis, potissimum in rebus Imperii & suarum provinciarum salutem concernentibus, non solùm suis Status Ministris, sed & iis, qui ipsius Tutores hactenus exstiterunt, Consiliorum Autoribus uti coactus fuerit. Ipsa de hoc negociô verba *Imperialis Diplomatis* de dato **Ebersdorff** *d. 12. Sept. 1693.* ita sonant: So haben Wir Sr. des **Erb-Printzens Lbden.** aus eigenem Antrieb die Regierung Ihrer Landen auffzutragen / mit Deroselben des sonst erforderlichen Alters halber gnädigst zu dispensiren / den Abgang und Mangel der übrigen wenigen Zeit / Krafft Unsers Käyserlichen Gewalts / zu ersetzen / und Ihro Veniam ætatis zu ertheilen in Gnaden resolviret. Thun auch dasselbe hiemit mit wohlbedachten Muht / gutem Raht und rechtem Wissen / dispensiren und geben sothane Veniam ætatis aus Röm. Käys. Macht Vollkommenheit / wissentlich in Krafft dieses Briefes / und meinen / setzen und wollen / daß mehrgedachte **Sr. Lbden.** Majorennis seyn / sich dieser Unser Dispensation und Veniæ ætatis freuen / gebrauchen und geniessen / auch die Regierung Ihrer Landen ohne Männigliches Eintrag und Verhinderung also gleich antreten und führen möge: Jedoch dergestalt / daß **Ihro Durchl.** bis zu Ihrer rechten Vogtbarkeit / bevorab bey den damahligen gefährlichen Läufften / in Sachen / so des Heil. Reichs / und Ihrer eigenen Landen / Stand und Wohlfahrt betraffen / sich nicht allein Ihrer Geheimen Rähten treuer Adsistentz bedienen / sondern auch in sothanen wichtigen Fällen / Ihrer gewesenen Vormünder Rahts hat pflegen müssen. In quibus autem vel consuetudine, vel Gentilitio quodam pri-

vilegio minorem ætatem introductam esse probari non potest, obtinet meritò regula Juris Communis.

VI. Cœterum & hoc verissimum esse duco, si aliàs Princeps minor, non pupillus, ab Imperatore veniam ætatis, quam quidam in linguâ nostrâ Germanica enunciant die Jahrgebung / impetraverit, (quod etiam ante 20. ætatis annum fieri potest, arg. *Nov. Leon. 28. in fin.* add. *Hermes Fasc. J. P. C. 11. §. 119.*) quod scilicet eo quoque casu anno 18. ad legitimam ætatem pervenire, à tutela liberari ac liberam Principatus sui administrationem acquirere queat, *t. 1. C. de his qui ven. ætat. &c.* Exempla adducit *Limn. J. P. Lib. 2. Cap. 9. §. 148. Finckelthaus. Diss. de ven. ætat. c. 2. Concl. 1.*

PAR-

PARTIS SPECIALIS
MEMBRUM SECUNDUM.

De

Electorum Juribus ac Præeminentiis, ad Officium, Libertatem & Poteſtatem pertinentibus.

DISCURSUS I.

De

Jure eligendi Imperatorem ſivè Regem Romanorum.

I.

PRærogativa Jurium Electoralium, quæ ad Officium, Libertatem & Poteſtatem pertinent, primò omnium quam maximè ſe oſtendit *in Electione Cæſaris ſivè Regis Rom.*, quâ ſummum Dignitatis honorem, Imperialem ſcil. Majeſtatem, ſolennitatibus in *Cap. 2. A. B.* præſcriptis, conferendi & transferendi ſummam habent poteſtatem, cæteris Germaniæ Principibus & Statibus omnibus excluſis, & ad hunc

 Actum

Actum nunquam convocatis: quâque toti Imperio & Christianitati de Capite provident, quod maximum in toto Orbe beneficium, und eine der herrlichsten Actionen / die in Europa geschehen werden mag / ita, ut Sacrosancto hoc Electionis Jure quid excellentius fingi aut excogitari in hoc mundo possit, non videam; Dann die höchste Würde der Churfürsten / damit Sie vor andern Königen und Potentaten gezieret / ist diese / daß Sie einen Römischen Käyser / dessen Hoheit / Autorität und Gewalt alle andere übertrifft / von der auch andere herfliessen / zu wehlen haben / ut ex Decreto quodam Cæsareo de dato d. 27. Jul. Ao. 1590. refert *Bruning. de Var. Universitat. Specieb.* quem allegat *Limn. Lib. 2. J. P. c. 2. §. 2.*

II. Quod autem hodié Serenissimis Electoribus solis, exclusis cœteris Imperii Ordinibus, jus illud competat, satis probatur ex *A. B. Tit. 1. pr.* ubi: Wie offt und wann es zu künfftigen Zeiten sich begeben würde / zu erwehlen einen Römischen König zum Käyser zu machen / daß Sie die Churfürsten zu solcher Wahl / nach alter löblicher Gewohnheit / fügen ꝛc. & *Tit. 2.* ubi fusius de Electione agitur, pariter *Electorum* tantùm vel eorundem Legatorum fit mentio, in verbis: Nach dem aber die obbemeldte Churfürsten oder Bottschafften / ꝛc. Quæ si non sufficiunt, Praxis & Observantia, optima Legis interpres, *L. 37. ff. de LL.* insuper id quemlibet satis docere poterint, quæ cum Præcepta Aureæ Bullæ per omnia observent, vix arbitror, quenquam dubitare posse, quin soli Electores hoc eligendi jure gaudeant.

III. Equidem, si vetera Historiarum Volumina revolvamus, non hæc usitata fuit Electio, non hæ, de quibus diximus, personæ eligentes, sed omninò res longè aliter se habebat, & Successio ab initio Imperatorum Romanorum erat admodum varia. Nam, ut rem ab ovo, quod dicitur, repetamus, cum Administratio Reipublicæ Romanæ ad unum deferri cœpta, Imperatores ad tempus jure successivô Imperium in hæredes transmittebant, *vix extra domum Successorem quærebant, ne memoriam Augusti, nec nomen Cæsarum in ludibria & contumelias verterent, metuentes*, ait *Tacit. Annal. lib. 6. in fin.* Interdum etiam jure electitiô Imperialis Majestas iterum deferebatur, prout diversa erant tempora, & qui

qui succederent, hæredes deerant; Et quidem ita, ut militari nonnunquam, & ne recto quidem denominati Imperatores judicio. Cum enim *C. Caligula* ob tyrannica sua scelera occisus esset, nec qui succedere posset hæres, existeret, summa rerum ad Senatum Populumque Roman. rediisse videbatur; Verum quomodo cunctantem Senatum ac Populum milites sæpè anteverterint, iisque inconsultis, imò invitis *Claudium*, *Galbam*, *Ottonem*, *Vitellium*, *Vespasianum* cœterosque Imperatores elegerint, in Suetonio aliisque Romanis Scriptoribus legere est, ita, ut pauci fuerint, quos Senatus ausus est ante militum suffragia creare, Vid. *Grot. de J. B. P. Lib. 9. Cap. 9. §. 11.* ibique annotata. Quæ res tamen non potuit, quin periculosissimos sæpè dederit motus. Nihilominus succedendi ista ratio, hæcque Imperatoriæ Dignitatis constituendæ potestas adhuc post Constantini M. hujusque Filiorum tempora apud militem quodammodò mansit, idque majore specie recti, quod jam alia sedes Imperii destinata esset Constantinopolis; atque ita ambiguum videretur, in quanam urbe, num *Româ*, quæ Occidentis, aut *Constantinopoli*, quæ Orientis erat Metropolis, Imperator appellandus esset. Sic *Julianus* aliàs dictus Apostata, Constantii Filius consensu militum Augustus factus est, *Eutrop. in Breviar. Histor. Rom. Lib. 10.* it. *Valentinianus*, *Zonaræ. Histor. Byzant.* multique alii insequentes Imperatores, quos omnes paucis his pagellis adducere non licet, prolixè de illis in Historiâ Romanâ *Eutropii Lib. 5-9. Julii Capitolin. & Flav. Vopisc.* videri potest.

IV. Verùm, postquam in tali Electione & multitudine istâ multa & difficilia, & nonnunquam periculosa se proderent, necessitas successu temporis ad Senatum Populumque autoritatem in hoc negocio haud mediocrem deduxit, ita, ut eorum pariter suffragiis nonnulli Imperatores constituti, & Electio eorum aliquoties à Populo per se, aut per Senatum facta fuerit. Prout quoque tandem solus Populus Romanus, concurrente aliquâ ex parte Leonis III. Pontificis, utpotè præcipui tunc temporis Reipubl. Romanæ membri, autoritate & consensu (non verò jure suo ac proprio, ut vult Baronius cum asseclis suis) præsentibus

cum Papa omnibus Episcopis Italiæ Principibusque, *Carolum Magnum*, (cùm ob heroica sua facta, tùm propter egregiam magnitudinem Corporis ita dictum) jam Francorum Longobardorumque, quorum ultimum Regem *Desiderium* ceperat, ferè per 30. annos Regem in æde Sacrâ Romæ ipsis feriis Natalitiis Domini ac DEI nostri JESU CHRISTI, Imperatorem Romanum, als den Ersten abendländischen Käyser von Deutschen Herkommen / salutarunt, Anno post C. N. 800., acclamante Populo his verbis: CAROLO. AUGUSTO. A. DEO. CORONATO. MAGNO. ET. PACIFICO. IMPERATORI. ROMANORUM. VITA. ET. VICTORIA. sicut latè hæc recenset *Lehman. Chron. Spir. lib. 2. c. 3. Arnis. de Translat. Imp. c. 13. 14.* Quâ de Electione Siegebertus Gemblacensis in Chron. ita scribit: Romani, inquit, qui ab Imperatore Constantinopolitano jam diu animo desciverant, nunc acceptâ occasionis opportunitate, quia mulier [scil. Augusta Irene] excœcato Imperatore Constantino Filio suo, eis imperabat, unô omnium consensu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, eumque per manus Leonis Papæ coronant, Cæsarem & Augustum appellant. Et hæc est celebris illa Romani Imperii à Græcis ad Francos Translatio, & simul Imperii Germanici prima Constitutio. Quâ de aliisque Caroli Magni gestis & Vitâ ex Veteribus imprimis scripsit *Eginhardus* sivè *Einhardus*, Caroli M. Imperat. quondam Cancellarius, posteà Monachus Benedictinus & primus Abbas Monasterii Salingenstatensis, qui tanto meliori fide res Caroli executus est, quanto familiarius eidem adhæsit; Ex recentioribus vir in omni doctrinâ summâ *Joh. Henric. Bæcler. in Histor. Sec. IX.*

V. Ab his verò temporibus, à Carolo M. scilicet semper fuit observatum, ut Imperatores usque ad *Conradum I.* ex Familiâ Francorum jure hæreditario successerint. Sic Carolus M. nullô præsente Romani Pontificis Legatô, nec ipsô Papa consultô, *Ludovicum* Filium, consensu Francorum Imperialis nominis sui consortem fecit, testibus Annalibus Francicis. *Ludovicus* itidem inconsultô Pontifice Anno C. 817. *Lotharium* Filium primogenitum, Aquisgrani in generali Populi conventu, Imperii socium con-

constituit, *Spangenb. c. 97.* Pariter Lotharius *Ludovico II.* Filio Italiam Augustique Titulum attribuit, & decimo quinto anno pôst in Monasterium Prumiense abiit, *Otto Frising. lib. 6. Chron. C. 1. Paul. Æmil. lib. 3. de Reb. Gest. Franc. Sigon. L. 4. de Regn. Ital.* Ludovicus II. sine Liberis Masculis Anno 875. decedens successorem reliquit Patruum suum *Carolum Calvum*, quem excipit Filius *Ludovicus Balbus*, *Paul. Æmil.* & *Sigon. c. l.* cui dein successit *Carolus Crassus*, qui *Arnulfum* Carolomanni Filium hæredem scripsit: Arnulfo successit Filius *Ludovicus Cario*, ultimus è stirpe Carolina Imperator. Qui omnes ex sola hæreditate nullo Electionis jure sibi invicem successerunt, quod ex eorum vitis passim liquet, & benè ex Historiis deducit *Bechman. Exoter. Jur. Publ. Ex. 2. Th. 5. seqq.*

VI. Hinc ad Saxones Imperii Majestas devoluta, indè ab *Henrico Aucupe* Ottonis Saxonis filio [qui liberrima Procerum Germaniæ Electione & Conradi Regis Rom. jam in agone agentis consilio ad Regnum evectus est, atque ita primus Saxonum genti Regiam Germanorum dignitatem intulit,] usque ad *Ottonem III.* inclusivè jus Electionis paulatim fuit introductum, ita, ut ratio quidem sanguinis, die hohe Æstime des Käyserl. Geblühts/ vacante Sede Imperatoriâ fuerit considerata, simul tamen libertas eligentibus permanserit, defuncti Imperatoris descendentes & cognatos, wann Sie entweder mit denen zu dieser wichtigen Regierungs-Last erfoderten hohen Qualitäten nicht begabt gewesen/ oder andern erheblichen Ursachen halber/ prætereundi, alique, quem voluerint, imperatoriam dignitatem conferendi. Electio autem ista non per Compromissum, nur von wenigen Persohnen/ sed ab universo populo, h. e. Principibus tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus, Episcopis, Nobilibus, imò etiam Civitatibus facta fuit, secundum regulam: qui omnibus imperat, ab omnibus debet eligi, *arg. quod omnes 29. ff. de R. I.* ita tamen, ut à Proceribus & Principibus explicitè, à cœteris verò tacitè, neque enim totus populus ad Comitia vocari solet. Et hoc omnes illius ævi Historiæ loquuntur, quarum multa testimonia adducit *Conring. Exercit. IV. de Ducib. & Comit. Imp. Germ. Th. 38.*

VII. Sed procedente tempore ab *Henrico II.* Duce Bojoariæ nimirum Ottonis III. successore, jus hoc eligendi omnibus etiam Populo competens sibi solis Principes attribuerunt, nullâ tamen adhuc factâ distinctione & differentiâ inter Electores & Principes alios. Et hi erant Pontifex Rom., semper per Legatos suos Cardinales huic negocio præsens, Italiæ aliquot Seculares Principes, v. g. Comes Taurini, Marchio Montisferrati aliique: Omnes item Germaniæ Principes, tàm Laici, quàm Seculares, Archi-Episcopi, Episcopi, Abbates, Comites, Marchiones, Duces, & quotquot ex iis Comitiis adesse volebant, cujus generis Electiones plurimorum Imperatorum succinctè videri possunt apud *Godofredum de Jehna in Differt. de Elect. Imp. Disp. 1. Th. 5. lit. a.* Cœterùm informarunt me circa hoc *Lehman. Chron. Spir. L. 2. c. 3. & L. 5. c. 17. Limn. J. P. Lib. 3. c. 1. Schütz. de Stat. R. Rom. Vol. 1. Disp. 3. Conring. in Annot. ad Lampad. P. 3. c. 4.* & in *Exerc. de Septemv. §. 26. seqq. Phil. Andr.* Oldenburger / qui Burgoldensis ficto dici voluit nomine, in *Discurs. ad Instr. Pac. P. 1. Disc. 19.* Singuli ex Ottone Frisingense, Abb. Urspergens., Siegeberto, Thuano & aliis Exempla collegerunt.

VIII. Ast, nec hæc Electionis ratio sine mutatione fuit, cum duraverit tantùm usque ad *Conradum III.* Post eum verò commodioris Electionis gratia à toto Principum conventu quibusdam Primatibus fuit demandatum, ut illi præconsultarent, quis eligendus, cui, si toti etiam Conventui ita visum fuisset, Imperium est delatum, *Onuph. Panv. de Comit. Lehman. Chron. Spir. lib. 5. c. 27.* atque sic eorum potestas eligendi ita fuit limitata, ut cogerentur tantùm eum eligere, quem Principes communibus suffragiis prætaxassent, i. e. prænominassent & recommendassent, welches Subjectum die Fürsten zuvor taxiret / censuriret / oder bey Jhnen wohl recommendiret hatten / prout ex Alberto Stadensi colligit *Christoph. Besold. in Disp. de Regia Success. Diss. 3. Th. 5.* & tradit prolixè hunc morem & ritum eligendi *Gewold. de S. R. I. Septemv. Cap. 6. §. 69.* & *Lehman. c. l. Cap. 74.* quo benevolum lectorem remittimus. Exindè clarescit, jam tùm temporis illos Principes, qui hodiè Electores audiunt, tanquam Imperii Officiales, & opum

opum magnitudine pollentes in Electionibus Imperatorum autoritate & poteſtate reliquos paulatim eminere cœpiſſe; attamen non tantâ, quæ illos omninò excluderet.

IX. Verum enim verò, cum poſteà furor & rabies Pontificum erga Imperatores Romanos magis magisque exardeſceret, qui hoc ſemper pro horribili Arcano adverſus Rempublicam noſtram habuerunt, ut occaſione Electionis Germaniam dividerent, & ad incitas redigerent: ipſa etiam ſtudia Eligentium propter nimiam multitudinem advenientium non raro in diverſas factiones impellerentur, ita, ut ſœpius plus valeret Potentia & Autoritas, quàm Conſultationes & Calculi ſuffragantium; reliquis tandem Principibus, vel ob imbecillitatem, vel ob negligentiam, ut putat *Onuph. Panv. de Comit.* jura ſua non ſatis tuentibus, nihil amplius juris in Electione remanſit, ſed excluſis iisdem omnibus, Septemviri iſti [hodiè Novemviri] ut potentiores, & qui in Principum numero publicis Imperii Officiis nunc hæreditariâ quaſi ſucceſſione eminebant, ſibi ſolis omnem eligendi poteſtatem, tantæ molis rem, boni publici cauſa vindicarunt. Id quod etiam, non quidem continuo temporis tractu, receptum nec firmatum, cum hæc excluſio odioſa ſatis & minus appareret favorabilis; Sed, uti in conſimilibus negociis fieri conſuevit, in conſuetudine ſenſim per aliquot Actus in memorabili illo in Germaniâ Interregno poſt Friderici II. tempora, & ſic trecentis ferè annis poſt Ottonem III. confirmatam abiit: uſque dum radicibus altius actis Aureæ Bullæ publica & ſolennis Sanctio acceſſit, quâ tota hæc eligendi ratio & omnis Electorum poteſtas communi Procerum adſenſu ſtabilita & comprobata fuit, Conf. quæ ſuprà *P. Gen. Diſc. II.* dicta. Et ita nobiſcum ſtatuunt *Onuph. Panv. in aureô ſuô. Lib. de Comit. Imp. Reinhard. König. Diſp. Polit. de Orig. Elector.* quæ extat apud *Goldaſt. in Polit. Imp. P. XIV. Jac. Lampad. de Rep. Rom. Germ. P. 3. Cap. 4. Arumæ. ad A. B. Diſc. 3. Th. 6. Limn. J. P. L. 3. c. 1. Gaſtel. de Stat. Publ. Europ. Carpz. in Comm. ad Leg. Reg. Cap. 11. Sect. 1. Strauch. Exerc. Exot. 2. §. 1. Severin. de Monzamb. de Stat. Imp. Germ. c. 4. §. 3. Oldenb. Limn. Enucl. Lib. 2. c. 1. §. 1.* Atque hoc ipſum eſt, quod in A. B. jus hoc Electorale dicatur

Electo-

Electoribus competere de Jure & antiquâ consuetudine, *C.1. pr. C.4. §.2. & 3. C.5. §.3.* licet hanc ipsam consuetudinem in multis à Carolo IV. immutatam esse palam sit, Vid. *Besold. in Disp. Nomico-Polit. Lib. 2. Diss. 3.*

X. In quantum de necessitate & utilitate Reipubl. Germanicæ tunc temporis fuerit hæc Electoralis Collegii Institutio, & modus hic eligendi Imperatorem, præ cœteris colligere est ex *Goldasto P. 1.* Politischer Reichs-Händel *Tit. 21.*, ubi dicit: *Nunquam auspicatius, nunquam fortunatius, nunquam melius feliciusq; consultum fuisse Augustissimæ Imperatoriæ Majestatis Culmini animadvertimus, quàm ubi deligendi creandiq; Romani Regis ac subindè Imperatoris potestas atq; autoritas, omnium Principum Christianorum consensu Septemviris Principibus credita est.* Certum enim est, quod, postquam hi Principes instituti fuêre, eorum prudentia atque consilio effectum sit, ut & gravissimæ dissensiones, quæ anteà de Electione Imperatoris exarserant, conquieverint, pax & tranquillitas qualiscunque in Germaniâ conservata, & insidiosæ ac clandestinæ conspirationes Exterorum, Imperii Majestati inhiantium repressæ fuerint, *Waremund. ab Ehrenbach. de Fœd. Cap. 2. §. 147.* Ut adeò, si quid consiliô profundè politicô institutum est in hoc genere, Collegium Electorale meritò dixeris.

XI. Primus autem omnium à solis Officialibus Imperii, uti tùm audiebant, atque adeò à Septemviris, & quidem universis, unanimi consensu, Imperator Francofurti fuit electus, & coronatus Aquisgrani Anno 1273. Rudolphus I. Comes Habsspurgensis & Landgravius Alsatiæ, modicarum opum Dominus, sed bello strenuus, hactenus Ottocari, Regis Rohemiæ Comes Stabuli sivè Magister Equitum, qui modernæ Archi-Ducalis Familiæ Austriacæ stirps ac fundator, & à quô omnes ferè Imperii Principes & Europæ hodiè Reges rectâ lineâ descendunt, uti observavit *Nic. Rittershusius in Exeg. Genealog. pag. 2.*; Cujus Electionis & Coronationis Actus Vid. *in Pancrat. Lampad.* Politisch. Reichs-Händeln *Art. XVI. Conringius* quidem *in Not. ad Lampad. de Republ. Regn. Rom. P. 3. Cap. 2. & 4.* ut & *Johannes Beka in Chron. Ultraject.* tradunt, mortuô Frider. II. primùm Henricum, Landgravium Thuringiæ,

& mox

& mox Wilhelmum Hollandum, duos Anti-Cæsares à solis Septemviris renunciatos esse; quod tamen non communi omnium suffragio, sed ab uno atque altero tantum fuisse factum, illius temporis historia satis docet.

XII. Ex his ergò omnibus satis jam manifestum, Sacrosanctum hoc Electionis jus non amplius esse commune, sed exclusivum, solis videlicet novem, nostro nunc tempore, istis primariis Principibus, ab isto officio *Electores* dictis, cæteris Ordinibus, Pontifice ipso, in quantum etiam ille & asseclæ ipsius oppugnant, penitus exclusis, competens. Quod etiam tanquam libertatis publicæ fundamentum, quod monarchici juris fastigium cum libertate Ordinum convincit, tàm sollicitè hactenus observarunt, ut in omnibus Capitulationibus Cæsareis electos Imperatores speciali sacramento obstringerent, & solenni formâ in Inauguratione jurare cogerent, se istam eligendi facultatem ipsis in perpetuum sartam tectam conservaturos, nec de hæreditariâ suorum in Imperio successione quicquam tentaturos. Ita enim sonant verba *Capitulat. Car. V. Art. 28.* Und insonderheit sollen und wollen Wir Uns auch keiner Succession und Erbschafft des offterwehnten Röm. Reichs anmassen/ unterwinden/ noch in solcher Gestalt unterziehen / oder darnach trachten / dieselbe auf Uns selbsten/ Unsere Erben und Nachkommen / oder auf jemand anders unterstehen zu wenden; sondern **Wir/ dergleichen Unser Kinder / Erben und Nachkommen/** [quæ verba in Capit. Leopoldi & Josephi omissa, in anterioribus autem omnibus ita expressa] die gemeldten Churfürsten / Ihre Nachkommen und Erben / zu jeglicher Zeit bey Ihrer freyen Wahl / wie von Alters her auf Sie kommen 2c. geruhlich bleiben / und gantz unbetrangt lassen / 2c. Cum quâ exactè concordant reliquæ Capitulationes omnes, *Capit. Ferd. I. Art. 26. Maxim. II. Art. 14. Rudolph. II. Art. 30. Matthiæ, Art. 35. Ferdinand. II. Art. 34. Ferd. III. Art. 38. Ferd. IV. Art. 36. Leopold. Art. 36. & noviss. Joseph. Art. 35.* Exindè, cum aliquando à Carolo V. hoc Capitulationis Membrum aliqua ex parte neglectum Electoribus videretur, conquesti sunt inter Gravamina auf den Tag zu Passau übergeben / & *in Comitiis Augustan. Ao. 1555. 29. Jul. reiterirt sub Rubric.*

 Die

Die Churfürsten insonderheit belangende §. Item, Wiewohl in der obgemeldten Käyserl. Obligation ausdrücklich bewilliget / daß man nach der Succession des Reichs nicht trachten / sondern den Churfürsten / wann es zu Falle kommt / oder die Nohtdurfft erfodern würde / Ihre freye Wahl bleiben lassen wolle ; So ist doch ein gemein Geschrey erschollen / als solte dem zuwider / erst neulicher Weile allerley fürgenommen seyn worden / dadurch den Churfürsten solche Ihre freye Wahl vor der Zeit abgestricket / und Sie also jetzt alsobald zu Weggebung Ihrer Stimmen verbunden hätten wollen werden. Welches Fürnhmen über das / daß es den Churfürsten / und in Effectu dem gantzem Reich an seiner Freyheit nachtheilig / auch dieser jetzigen fürstehenden Unruhe nicht wenig Ursach gegeben möchte haben / quod refert *Limnæ. ad Capit. Car. V. Mantiss. 3. p. m. 385.* Aliàs jam indè à Seculo XIII. Serenissimi Domini Electores in perpetuâ fuerunt ac tranquillâ hujus eligendi Juris possessione, imprimis, postquam per Auream Bullam, aliasque Imperii Leges fundamentales expresse ista iis est confirmata, ut suprà diximus, adeò, ut nunc neque Imperator, neque cœteri Imperii Principes, neque Electores ipsi, eam, utpote Constitutionem Imperii fundamentalem, tollere vel mutare, multò minus Pontifex Electoribus aufferre queat. Itaque, cum Sacratissimus Imperator LEOPOLDUS, in Conventu Electorali Augustæ Vindelicorum, Anno 1690. Electionem JOSEPHI in Regem Romanorum & futurum Imperialis Diadematis Successorem suaderet, sanctè contestabatur, daß Er durch diese Handlung und Befoderung denen Churfürsten an Ihrer freyen Wahl / Præeminentien, Würde / altlöblichen Herkommen und Gerechtigkeit ꝛc. ichtwas im wenigsten zu schmälern / oder abzubrechen / sondern vielmehr in gnädigster Erinnerung Seiner geschwornen Wahl-Capitulation bey solchem allem getreulich zu erhalten / und disfals nichts anders vorzunehmen / als was andere Ihre löbliche Vorfahren in dergleichen Fällen gethan ꝛc. uti hæc ex Propositione Cæsar. ad Collegium Electorale de Electione JOSEPHI, de dato d. 12. Dec. 1689. patent.

XIII. Quem-

XIII. Quemadmodum verò jus succeſſionis ex eo inferri minimè poteſt, quod Regnum diu in Familiâ continuavit: Id enim ultronea Electione quoque poteſt & ſolet fieri optima ratione; videlicet, ſi Familia adſueta Imperio & ad id formata, atque ad tuendam ejus vim autoritatemque opibus jam inſtructa ſit, *Coccej. Jur. publ. Prud. Cap. VII. §. 16. p. m. 157.* Pari ratione, quod Imperatoriæ Dignitatis Splendor hactenus in Auguſtiſſimâ ac Potentiſſimâ Domo Auſtriacâ permanſit, & adhuc hodiè in Sereniſſimâ iſta Familiâ continuatur, nequaquam ideò hæreditariam arguit Succeſſionem, nec hoc ipſo libertas eligendi, quem voluerint, Dominis Electoribus ademta, uti tamen operosè id contendit *Hyppolit. à Lapide de Rat. Stat. P. 2. c. 2. p. 341. ſeqq.* Nam ſi Electio Regis Rom. hodiè non amplius ſit vera ac libera, aut id ideò evênit, quia jus in Familiam Auſtriacam ab Electoribus fuit collatum expreſsè, aut tacitè ipſo facto Familia illud acquiſiverit, ex Actuum frequentiâ. Expreſsè ab Electoribus id factum, nemo dixerit, weil durch die Capitulationes der erwehlte Röm. König mit einem Eyde ſich verpflichtet/ daß Er keiner Succeſſions-Gerechtigkeit ſich im Röm. Reich unternehmen wolle/ ut modo dictum. Quod ergò expreſsè vetatur per Capitulationem, id neque tacitè pro conceſſo poteſt haberi, wann Sie auch 1000. Käyſer nacheinader aus dem Hauſe Oeſterreich erwehleten/ determinatio enim materiæ in univerſali, non poteſt tollere libertatem Electionis, quæ in individuum fertur. Nec porrò eô ipsô Succeſſio locum poteſt habere, eo quod neque Familia Auſtriaca, ut univerſa, jus ſuccedendi habeat, neque ſinguli in eâ: Tertium enim non datur ad Succeſſionem. Und dieſes haben die aus der Oeſterreichiſchen Familie erwehlte Käyſer ſelbſt wohl erkandt/ weil Sie nicht allein/ wie ſchon gedacht/ durch die Capitulationes ſich der Succeſſion endlich begeben/ ſondern auch nicht anders als durch das Intereſſe der gemeinen Wohlfahrt/ die Churfürſten dazu vermocht/ daß in dieſem beyden Seculis allemahl ein neuer Käyſer aus dem Hauſe Oeſterreich erwehlet worden. Nimirum, quod in Germaniâ nulla ſupereſſet Familia, par ferendis ſumtibus, quos Majeſtas Imperatoria & Regia requirit, reditibus ibi nimium acciſis & omnibus

fiſci bonis in privatam Principum poſſeſſionem redactis: Adeò, ut nunc impoſſibile eſſet, ſumtus Imperatori neceſſarios facere, Majeſtatisque ſplendorem oſtentare, niſi proprium haberet patrimonium. Quo de *Autor Diſcurſuum Gallicorum au recueil des Diſcours politiques §. 22.* ita: Mirum eſt Imperatorem tàm potentem & tàm debilem eſſe, tàm magnum & tàm parvum, honore & dignitate opulentiſſimum, bonis ita pauperem, ut ab Imperio non habeat ſumtus ad alendam Domum Auguſtam neceſſarios. Imò, ſi hoc temporis tractu non placuiſſet Electoribus, ex parte illam cognaticam Succeſſionem obſervare, ne umbra quidem Imperii Germanici jam ſuperforet. Propterea tamen ne vel libertati Electionis quicquam detractum, vel Familiæ Auſtriacæ jus aliquod in Axioma Cæſareum ex longiſſimo illo tempore acquiſitum eſſe, autumandum. Atque hinc eſt, quod adhuc Imperator ſemper ſalutetur **Erwehlter**/ quia videlicet à Sereniſſimis Electoribus nomine totius Imperii eligitur; prout quoque in omnibus literis, quas Imperator ad alios mittit, ſe ſcribit **Erwehlter Römiſcher Käyſer**/ quem Titulum etiam Status Imperii atque Exteri ipſi tribuunt, idque ſine omni dubio ea de cauſa, ut meminerit Imperator, quô jure ſupremus in Orbe Chriſtiano honor ei ſit collatus, ne Imperatoriam dignitatem ratione ſanguinis & ſucceſſionis ſibi attribuere auſit, atque ut eò melius Liberos ſuos educari curet, quo poſt mortem illius unus inter illos Imperii Candidatus, cujus in Electione ratio habeatur, exiſtere queat.

XIV. Sed, quomodo Dominis Electoribus hæc ſplendidiſſima facultas eligendi competat, haud inappoſitè nunc erit monendum; Et cenſent communiter Doctores, eam non ut ſingulis perſonis [quod tamen affirmat *Hoſtienſis in Cap. Venerabilem X. de Elect. & Elect. Poteſt.* qui etiam *Strauchium Diſc. Ex. 2. Th. 2. Bechman. ad A. B. Exerc. 2. §. 36.* & *Dn. Thulem. in Octovir. Cap. 24. §. 1. & 2.* hujus ſuæ opinionis defenſores invenit] ſed ut univerſis & toti Collegio ipſis competere, *Pet. de Andlo de Imp. Rom. L. 2. c. 3. Spreng. Juriſpr. Publ. L. 1. c. 27. Conring. de Rep. Imp. Germ. Ex. 5. §. 41. Limn. Jur. Publ. Lib. 2. C. 3. §. 67. Dieter. Not. ad A. B. C. 2. Buxtorff. ad A. B. §. 35.*

quod

quod vel indè probatur, primùm, quia surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatum est, *L. 28. §. 1. ff. de Jurejur. L. 10. C. de Aquaduct. L. 11. §. quoniam ff. de Procurat.* Jam neminem fugit, Electores successisse in locum Populi Romani, ut loquitur *Coccinius in Scripto suo de Imperio à Græcis ad Germanos translato*, qui ut universitas & collegiatim elegit sibi Imperatorem; Cui accedit, quod in Electione non attentâ unius vel alterius dissentientis sententiâ, majoris partis vota sufficiant, ita, ut quem major pars elegerit, legitimè electus censeatur, *A. B. Tit. 2. §. 4.* hoc autem non sufficeret, si Electio ab Electoribus ut singulis facienda esset, quia quod ad singulos pertinet, à singulis debet approbari, *c. 9. de R. J. in 6to. L. 8. ff. de Aqua & Aqu. pluv. arcen.* Nisi velimus dicere, Electionem competere quidem Electoribus singulis, sed ut membris totius Augusti Collegii, *Coccej. Jur. Publ. Prud. Cap. 8. §. 2. p. m. 160.*

XV. Et exindè, quoties Vacante Imperio Imperator vel Rex Rom. eligendus, omnes & singuli Electores, qua tales, Ecclesiastici & Seculares, licet nondum infulati aut investiti, à Moguntinô Collegii Electoralis Decanô, patentibus literis [quarum Formula in *A. B. Tit. 18.* quæ tamen semper non ita fuit observata, estque hodiè Germanica] intra mensem à die notitiæ istius Vacantiæ sunt convocandi, *A. B. Tit. 4. §. 2.* quod adeò verum est, ut, si unus eorum vocatus non fuerit, totus Electionis Actus nullus reputetur, non solum, quod iste sit Actus Collegii, ad quem ritè perficiendum omnes de Collegio debent vocari, per *Capit. quod sicut 28. §. si autem de Elect. in 6.* & *Cap. Venerabilem 34. X. de Elect. & Elect. potest.* sed &, quia Citatio hæc omnium & singulorum Electorum in A. B. statuta est pro Formâ Substantiali legitimæ Electionis, quâ violatâ, stricto jure totum negocium est invalidum, quô de prolixissimè videri potest *Limn. ad Cap. Ferd. III. p. 746. usq. 757.* Nec movet quicquam, quod neque Fridericus V. Palatinus ad Electionem Ferdinandi II., neque Carolus Ludovicus Friderici Filius, una cum Electore Trevirensi, Philippô Christophorô [qui tunc temporis Viennæ Captivus detentus, quia in partes Gallorum Imperatoris hostium transiisse dicceba-

dicebatur] ad Electionem Ferdinandi III. Ao. 1637. factam, fuerint citati; Hi enim certam ob causam ab officio erant suspensi: Imò, Exempla ista novimus se contigisse tempore quodam, quô res hinc indè fuerunt turbulenter peractæ, & perquam multæ in cujuscunque partis præjudicium gestæ, nimirum fervente calamitosissimo bello tricennali: ideoque hodiè pro jure allegari non possunt nec debent, idque eò magis, quod hæc & id genus alia, in damnum unius atque alterius juris tunc temporis edita per Pacificationem Monasterio-Osnabrugensem penitus sublata, & ne in exemplum trahantur, expresse cautum est in *Art. 5. Cap. Ferd. III.* Quod si verô fortassè in convocando negligens esset Elector Moguntinus, Electoribus reliquis datum est, spontè convenire & defungi in Electione officio suo, juxta *§. 19. Cap. 1. A. B.* Imò, si non ob negligentiam aut oblivionem, sed contemtum factum fuerit, tamen & hoc casu benè faciunt Electores, si ultrò advenerint, cum Electio ipsis Jure publico, non autem Moguntini Vocatione, competat, *Thulemar. de Octovir. Cap. 24. §. 27.*

XVI. Vacante autem Sede Archi-Episcopali & Electorali Moguntinensi, Capitulum sivè Collegium Canonicorum Jus istud Convocationis sibi arrogare non potest, *A. B. Tit. 1.* & *Tit. 12. §. 19.* quoniam hoc Privilegium est personale, quod Electori Moguntino, non ut Archi-Episcopo, sed ut Seculari Imperii Principi competit; hinc & Moguntinus jus convocandi habet, licet à Papa pallium nondum acceperit, *Limn. lib. 3. c. 3. §. 54.* Nedum hujusmodi Intimatio fieri potest à Moguntini Legato, *Coccej. Jur. Publ. Prud. Cap. 8. §. 7. p. 162.*

XVII. Non incommodè autem hic quæritur: Si Electores omnes & singuli solenniter & legitimè ad Electionem Imperatoris vel Regis Rom. sint vocati, ad comparendum scil. intra tres menses continuos à die in literis Intimationis expressa, quod restringi nequit, *Wurmſ. Exerc. 2. quæst. 3.* Num in liberâ eorum consistat voluntate, in propriâ personâ comparere vel non? Et dicimus nos, quod regulariter teneantur comparere in propriâ personâ, arg. *A. B. Tit. 1.* & *Tit. 28. §. 6.* Si verò justô impe-

impedimentô detenti ipsimet adesse nequeunt, aliorum in hoc negocio uti officio non prohibentur, *d. §.6. A.B.* quos tamen de impedimento fidem sub juramento facere oportere autumat *Car.* von Hagen *Inst. Jurisp. Rom. Imp. Lib. 2. Cap. 1. §. 21.* Sed negativam esse veriorem usuque probatam ostendit *Maurit. Diss. de Orig. Elect. c. 2. Th. 9.* prout etiam praxis adhuc in novissimâ Electione *Josephi* Regis Roman. docuit, insimul Aurea Bulla nullam facit mentionem alicujus juramenti. Hinc puto sufficere, si Legatus de Absentiæ causis, quibus Herus suus impeditus, fidem fecerit. Et quidem possunt vel uni è suis Collegis vices eligendi demandare, *Spreng. Synops. J.P. c. 4.* isque tunc duplici gaudet voto, quod usu observari testis est *Reincking. de R. S. & E. lib. 1. class. 3. c. 3. §. 16.* aliàs enim absque ullo effectu Elector alteri vices suas committeret, *Arumæ. ad A.B. Disc. 1. §. 23.* Vel possunt mittere non unum solùm, sed plures etiam Mandatarios & Speciales Nuncios, sivè potius Legatos, instructos hodiè plenô & sufficienti Mandatô, ad certam personam non restrictô, *A. B. Tit. 1. §. 18. & Tit. 19.* (etsi in arcanis ea ipsis committi possit) qui omnes ad deliberationem super Electione instituenda admittuntur, arg. *Tit. 19. A. B.*

XIIX. Moribus tamen non nisi unus, qui Principalis & Caput Legationis est, Conclave Electionis [die Chur-Cammer] intrare solet, & inibi reddere Votum Principalis: prout etiam omnia alia ad hunc solennem Actum requisita solus semper perficit; isque hodiè minimùm Comes vel Baro esse tenetur, licet aliàs de Jure *A. B. Cap. 28. §. 6.* non intersit, cujuscunque Conditionis & Status sit Legatus, qui mittitur ad Electionem. Imò possunt etiam Domini Electores mittere Extraneos, tùm propter generalitatem textus modo alleg. *Tit. 28. §. 6.* ibi: *Cujuscunq; Status vel Dignitatis*: Tùm ob antiquum servatum morem, uti ex moderni Gloriosissimi Imperatoris nostri LEOPOLDI Electione [cujus Actus descriptus extat in *Act. Europ. Publ. p. 49.* & apud *Panc. Lampad.* in seinen Politischen Reichs-Händeln *Art. 28.*] videre fuit, cui perficiendæ cum Serenissimus ac Potent. Elector Brand. FRIDERICUS WILHELMUS, gloriosissimæ memoriæ, ipse interesse non posset, vices suas Principales Sereniss. Principi

ac

ac Domino JOHANNI MAURITIO, Principi Nassoviæ demandavit, cui adstiterunt Dns. RABBAN DE KANDSTEIN, Dns. FRIDERICUS DE JENA, COMES DE SAYN ET WITGENSTEIN, Dns. LAZARUS KITTELMAN, Legationis Adjunctus. In novissimâ Regis Rom. JOSEPHI Electione quinque Serenissimi Electores in personâ præsentes fuerunt, nimirum: ANSHELMUS FRANCISCUS, Elector Moguntinus, JOSEPHUS CLEMENS, Coloniensis, JOHANNES HUGO, Trevirensis, MAXIMILIANUS EMANUEL, Elector Bavariæ, & PHILIPPUS WILHELMUS, Elector Palatinus. Absentis autem Electoris Saxonici JOHANNIS GEORGII III. b. m. Legati fuerunt Illustrissimus Dns. NICOLAUS à GERSDORFF, Sanctioris Consilii Director, qui Principalis & Caput Legationis fuit, cui adstiterunt COMES DE ZINTZENDORFF, & OTTO HENRICUS DE FRIESEN, Sanct. Conf. Serenissimus autem Elector Brandenburgensis FRIDERICUS III. vices suas principales demandavit Illustrissimo SYLVESTRO DE DANCKELMAN, Sanct. Consil. & Judicii Cameralis Præses, qui præterito Ao. 1695. Berolini vitam suam laudabiliter actam non minus laudabili fine concludit: Cui adsistit NICOLAUS BARTHOLDI DE DANCKELMAN, Sanct. Consil. Viennæ adhuc degens.

XIX. Quod si autem Electores legitimè vocati neque personaliter, neque per Nuncios sivè Legatos, durch Ihre gnugsam Gevollmächtigte/ neque per quendam è suis Coëlectoribus compareant, Electionis voto & suffragio ista vice privantur: Nec eorum absentia alios impedit, quo minus ritè eligere queant, A.B. *Tit. 1. §. 21.* neque sufficiet, si per literas vota sua transmiserint, tùm quod collegialiter & communicatis votis fieri debeat Electio: Tùm quod juramentum ante Electionem hac ratione haud rectè præstare possint, juxta A. B. *Tit. 2.* Quæ pœna quoque illis manet, qui ante perfectam Electionem discedunt, welche sich bey der Wahl eingefunden/ und vor Endigung des Wahl-Actus Ihre Stelle verlassen/ A. B. *Tit. 1. §. 21. Tit. 2. §. 4.* Nec dubitandum, quod, licet major pars emanserit, vel rursus recesserit, minor nihilominus eligere queat, propter generalitatem textus allegati, qui ait: *Recedentem privari voto*, privabitur ergò non

non unus tantùm, ſed etiam ſecundus & plures, Conf. *Hermes Faſc. J. P. Cap. 6. Qu. 31. p. m. 74.* Venientes ſed ſerius, Electione jam inchoatâ, ad eandem in illo Statu, quo tempore Adventus ſui eſt, admittuntur, *A. B. Tit. 2. §. 4.* Sed quæritur: Num Elector, ſi quando plures Electionum Actus vellet negligere, atque ſic neque in perſonâ, neque per Legatum apparere, Er wolte unterſchiedliche Wahl-Actus vorbey gehen laſſen/ und darbey nicht erſcheinen/ hoc non utendo jure ſuo Electionis, iſtud ratione futuri amittere poſſet? *Reſp.* Neg. Privatur quidem voto ſuo toties, quoties non comparet, minimè autem jure eligendi, vigore Principatus ſui ipſi competente, ratione futuri.

XX. Omnes verò & ſinguli Electores hoc eligendi Jure gaudent non ratione perſonæ, ſed *Principatuum* ſuorum (ſcil. illorum, qui ſunt Electoratus, non cæterorum, quos præter Electoratum habent) non quidem nomine, quorſum illud germanicum: Wegen Ihrer Reichs und Fürſtenthum/ nos poſſet ſeducere, ut accuratè animadvertit *Becker Synopſ. J. P. Lib. 3. Cap. 7. p. m. 210.* ſed vigore & virtute, *A. B. Tit. 7. & 20.* **R. A. zu Regenſp.** *de Anno 1654. §.* **Uber dieſes haben rc.** ita ut, ſi Bohemus Bohemiam, Palatinus Palatinatum, Elector Saxoniæ Electoralem Saxoniæ Ducatum, Brandenburgicus item ſuam Electoralem terram, & denique quam quisque Archi-Epiſcopus ditionem regit, legitimè acquiſiverint, eligendi quoque poteſtatem habeant; Et quidem Seculares, etiamſi nondum acceperint inveſtituram, ut Praxis docet, & Juris Publici ratio admittit: quia ſcil. hujusmodi Inveſtitura non facit & conſtituit Statum, ſed illius jus ſaltem declarat & confirmat, nec tribuit Jus novum, ſed tantùm prius renovat. Sic hoc Seculo Anno 1658. *Johannes Georgius II.* Elector Saxoniæ in propriâ perſonâ intererat Diætæ Electionis LEOPOLDI Imperatoris, atque officium ſuum expedivit, Vicariatum quoque geſſit, nondum inveſtitus. Idem contigit Anno 1641. in Electore Brandenburgico *Friderico Wilhelmo* glorioſ. mem., qui ante Inveſtituram Imperatoriam admiſſus ad Conventus tàm Electorum, quàm Principum. Idque etiam Textus *A. B. in Tit. 20.* evincit, ubi dicitur: *Eum, qui eſt in poſſeſſione Principatus, debere*

quoq; ad jus, vocem & potestatem eligendi absq; Contradictione admitti. Jam Electoratus Secularis ipso jure post mortem Electoris ad proximum jure hæreditariæ Successionis devolvitur, *A. B. c. l.* Uti aliàs quoque omnes Feudi fructus ad Vasallum ante petitam Investituram intra annum, & post etiam, si investituram petere non possit, spectare dicuntur, Conf. *Limn. J. P. Lib. 3. c. 7.* Quapropter personæ non simpliciter, sed quatenus ista Electoralem ditionem legitimè obtinet, jus hoc Electionis cohæret, nec idcircò in alium cadere potest, quàm in illum, qui ipsum Principatum cum Terrâ, Vasallagiis, Feudis & Dominio & universis ejus pertinentiis possidet; ex quô efficitur, ut Electoratus à Principatu dividi nequeat, *Arumæ. ad A. B. c. 20. Disc. 6.*

XXI. Undè, quod Electores Ecclesiasticos in specie concernit, illi quoque hanc facultatem eligendi Imperatorem non habent tanquam personæ Ecclesiasticæ sivè Archi-Episcopi, sed ut Imperii Germanici Principes, ratione Regalium, quæ ab Imperio recognoscunt, *Mynsing. Cent. 5. Observ. 58. Spreng. in Synops. Jur. Publ. c. 4.* cujus ratio validissima est, quod Electio sit annexa Principatibus, arg. *Tit. 1. in fin. §. 2. 3. 4. 5. & passim A. B.*, quorum, ut diximus, vi & virtute Electores omnes eligunt. Et hinc est, quod Ecclesiastici Electores, postquam à Capitulo electi, & de Dignitate Electorali ab Imperatore investiti, ad Electionis Actum admittantur, licet nondum à Pontifice pallium susceperint, nec infulati aut confirmati fuerint, *Strauch. Diss. Exot. 2. Th. 3. Bechman ad A. B. Ex. 3. §. 63. 80. Buxtorff. A. B. Concl. 18.* Capitulo verò sivè Collegio Canonicorum jus eligendi non competit, quia Capitulum, ut Corpus purè Ecclesiasticum non succedit in iis, quæ Episcopo, ut non Episcopo, sed aliundè & speciali Lege, ut potestas eligendi, competit, *Arumæ. de Comit. C. 4. §. 10.* Aliàs quidem omnis Jurisdictio, vacante sede, apud Capitulum remanet, ita, ut Capitulum possit, quod Episcopus, sed ea, quæ Episcopo, ut Episcopo, non ut Principi Imperii competunt.

XXII. Et hæc omnia ita procedunt & observantur tàm in Electione Ordinariâ, quàm Extraordinariâ; Sic enim Electionem Imperatoriam in specie Publicistæ dispescunt, *Brauthlacht in Epit.*

Jurisp.

Jurisp. Publ. L. 2. C. 1. §. 6. Car. von Hagen *Inst. Jurispr. Publ. L. 2. c. 1.* Est autem Electio Ordinaria, quando Electores, Sacrô vacante Imperiô, ad Electionem Regis Rom. in Imperatorem promovendi, legitimo ordine ac modo in A. B. à Car. IV. præscripto accedunt. Vacare verò Imperium tunc dicimus, quando à nemine possidetur, Germani ut plurimùm id efferunt per zu falle kommen/ ut in *Capit. Car. V. Art. 28.* sivè, die Erledigung des Käyserthums/ *Capit. Rudolph. II. Art. 31.* quod variè fieri posse indicat Textus A. *B. Tit. 1.* ibi: *Quandocunq; sivè quotiescunq; casus emerserit.* Imprimis tamen tribus modis id contingit, nimirum, vel *Morte naturali* Imperatoris, A. *B. Tit. 1. §. Cum autem &c.* Mors enim omnia solvit, *Nov. 22. c. 2.* vel *Civili*, e. g. *Remotione* vel *Depositione* Cæsaris, quod accidit Adolpho Nassoviensi & Wenceslao, vel *Resignatione*, eaque vel *tacitâ* per ingressum Religionis, quod fecit Lotharius I. Imperator, *Thuan. lib. 16. Histor.* vel *expressâ*, in manus Electorum expressè factâ, exemplo Caroli V., teste *Thuan: lib. 21. Histor.*

XXIII. Extraordinaria Electio est, quando Domini Electores extra ordinem, justis è causis, vivente adhuc & nonnunquam consentiente, imò etiam reclamante & invitô Imperatore, Regem Romanorum, futurum in Imperio Successorem eligunt, scilicet, ut Cæsare defunctô ipso jure sine ulteriori Electione in nomen, dignitatem, autoritatemque Imperatoris succedat, *Limn. Jur. Publ. Lib. 2. Cap. 15. §. 8.* quô casu verum est, quod dicitur, wann der Käyser stirbt / so setzt sich der König im Sattel/ *Limn. in Annotat. ad Capit. Car. V. Art. 26.* Hinc subsidiarius & in casum mortis Imperatoris substitutus Imperator appellatur. Hic namque potissimum hujus Electionis finis est, non tantùm, ut absente vel impeditô fortè Imperatore sit, qui vices ejus subeat Imperium moderando, sed &, ut evitentur pericula Interregni, quæ olim maxima experta est misera nostra Germania, imò, ut etiam nonnunquam hôc modô avidissimorum hostium Imperii machinationibus obex ponatur, & *cohibeantur pravæ aliorum spes*, quæ verba sunt *Tacit. Lib. 3. Annal. C. 56. §. 3.* Ita sanè novissimæ Electionis JOSEPHI, nondum tunc temporis duodecimum annum transgressi in Regem Rom. causa impulsiva inter cœtera hæc quam

maximè fuit, ut videlicet peſtifera Regis Galliarum molimenta, quæ ab eô callidiſſimè fabrificabantur, eò magis irrita fierent, quippè qui admodum ægrè ſemper tulit, Imperatoriam Dignitatem tàm longâ ſerie in Domô Auſtriacâ reſidere, cum Cæſareæ Dignitatis faſtigium nemini magis quam ſibi convenire arbitretur, ad quod arte, vi, armis hactenus eniſus eſt. Et hæc quoque ipſe Imperator in Propoſitione ſuâ ad Collegium Electorale ante Electionem luculenter exprimit his verbis: Es hätten Ihre Käyſerl. Majeſt. hochwichtige und conſiderable Urſachen / warum Sie verlangten / daß vorjetzo bey Ihr Lebzeiten ein Röm. König erwehlet würde. Es wäre ja aus des Königes von Franckreichs bishero geführten Anſchlägen nichts anders abzunehmen / als daß derſelbe nur mit aller Macht darnach ſtrebete / wie er die Cron des Röm. Reichs davon möchte tragen. Denn dahin zielet alles deſſen Fürnehmen / daß nach dem getroffenen Nimwegiſchen Frieden / viele Provintzien und Städte des Röm. Reichs unter den nichtigen Vorwand / als wann Sie vor dieſen zu Franckreich gehöret / dem Heil. Röm. Reich gewaltſamer Weiſe entzogen / und durch ein neues Reunions-Recht mit Franckreich durch die Cammer zu Metz vereiniget worden / ꝛc. Endlich wäre dem gantzem Röm. Reich annoch im friſchen Gedächtniß / wie Franckreich den vor wenig Jahren / mit dem Heil. Röm. Reich getroffenen zwantzigjährigen Stillſtand / ſo treuloſer Weiſe gebrochen / und das gantze Land Deutſcher Nation / in einen ſo grauſamen Krieg / darin es noch begriffen / verwickelt habe. Damit nun dieſen Frantzöſiſchen Rahtſchlägen und Vornehmen beyzeiten vorgebeuget / der Frantzöſiſchen Ambition deſtomehr der Riegel geſtecket / mithin auch alle Hoffnung zu der Römiſchen Cron zu gelangen / benommen würde / hielten Ihre Käyſerl. Majeſt. vor nöhtig / daß die ſämmtliche Chur-Fürſten des Heil. Röm. Reichs beyzeiten einen Nachfolger deſſelben erwehleten / es ſolte aber Ihren Privilegiis und wohlhergebrachten Gewohnheiten nichts dadurch benommen werden.

XXIV. Superiori quidem ſeculô, annô nimirum 1530., magnis motibus fuit diſputatum, num Imperatori adhuc viventi & regnanti Rex Rom. adjungi liceat, cujus rei Acta ſimul & Diſquiſitionem politicam vide ſis apud *Goldaſt. Polit. Imp. P. 2. Sleid. Lib. 7.*

Lib. 7. 8. & 9. & Frid. Hortleder. de Caus. Bell. Germ. Lib. 4. §. 9. Imò, contentio haud mediocris hâc de re etiam præsenti seculo fuit Monasterii & Osnabrugæ inter Austriacos, Gallos & Suecos, itemque inter Electores atque Proceres Catholicos ex unâ, & Evangelicos ex alterâ parte, Vid. *Pfanner. Histor. Comitior. Imper. Lib. 2. §. 2—15. seqq.* Verum hodiè id in Imperiô nostrô Romanô nihil novum. Quamvis enim de eô nil expressè dispositum reperiatur in Aureâ Bullâ, eaque de solô mortis casu videatur loqui, prout quoque istam in Electione Ferd. I. JCti Saxonici præ cœteris urserunt; attamen Imperatori & Electoribus, suadente legitimâ causâ & in necessitatis casu dispensandi jus quis denegabit? Cum ejus sit contra Legem dispensare, eandemque tollere, qui eam indixit, *§. fin. Instit. de Jure Nat.* & nemo sibi Legem dicere possit, à quâ non liceat ei resilire, maximè verò si beatitudo Civilis sivè Ratio Status propter bonum publicum & majorem finem dispensationem vel derogationem suadeat. Imò, quòd Aurea Bulla tantùm casus mortis Imperatoris mentionem facit, non ideò alios casus, qui satis multi dari possunt, penitus excludit, cum unius inclusio non statim sit alterius exclusiò. Accedit hisce inveterata & recepta consuetudo, quâ obtinuit, ut justis & necessariis de causis, besonders auf Erforderung der Reichs-Wohlfahrt / vivo adhuc Cæsari unanimi Electorum suffragiô Rex Romanorum subjungi queat. Sic Wenceslaus, vivente Carolo IV. Patre, it. Maximilianus I., Patre Fridericô vivô, Ferdinandus I., vivô fratre Carolô, Maximilianus II., Ferdinandô I., Rudolphus II., Maximilianô II., *Reincking. de R. S. & E. Lib. 1. cl. 3. c. 14. §. 27. Autor. Comitiolog. Ratisbon. P. II. Diss. 1. §. 5.* & sic ordine omnes reliqui Imperatores ad LEOPOLDUM usque exclusivè, adhuc vivis & consentientibus Antecessoribus, electi fuerunt: quemadmodum etiam nuperrimè, Ao. nimirum 1690. d. 24. Jan. Serenissimus Princeps JOSEPHUS, vivente itidem & consentiente Gloriosissimô Patre Imperatore LEOPOLDO, in Regem Romanorum, futurum in Imperiô successorem, Augustæ Vindelicorum solennissimè à Dominis Electoribus electus fuit. Ac ne quicquam dubii relinqueretur, expressâ lege facultatem hanc

sibi reservarunt Electores in Imperatorum Capitulationibus, in quibus sanctè ab iis promissum, se Electionem Regis Rom. Electoribus liberam permissuros, quotiescunque & quandocunque illam necessariam, & ex usu Reipubl. fore judicaverint, Vid. *Capit. Matth. Art.35. Ferd.II. Ferd. III.38. Ferd. IV. Art.36. Leopold. Art.36. & Joseph. Art.35.* adeò, ut omnis hæc Disputatio hodiè finem acceperit, & nulla amplius supersit dubitandi causa.

XXV. Et quidem competit hæc potestas eligendi Regem Rom., Cæsare adhuc vivente, Dominis Electoribus itidem absolutè, non concurrente reliquorum Principum Imperii suffragiô, ohne Vorwissen noch Zurahtziehung der Fürsten / welchen auch bey solcher Wahl nichts verstattet noch eingeräumet wird. Vehementer quidem eâ de causâ Electoribus se opposuit Collegium Principum, imprimis in Comitiis Ratisbon. de Ao. 1653., & adhuc hodiè, sed hactenus frustraneô conatu, uti ex Actis publicis abundè constat. Illud tamen à nonnullis hic quæri solet: Num in hujusmodi Electione Regis Rom. sufficiant majora, vel potius requiratur consensus omnium Electorum? Et quamvis Vacante Imperio ad Electionem Cæsaris utique majora vota sufficiant, juxta *Tit. 3. §. præstito A.B.* Si tamen vivente adhuc Imperatore Electio facienda sit, *Asterius in Exam. Comit. Ratisbon. 1637, pag. 10.* unanimem Electorum consensum requirit: ex hac ratione differentiæ, quod vacante Imperiô simpliciter & absolutè necessaria sit Electio & Surrogatio novi Capitis: Spirante verò adhuc Imperatore, non tamen necessarium, sed tantum utile & commodum sit; Item prius ordinarium, posterius extraordinarium sit remedium & insolitum: In Actibus verò inconsuetis omnium consensu opus sit, *L. 28. ff. Comm. divid.*

XXVI. Quod verò diximus, etiam reluctanti & invito Cæsari Adjutorem sivè alium aliquem tantùm in spem certam successionis substitui posse i.e. Electoribus esse liberum, sine Cæsaris quoque consensu Romanum Regem eligere, si videlicet è Republicâ esse judicarint, tùm ob alias causas, tùm maximè ne Successor in incerto sit, suprà allegatæ Capitulationes omnes c.l. pariter disertè declarant; hoc tamen discrimine, ut vi anteriorum,

nempè

nempè Matthiæ, Ferd. II. Ferd. III. & IV. Imperator interrogari debuerit prius, & quando justas dissentiendi causas non protulisset, tùm demùm sine consensu ipsius Electores ad Electionem Regis Rom. procedebant: ita enim in iis sonant verba: Wir sollen und wollen auch die Churfürsten / zu jeglicher Zeit bey Ihrer freyen Wahl eines Römischen Königes / dieselbe so offt Sie es dem Heil. Reich nohtwendig und nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Röm: Käysers / mit oder ohne (wann nehmlich derselbe auf angewandte Bitte der Churfürsten / ohne sattsam wichtige Ursach abgeschlagen werden solte) desselben Consens vorzunehmen. Sed vi Capitulationis Leopoldinæ, ne quidem consensum Imperatoris humiliter ab ipso petere adstricti sunt Electores; Verba enim illa: Wann derselbe auf angelegte Bitte der Churfürsten ohne erhebliche genugsame Ursach verweigert werden solte/ꝛc. in istâ ad Statuum Imperii monitum omissa sunt, *Art. enim 36. Capit. Leopold.* ut & *Art. 35. noviss. Capit. Joseph.* simpliciter: Bey Lebzeiten eines Römischen Käysers mit oder ohne desselben *Consens* vorzunehmen. Quâ verò occasione id ipsum in Capitulationis Leges cœpit recipi, Vid. *Conring. in Not. ad Lampad de Rep. Reg. Rom. P. III. Cap. 2. §. 14.* nimirum occasione gravissimi dissidii inter Fratres Imperatorem Rudolphum II. & Regem Matthiam propter successionem Imperii exorti, quippè Rudolphus Imperator nullô modô pati voluit, ut se vivô alius designaretur. A Matthiâ igitur clausulæ hujus factum est initium, in cujus Capitulat. de A. 1612. *Art. 35.* postmodum optimô consiliô primùm insertum fuit, quod Electoribus, salute Imperii id exigente, Regem Rom. Cæsare etiam invitô, eligendi jus fasque dehinc esse debeat.

XXVII. Quænam autem sint causæ justæ, ut Imperatori citra ejus consensum Successor destinetur, id *Diet. ad A. B. Tit. 1.* ad arcana Collegii Electoralis refert; Sed utique fieri possibile est, ut Cæsar se Imperio reddat indignum, aut officium facere nequeat, nec tamen velit adjungi sibi quenquam, tunc sanè Status & salus Reipublicæ exigit, licet reclamanti Socium addere. In genere aliàs hodiè Electores quatuor potissimùm casibus vivente adhuc Imperatore ad Regis Rom. Electionem sese accingant, videli-

videlicet. (1.) Si Cæsar perpetuò nimiumque diu absens. (2.) Si confectus Senio. (3.) Si valetudinarius, vel ob aliam corporis imbecillitatem Regimini præesse haud idoneus inveniatur, vel (4.) denique alia suprema Lex & necessitas urgeat: Auf die Begebung eines Römischen Käysers ausserhalb Reichs/ oder eines beständigen Aufenthalts in auswärtigen Provintzien: Auf dessen hohes Alter: Auf dessen langwieriges Leibes-Unvermögen: Oder auf eine anderwärtige hohe Nohtdurfft/ daran des gantzen Römischen Reichs Conservation und Wohlstand gelegen. His namque quatuor quasi cancellis facultatem eligendi Regem German. Domini Electores sibi circumscribi, amore pacis in Comitiis Ao. 1665. reliquis Imperii Principibus indulserunt, Conf. Liber cujusdam Autoris Anonymi, qui titulum præfert: *Ominosa rerum Series in præsentibus Imp. Comitiis gestarum P. I. pag. 45. & P. II. p. 5. & 6.* quamvis Electoribus varii supersint recessus in verborum generalitate, quæ pristinam eligendi libertatem conservat, ita, ut etiam adhuc extra hos quatuor casus & tempora gloriosissimo Electorali Collegio semper integrum sit, vivente Imperatore Regis Rom. Electionem meditari, absque reliquorum Principum Imperii Consilio. Decisionem itaque gravissimæ hujus quæstionis, quibus potissimùm de causis eligi debeat Rex Rom., quæ in *Instr. Pac. Art. 8. §. Habeantur* promittitur, adhuc exspectamus.

XXVIII. Cœterum differentia inter Electionem Imperatoris & Regis Rom., sivè Ordinariam & Extraordinariam, quam ex secretis Imperii Capitulationibus Justus Asterius (autor hic est Hugo Grotius) constituit, videri potest in suo *Examine Comitiorum Ratisbonens. sivè Disquisitione Polit. de Electione Regis Rom. p. 38.* Hoc quidem omninò verum, quod Rex Rom. ab Imperatore quam maximè distet, non ratione Dignitatis & Præcedentiæ, quia & hic omnibus Regibus & Principibus æque ut Imperator præfertur, *Car.* von Hagen *Inst. Jurisp. Rom. Imp. Lib. 2. c. 1. Crus. de præcedent. & Anton. Quetta Cons. 1.* salvâ tamen Imperatori prærogativâ; sed ratione tùm Insignium, tùm etiam Tituli, potissimùm verò Potestatis & Administrationis, de quibus prolixè disserit *Carpz. in Comment. ad Leg. Reg. Cap. 11. Sect. 4. Limn. J. P. Lib. 2. c. 15. §. 46. seqq.*

&ad

& *ad* A. *B. c.* 1. §. 1. *Observ.* 5. & *in* Annot. *ad* Capit. *Maximil.* II. Art. 18. quo benevolum Lectorem remittimus. Attamen accuratius hic est agendum; Aliter enim Rex Rom. est considerandus, qui vacante Sede Imperatoriâ eligitur, mox in Cæsarem promovendus, hic namque ab ipso Imperatore non nisi nomine ferè differt, cum quoad potestatem cum ipso verè coincidat. Ast qui vivô & regnante adhuc Imperatore eligitur, nil potest Imperatorium facere, nisi ex Commissione Cæsaris, dann der Käyser allezeit die Regierung behält / wann Er nicht ausserhalb des Reichs ist. Id quod etiam JOSEPHUS Rex Rom. in *Art.* 47. Capitulat. suæ inter alia expressè promittit his verbis: **Wir sollen und wollen Uns auch zu keiner Regierung oder** *Administration* **im Heil. Röm. Reich / so lang Ihre Käyserliche Majestät im Leben / unterziehn / ꝛc. Es** erforderte dann die Nohtwendigkeit / und etwa das Abwesen des Käysers eine geschwinde Expedition in eilenden Fällen.

Et hoc itaque illud illustrissimum officium est, hæc illa augustissima Dignitas & Majestatica Celsitudo, quæ & nomen Sereniss. Dominis Electoribus & notam differentialem quam maximè largitur.

DISCURSUS II.

De *Possessorio Juris Capitulandi cum Electo Romanorum Rege vel Cæsare.*

I.

ALterum, in quô Præeminentia Electoralis, ad Officium, Libertatem & Potestatem Electorum pertinens, consistit, est, quod Dni. Electores vel ipsi, vel eorum Plenipotentiarii & Legati, Regi Rom. per eorum suffragia electo, sivè is eligatur Imperatore jam defunctô, sivè adhuc vivente & regnante, (ubi tamen aliquod discriminis inter ejusmodi Capitulationes, quod vide sis apud *Conring. Exerc. de Capit. Cæs. Th. 31.*) ante Coronationis & Inaugurationis solennia, inconsultis reliquis Imperii Ordinibus, certas quasdam Leges & Conditiones de Republicâ, juxta earum normam, cæterasque Leges, quæ Imperii nostri Germanici fundamentales audiunt, administrandâ præscribant, quas etiam Electus ipse, non per Procuratorem aut Legatum, juxta usum in Imperiô receptum, se omni studiô observaturum sacramenti religione promittit, ac in scripturam redactas, reiteratæ obligationis causâ, subscribit. Undè, si præsens non est Electus, Capitulatio ipsi affertur, ut de ejus observatione se declaret, & declaratione factâ, in istam ipse juret. Et hinc semper hanc Clausulam Capitulationibus Cæsareis adjectam videmus: Solches alles und jedes / wie obstehet / haben Wir obgedachter Römischer König den gedachten Churfürsten vor sich/ und

und in Nahmen des Heil. Röm. Reichs geredt / versprochen / und bey Unsern Königlichen Ehren / Würden und Worten / in Nahmen der Wahrheit zugesaget / thun dasselbe auch hiemit und in Krafft dieses Brieffes / inmassen Wir dann das mit einen leiblichen Eyd zu GOTT und dem heil. Evangelio geschworen / dasselbe stet / fest und unverbrochen zu halten / ꝛc. Ante quod juramentum præstitum ad Administrationem Imperii Electus non admittitur, *arg. Tit. 2. A. B.* priusquam enim peractâ Electione quicquam nomine Imperii suscipiat, eundem Statuum jura & privilegia confirmare oportet, *cit. Tit. 2. §. 5. A. B. Capit. Leopold. & noviss. Joseph. Art. 3.* Quoniam autem hæc confirmatio hodiè per istam pactionem fit, hinc eâ demum Reipublicæ gerendæ facultatem vel potestatem administrandi Imperii Electo Regi vel Imperatori dari rectè asseritur, *Limn. ad Capit. Proleg. Sect. 7. §. 6. seqq.* Quæ res serius quidem receptô, hodiè tamen omnibus notissimô, sed barbarô, CAPITULATIONIS nomine venit. Aliàs in publicis monumentis, imprimis in *literis Electoris Saxoniæ tempore belli Germanici emissis*, vocatur, **der Käyserliche** *Contract*, **die Franckfurtische geschworne** *Pacta*, **der Käyserliche Wahl-Brief;** *in Gravaminibus Passavii annô 1550.* dicitur, **die Käyserliche** *Obligation. Francisc. Iren. in Colleg. Jur. Publ. P. 3. Disc. V. pag. 34.* appellat istam **das Käysers-Recht / Wahl-Artickel /** it. *articulirte /* **verbriefete** *Pacta*, **so die Stände mit Ihrem Ober-Haupt eingehen.** Limnæo aliquando placuit vocare **den Käyserlichen Artickels-Brief /** & Carpzovio dicitur *Lex Romanorum Regia*, longè tamen à Lege Regia Romanorum veteri discrepans, Vid. *Sweder. in Introduct. in J. P. P. 1. c. 2. §. 10. Limn. J. P. Lib. 1. c. 12. §. 12.* Ab Electore Moguntino apud *Sabin. in Histor. Elect. & Coronat. Carol. V.* vocatur *Formula constituendi & regendi Imperii.* Estque sanè norma & forma nostræ Reipubl. Germanicæ, ejusque quasi firmissima anchora, ut loquitur *Sithmannus Spec. Imp. Rom. Lib. 1. c. 27. §. 47.* Worauf der rechte Band zwischen Haupt und Gliedern beruhet / und dadurch ein rechter unbeweglicher Grund geleget wird zu Vermisch- und Mäßigung beydes der Gewalt / als auch der Freyheit / und so lange diese Verknüpfung unverbrüchlich gehalten wird / auch eine gute Harmonie im Heil. Reich

unter Ihre Käyserl. Majest. und den Reichs-Ständen verbleiben wird. Ut proindè nemo inficias iverit, insignem esse prærogativam, quam hodiè Serenissimi Dni. Electores præ cœteris Imperii Principibus in hôc Capitulationis negociô habent. Quanquam non omnes pari jure in eô concurrunt, cum Regis Bohemiæ neque in concipiendâ neque examinandâ & præscribendâ Capitulatione quædam partes sint, quod iis, quotquot habemus, Capitulationibus probatur, in quibus de Rege Bohemiæ altum semper silentium.

II. Equidem nullum est dubium, quin ante Institutionem Gloriosissimi Collegii Electoralis, & cum adhuc jus eligendi Imperatorem penes omnes Imperii Principes esset, Electo certa quædam Capita, sub quibus Imperium habere deberet, universi Principes post Electionem in plenis Comitiis proposuerint, cujus rei testis est *Lehman. Chron. Spir. L.2. c.4.* Ast, postquam omnis eligendi potestas ad solos Officiales pervenit, jus itidem concipiendæ Capitulationis, exclusis sensim reliquis Ordinibus, sibi solis vindicarunt: idque meritò, cum Capitulatio sit pars Electionis & appendix juris eligendi, à quô reliqui Status fuerunt remoti, ergò etiam à Jure capitulandi. Prout quoque hanc legislatoriam potestatem per aliquot secula Dni. Electores soli exercuerunt, cœteris Ordinibus semper inconsultis & conniventibus, à quibus tanto temporis spacio nunquam fuit contradictum, adeò, ut tacito eorum consensu ista quasi videatur fuisse confirmata. Hinc inquit Elector Brandenburg. apud *Lehman. L.2. Act. Publ. c.15.*: Die Verfassung der Käyserl. Obligation stehet allein bey denen Churfürsten / so hierinnen anderer Stände Consens nicht vonnöhten / *& p. 279. c.l. ann. 1562.* ita: Hat man den Obhalt des Religion- und Land-Friedens / samt andern mehr der Capitulation eingeruckt / so zuvor nicht darinnen gewesen / und stünde noch beym Churfürstl. Collegio, dieselbe mit andern nohtwendigen und heilsamen Artickeln zu vermehren: Man nehme einen Käyser nicht an / der seines Gefallens wolte regieren / sondern werde erwehlet / und demselben Maß fürgeschrieben / wie Er regieren soll / und dieselbe Maßgebung stünde den Churfürsten alleine zu / wäre Ihnen von sämtlichen Ständen

anver-

anvertrauet / und Ihre höchste Præeminentz. Et *pag. 280. ibid*: Moguntinus ait: Es wäre sonders bedencklich / daß man diese Sache der Käyserl. Majest. solte referiren / denn die Capitulation zu machen / sey allein der Churfürsten Ambt / darzu der Käyserl. Majestät Wissen und Consens zu suchen nicht thunlich. Trevirensis verba pag. 281. hæc sunt: Seine Meinung wäre auch nicht / daß man zu Berahtschlagung der Capitulation-Puncten andere Stände solte ziehen.

III. Verum, post tempora Rudolphi II. Imperatoris, imprimis in Electione Matthiæ, hæc res primùm, nescio quâ occasione datâ, à Statibus nonnullis ad animum revocata fuit, ita, ut Electoribus de hoc jure controversiam moverint, & amplius iis concedere noluerint, ut soli imposterùm, cœteris Ordinibus penitus inconsultis, Capitulationem cum Cæsare ineant, eo quod hoc videatur conjunctum cum magno detrimento Reipublicæ, insuper vetera Pacta, quibus Imperatorum potestas scribebatur, consilio Statuum inita fuerint, Vid. *Lundorp. Tom. 2. Act. Publ. L. 3. T. 2. p. 639.* Res tamen tunc temporis, quoniam nec conjunctis suffragiis, nec eâ, quâ par erat, severitate fuit acta, effectu caruit, ut testatur *Limn. in Proleg. ad Capit. Sect. 4. §. 2. & s. Hippolythus à Lapide* (verum nomen illius Autoris est *Joachimus à Dransee*, qui fervente bello Cæsareo-Suecico nomine Regis Sueciæ Berolini resedit) *P. 1. Cap. 15. Sect. 1. pag. 274.* Cum verò nihilominus posteà aliquoties, & imprimis cum pacis negocia Osnabrugæ tractarentur, Principes vehementer iterum de ista sint questi, & seriò urserint, ut jus præscribendi Capitulationem ad omnes Status rediret, eo quod in istâ Forma ipsa Regiminis Imperii, adeoque eorum omnium interesse notabiliter versetur, Conf. *Theat. Europ. Tom. V. p. 1052.* tandem in mox subsequenti Instrumento Pacis Cæsareo-Suec. anno nimirum 1648. Osnabrugis Westphalorum confecto, *Art. 8. §. 1. & 3.* fuit dispositum, ut in proximis Comitiis de certa constantique Cæsarea Capitulatione concipiendâ communi Statuum consensu ageretur. Quemadmodum etiam in Comitiis Ratisbonensibus anno 1653. die 16. Maji, & quidem statim circa ejus primordia, de hoc negocio in Principum

Senatu denuò agitari & tractari cœptum; ubi tamen, quoniam unaquæque pars multa ſuam in rem protulêre, magnis fuit certatum jurgiis, ita, ut etiam Pontificiæ Religioni addictos Principes Evangelicis reſpondiſſe ferant, quod EE. competente hoc in caſu jure nihilominus uſuri, nec quicquam præſcribi ſibi permiſſuri eſſent; ſi quid tamen haberent, quod monere vellent, in eorum arbitrio poſitum eſſe: Et ſic votorum pluralitatem Principes Pontificios obtinuiſſe, *Autor Comitiolog. Ratisb. de A. 1654. P. 4. Diſſ. ult.* teſtatur. Quare Dni. Electores demùm, Principibus fruſtrà renitentibus, ſtrenuè ad Electionem Ferd. IV. Regis Rom. progreſſi pro conſervatione juris ſui Ratisbona Auguſtam Vindelicorum conceſſerint, ne ſcilicet videretur Electio & Capitulatio neceſſariò facienda in generalibus Comitiis, nevè Capitulationis materiæ cœteri Status ſuis monitis ſe tunc temporis immiſcerent, idque pro Exemplo futuro tempore allegarent, Conf. *Aut. Comit. Rat. P. 2. Diſſ. 1. §. 22. p. 70.* Sed nihilominus Principes ſua collegialiter congeſta monita per quatuor Deputatos utriusque Scamni Principum Electorali Collegio Auguſtam transmiſêre, ut in erigendâ tùm Ferdinandi IV. Capitulatione in vim ſuffragii attenderentur; Ex quibus tamen levioribus duntaxat obſervatis, graviora, ſivè quod Electorum juribus & prærogativis contraria, ſivè ſaluti Reipublicæ inutilia viderentur, fuerunt omiſſa. Et idem poſt mortem Ferd. III. & IV. in Electione moderni Imperatoris invictiſſimi LEOPOLDI anno 1658. contigit. Nova namque iſta & tunc à Principibus & Statibus communi eorundem nomine Francofurti die $\frac{27}{17}$: April. oblata monita (quæ videri poſſunt apud *Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. Lib. 1. c. 28. Eitel. Frid.* **von Heerden** [quem Joh. Schwartzkopff Cancellarium Brunſuicenſem fuiſſe dicit *Vincent. Placcius Catalog. Pſeudon. pag. 106.*] **in der Grundfeſte des Heil. Röm. Reichs** *P. 3. p. 208. ſeqq. & Pancrat. Lampad.* **in ſeinen Politiſchen Reichs-Händeln** *Art. 29.*) quorum videlicet in futurâ Capitulatione maximâ ex parte parùm curarunt, quod tàm ex Proteſtatione illa 8. Auguſt. dicti anni Directorio Moguntino exhibita, quam ipsâ Capitulatione colligere eſt. Nam cum Principes & Status hoc experti, ſubitò Pro-

Proteſtationem contra Leopoldinam Capitulationem interpoſue-runt; quo factum, ut negocium hoc tùm temporis in ſuſpenſu relictum ad proxima Comitia dilatum fuerit. Quanquam nihilominus tàm in Proëmio, quàm in Articulo ult. Capitulationis Ferd.IV. LEOPOLDI & noviſſ: JOSEPHI, uſitata aliàs Capitulationum Formula cum commemoratione *Omnium Principum ac Statuum* ſunt mutata. Ita enim verba in fine Proëm. ſonant: Daß Wir Uns demnach aus freyen gnädigen Willen / mit denſelben Unſern lieben Neven / Oheimben und Churfürſten vor ſich und **ſämtliche Fürſten und Stände des Heil. Röm. Reichs** / (quæ verba in reliquis prioribus Capitulat. ubique omiſſa eſſe palam eſt) geding- und pact-weiß / dieſer nachfolgenden Articfeln vereiniget / verglichen und zugeſaget haben / ꝛc. Undè probari poſſet, prout etiam nonnulli ex verbis iſtis probare volunt, quos inter *cit. Aut. Comit. Rat. de Ao. 1654. P. 2. D. 3. §. 3. p. 4. D. 9. §. 13. p. 270.* nimirum, Capitulationem Leopoldinam nomine omnium Principum ac Statuum Imperii, & ſic ad normam Inſtr. Pac., eſſe confectam. Sed contrarium ex ſuprà dictâ Proteſtatione liquidò apparet. Quomodo enim hoc poteſt nomine alicujus geſtum dici, contra quod expreſsè Proteſtatio interponitur? Proinde omninò hic plus eſt in verbis, quàm in rei Veritate.

IV. Sed perventum ad Comitia Ratisbonenſia Ao. 1662.–66. ſeqq. continuata, quæque hodienum durant; ubi poſt conſultationes de Bello Turcico & ſuppetiis Imperialibus ad Capitulationis materiam iterum reditum eſt, & ſpes fuit magna, iſtam ſalutari exitu in his Comitiis concluſam iri. Sicuti etiam anno 1664. menſ. Majo à Sereniſſimis Dnis. Electoribus Forma Perpetuæ Capitulationis (Modell.) fuit projecta, & ſub finem menſis Aprilis hujus anni Principibus & Statibus tradita, quam exhibet *Fritſch. in Addit. ad Limn. Lib. 1. c. 12.* præmiſsâ pridem mentis eorum declaratione, in quantum ſcilicet circa erectionem Capitulationis ipſis cedere, qualemcunque ſibi prærogativam ſartam tectam in eâ conſervare velint. Quod alternis vicibus in pleno Principum Senatu propoſitum, & cum eo ſimul ab Electoribus exhibita Formula publicè producta fuit. Ubi verò, quoniam variæ circa

Senatu denuò agitari & tractari cœptum; ubi tamen, quoniam unaquæque pars multa suam in rem protulêre, magnis fuit certatum jurgiis, ita, ut etiam Pontificiæ Religioni addictos Principes Evangelicis respondisse ferant, quod EE. competente hoc in casu jure nihilominus usuri, nec quicquam præscribi sibi permissuri essent; si quid tamen haberent, quod monere vellent, in eorum arbitrio positum esse: Et sic votorum pluralitatem Principes Pontificios obtinuisse, *Autor Comitiolog. Ratisb. de A. 1654. P. 4. Diss. ult.* testatur. Quare Dni. Electores demùm, Principibus frustrà renitentibus, strenuè ad Electionem Ferd. IV. Regis Rom. progressi pro conservatione juris sui Ratisbona Augustam Vindelicorum concesserint, ne scilicet videretur Electio & Capitulatio necessariò facienda in generalibus Comitiis, nevè Capitulationis materiæ cœteri Status suis monitis se tunc temporis immiscerent, idque pro Exemplo futuro tempore allegarent, Conf. *Ant. Comit. Rat. P. 2. Diss. 1. §. 22. p. 70.* Sed nihilominus Principes sua collegialiter congesta monita per quatuor Deputatos utriusque Scamni Principum Electorali Collegio Augustam transmisêre, ut in erigendâ tùm Ferdinandi IV. Capitulatione in vim suffragii attenderentur; Ex quibus tamen levioribus duntaxat observatis, graviora, sivè quod Electorum juribus & prærogativis contraria, sivè saluti Reipublicæ inutilia viderentur, fuerunt omissa. Et idem post mortem Ferd. III. & IV. in Electione moderni Imperatoris invictissimi LEOPOLDI anno 1658. contigit. Nova namque ista & tunc à Principibus & Statibus communi eorundem nomine Francofurti die $\frac{27}{17}$: April. oblata monita (quæ videri possunt apud *Spreng. in Instit. Jur. Publ. Lib. 1. c. 28. Eitel. Frid.* von Heerden [quem Joh. Schwartzkopff Cancellarium Brunsuicensem fuisse dicit *Vincent. Placcius Catalog. Pseudon. pag. 106.*] in der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs *P. 3. p. 208. seqq. & Pancrat. Lampad.* in seinen Politischen Reichs-Händeln *Art. 29.*) quorum videlicet in futurâ Capitulatione maximâ ex parte parùm curarunt, quod tàm ex Protestatione illa 8. August. dicti anni Directorio Moguntino exhibita, quam ipsâ Capitulatione colligere est. Nam cum Principes & Status hoc experti, subitò Pro-

Protestationem contra Leopoldinam Capitulationem interposuerunt; quo factum, ut negocium hoc tùm temporis in suspensu relictum ad proxima Comitia dilatum fuerit. Quanquam nihilominus tàm in Proëmio, quàm in Articulo ult. Capitulationis Ferd. IV. LEOPOLDI & noviss: JOSEPHI, usitata aliàs Capitulationum Formula cum commemoratione *Omnium Principum ac Statuum* sunt mutata. Ita enim verba in fine Proëm. sonant: **Daß Wir Uns demnach aus freyen gnädigen Willen / mit denselben Unsern lieben Neven / Oheimben und Churfürsten vor sich und sämtliche Fürsten und Stände des Heil. Röm. Reichs /** (quæ verba in reliquis prioribus Capitulat. ubique omissa esse palam est) geding- und pact-weiß / dieser nachfolgenden Articfeln vereiniget / verglichen und zugesaget haben / ꝛc. Undè probari posset, prout etiam nonnulli ex verbis istis probare volunt, quos inter *cit. Aut. Comit. Rat. de Ao. 1654. P. 2. D. 3. §. 3. p. 4. D. 9. §. 13. p. 270.* nimirum, Capitulationem Leopoldinam nomine omnium Principum ac Statuum Imperii, & sic ad normam Instr. Pac., esse confectam. Sed contrarium ex suprà dictâ Protestatione liquidò apparet. Quomodo enim hoc potest nomine alicujus gestum dici, contra quod expresse Protestatio interponitur? Proinde omninò hic plus est in verbis, quàm in rei Veritate.

IV. Sed perventum ad Comitia Ratisbonensia Ao. 1662.–66. seqq. continuata, quæque hodienum durant; ubi post consultationes de Bello Turcico & suppetiis Imperialibus ad Capitulationis materiam iterum reditum est, & spes fuit magna, istam salutari exitu in his Comitiis conclusam iri. Sicuti etiam anno 1664. mens. Majo à Serenissimis Dnis. Electoribus Forma Perpetuæ Capitulationis (Modell.) fuit projecta, & sub finem mensis Aprilis hujus anni Principibus & Statibus tradita, quam exhibet *Fritsch. in Addit. ad Limn. Lib. 1. c. 12.* præmissâ pridem mentis eorum declaratione, in quantum scilicet circa erectionem Capitulationis ipsis cedere, qualemcunque sibi prærogativam sartam tectam in eâ conservare velint. Quod alternis vicibus in pleno Principum Senatu propositum, & cum eo simul ab Electoribus exhibita Formula publicè producta fuit. Ubi verò, quoniam variæ

circa

circa istam fuerunt Principum opiniones ortæ, & quilibet suæ firmiter hæsit, dissensiones & altercationes non defuerunt, ita, ut mox de modo Tractandi, jam de Præliminaribus, mox de ipsis Articulis inter eos digladiatum, omnium tamen maximè circa Epilogum diu hæsitatum sit, cum quô, præsertim postquam deindè Imperator & Electores ipsi circa eundem novas controversias injecerint, integrum ferè sexennium fuit consumtum, & sine dubio contentiones diutius durassent, nisi mutatô interim Statu istas aliæ de Imperii rebus consultationes diremerint; ut ita sanè longum foret recensere, quot Dissensionum scopulis Deliberationes super hoc negocio hactenus fuerint interruptæ; Prolixè hoc videri potest in Librô illô, cui Titulus: *Ominosa rerum series in præsentibus Imperii Comitiis gestarum.*

V. Tandem verò cum in Comitiis anno 1672. nonnulli Principes & Status perpetuæ Capitulationis compositionem ac perfectionem adeò instanter petierint, ut etiam, quoniam Imperium tùm temporis ob Regem Galliarum in ancipiti erat periculo, in puncto belli cum Batavis dictum inter alia fuerit: Sie würden das Ihrige nicht dabey tragen / man hätte dann sonderlich den Punctum Capitulationis, woran Sie nebst dem Collegio Electorali mit Theil haben müsten / ausgemacht / denuò, præmissâ tamen Imperatoris admonitione ad ejus Principalem Commissarium, Electores & Principes, hæc materia agitata fuit, & tanto quidem fervore & amore publici boni, ut post varia inter se amicè collata consilia, unanimi Imperatoris, Electorum & Principum consensu in Senatum Capitulatio introduceretur. Sed, quam bonis etiam auspiciis hoc opus progredi visum, absolvi nihilominus haud potuit, quin dissensiones & controversiæ tàm circa Prologum, quàm circa Epilogum enascerentur; Et licet denique ab Electoribus novus construeretur Epilogus, reliqui tamen Status eum approbare noluerunt, adeò, ut & hac vice res in suspensu fuerit relicta. Et quamvis insequentibus etiam annis plus simplici vice deliberationes circa istam sint susceptæ, semper ab aliis de Imperii rebus consultationibus impeditæ & revocatæ fuerunt, ut nunquam felicem finem sortiri potuerint. Undè nec

in

in hunc usque diem de certa constantique Capitulatione aut Formula perpetuæ Legis Regiæ constat, & sic illustre Capitulares Leges Imperatori præscribendi jus Sereniss. Dnis. Electoribus sartum tectumque manet: Id quod etiam adhuc novissimè anno 1690. Augustæ Vindelicorum, in erigendâ moderni Regis Romanorum JOSEPHI Capitulatione, reliquis Imperii Principibus & Statibus exclusis, exercuerunt.

VI. Hodiè in modernis Comitiis nullas de hac materie deliberationes audimus; num imposterum de istâ Status sint deliberaturi, uti provisum in Tractatibus Westphalicis, & nos tandem constantem ac perpetuam Capitulationem simus visuri, futura nos docebunt tempora. Quô de verò inter modernos Publicistas non pauci maximè dubitant, eo quod in rebus civilibus vix aliquid constans esse queat, quod mutatâ temporum ratione, & pro alio atque alio rerum statu non sit mutandum. Sanè Optimi LEOPOLDI & JOSEPHI optimos semper Successores non novimus, cum ætas nostra æque ferax, ut *Severos, Domitianos, Tarquinios, Constantinos, Wenceslaos* aboriri queat; tunc omninò necesse, ut pro diversitate singulorum horum ingeniorum diversæ quoque & singulares constituantur Leges, quia singuli mores diversam postulant tractationem. Et sic fieri neutiquam potest, ut omnibus Imperatoribus una Capitulationis Forma cothurni instar accommodari possit. Imò, experientia nos hactenus satis superque docuit, quomodo temporum vicissitudines & diversa Cæsarum ingenia nostra Capitulationum Capita subindè intendisse, mutasse, auxisse: Siquidem ab initio Articuli, in quos jurare tenebantur Reges, pauci erant, postmodùm paulatim illis alii additi, & his successu temporis superadditi alii, ut infrà audiemus. Providere autem futuris, quæ seculorum lapsu mirâ varietate variare solent, divinæ solummodò est providentiæ, ceu rectè Legatus quidam Ratisbonæ in Principum Senatu contra Capitulationis perpetuitatem dixit. Quod si verò semper Electores tempore instituendæ Electionis Principum ac Statuum monita & sentimentum super Capitulatione formanda inquirere necesse habeant, quæ quæso non dilationum & litium oriretur occasio? Quippè

ejusmodi conferentia nihil aliud ſit, quam contra Auream Bullam materia litis & ſinuoſæ prolixitatis anfractus, ut loquitur ſæpé alleg. *Autor. Comiticl. Ratisb.* (qui habetur pro Gottlieb von Hayen) *de anno 1654. P. 2. Diſſ. 1. §. 16.* Imò, cum de ſufficienti prudentia Electorum in eligendo Imperatore non dubitetur, cur de prudentia in Capitulationibus concipiendis iis diffitendum? Notum enim eſt, quamdiu inſigne hoc Capitulandi jus penes Electores ſtetit, optimè ſeſe Imperium habuiſſe citra ullam convulſionem abſque innovatione Regiminis. Attamen poterit interim Capitulatio conſtans vocari quoad Jura Statuum, quæ ita relata eſſe debent in Capitulationem, ne aliquid detrimenti patiantur, & juxta quod poſita ſunt in *Art. 8. Inſt. Pac.* ita, ut citra ullam aliam limitationem, reſtrictionem, ampliationem Capitulationi inferantur. Sed ſatis de his.

VII. Non peccabo, ſi nonnulla de Origine Capitulationis, quâ videlicet ætate primitus in Imperio noſtro cœperit, adhuc diſſeram, quæ ad plenum intellectum rectamque dijudicationem noſtri argumenti haud parùm indubiè conducet. Ubi quidem in antiquis iſtam invenire perdifficile: & incuſanda eapropter vel temporum injuria, quâ plurimæ Conſtitutiones perierunt, vel Scriptorum ejus ævi incuria, quæ nobis ſaluberrimam illam antiquitatem & juris noſtri publici formalem ſtructuram invidit. Quanquam certè perſuaſum habeo, quod multa adhuc publica Imperii Acta, Documenta & rerum geſtarum Hiſtoriæ Moguntiæ adſerventur, wovon Wir bisher nichts erfahren / noch künfftig wiſſen werden. Nihilominus tamen probabile eſt, cum Reipublicæ noſtræ imò Regnorum quorumlibet Germanicorum ortu Originem rei ipſius (quicquid ſit de nomine) cœpiſſe, & pedetentim ſucceſſu temporis pro Imperii neceſſitate incrementum & diverſitatem accepiſſe, prout in eâ opinione verſatur *Goldaſtus in Dedicat. Tom. 3. Conſt. Imp.* quem ſequitur *Limn. J. P. Lib. 1. Cap. 12. §. 17. in Proleg. ad Capit. Sect. 3. §. 15. Conring. Exerc. de Rep. Germ. IIX. Th. 41.* item *in Not. ad Lampad. P. 3. c. 2. §. 4. Textor. de Rat. Stat. Germ. c. 18.* Nunquam enim in Imperio noſtro neque Regibus nec Imperatoribus infinita & abſoluta poteſtas fuit, ſed certis ſem-

ſemper limitibus ac Legibus circumſcripta, ut ex *Tacito de Morib. Germ. Cap. 8.* ſatis abundè conſtat, ibi: *Regibus infinita & libera poteſtas non eſt*: & apud *Jul. Cæſ. Lib. 5. de Bello Gall.* Rex quidam ita loquitur: *Sua Imperia eſſe ejusmodi, ut non minus haberet in ſe juris multitudo, ac ipſe in multitudinem*, ſeine Regierung ſey alſo beſchaffen / daß die Stände nicht weniger Macht über Jhn / als Er über die Stände habe. Leges autem ejusmodi primis temporibus, ubi fortè abſolutè imperandi libido nondum invaluerat, vel nondum publica ſpecimina dederat, admodum paucæ fuerunt, & maxima ex parte Obligationem merè naturalem continuerunt, ita, ut Reges in ea jurarint Capitula, quæ honeſtas, pudor naturalis ac officii ratio aliàs ſine ejusmodi juramento ab iis exigit. Sic cum ipſis fuit capitulatum de colendo vero Deo, de tuenda Religione, de Regno & Eccleſia conſervanda, de Juſtitià cuique tribuendà, de præcipuis negociis cum populo communicandis, de ſervandis Legibus fundamentalibus Regni & Imperii, & quæ pauca adhuc alia Capita, quæ annotavit *Goldaſt. in Præfat. Tom. 3. Conſtit. Imp.*, & quorum veſtigia in initio omnium Capitulationum & adhùc *§. 1. noviſſ. Capit. Joſephi* apparent. Num verò iſta diſertis verbis expreſſa, item ſcripta vel novata fuerint, nullo conſtat indicio, & ſic nos certò determinare haud poſſumus. Verùm ſubſecutis ſeculis, imprimis ſub turbulento Henrici IV. Imperio ejusmodi Capitulationis Articuli primùm omnium magis magisque & præter morem aucti. Uſu enim venerat, ut, quæ in Imperatore deſiderabantur, ſubſequenti tempore Capitulationem ingrederentur, ceu rectè ait *Carpz. de Leg. Reg. Cap. 1. Sect. 8. §. 45.* & ita, quod Anteceſſori licuit, Succeſſori non fuerit permiſſum. Attamen, quamvis Henrico Status Imperii difficillimas & plures ſolito præſcripſerint Leges, easque Imperator, ut Imperium retineret, coactus admiſerit, quæ viſuntur in *Extract.* Abſchiedes auf dem Reichs-Tage zu Trier *anno 1076.* apud *Goldaſt.* Reichs-Satzungen *P. 2. p. 7. & 8.* nequaquam indè probatur, ante Henrici IV. Capitulationes nullas fuiſſe, ut vult Hortleder. apud *Goldaſt. in Polit. Imp. P. 12. Diſc. 2. p. 612.* Non enim ad eſſe Capitulationis pertinet augere vel imminuere, quod anteà fuit, & differt origo longis

parasangis ab incremento rei. Tandem sub Carolo V., qui præ ambitioso Galliarum Rege Francisco anno 1519. Imperator electus, *Sleid. lib. 1. Comm.* Capitulationis forma in maximam excrevit amplitudinem, cum quo in certas & plurimas novas Leges fuit conventum, & multa singulatim sunt definita, quæ videri possunt apud *Hortleder. & Sleid. c. l.* eaque Limnæ. eleganti Commentariô illustravit. In causa fuit istius Principis formidabilis potentia, ætas juvenilis, altique Spiritus, quos suum illud: PLUS ULTRA satis arguit, qui ideò arctioribus solito vinculis videbantur frenandi, ne Monarchiam in Imperio sibi strueret. In eo enim generaliter autoritas & usus Capitulationum consistit, nimirum, ut sit quidam limes seu terminus, quo ad gubernacula rerum Evectorum potestas circumscribatur, ne isti ex potestate in tempestatem, ex administratione in effrenem ruant licentiam, & durius, quam oportet, aliquid contra Ecclesiam Christianam, Rempublicam ejusque libertatem faciant: nisi enim hoc statuatur, ingentia absurda sequerentur. An autem hoc ipso remedio Electores in Carolo obtinuerint, quod seriò intenderunt, meum non est judicare, & fortè etiam minus decet. Illud verum, quod insequenti tempore reipsa nonnunquam expresserit, quàm durum sibi videretur hoc frœnum. Atque ab ea ætate in qualibet Electione novæ Leges Capitulares fuerunt ortæ, ut, quò recentior est quæque Capitulatio, eò etiam plures & strictiores videatur habere Articulos, ita, ut moderna Leopoldina & novissima JOSEPHI Rom. Regis quadragenarium numerum aliquot superet, & sine dubio plures erunt in futurum. Raròenim semel præscripti posteà omittuntur, nisi specialis ratio id fieri jusserit.

IIX. Et ex his aliquo modo decidi posse videtur, quod aliàs hic quæri solet: Num Imperator, quamvis paciscendo juratò promittat, quod potissima Imperii negocia cum Ordinum Consilio & Consensu expedire velit, inque præcipuorum jurium Majestatis exercitio eorum adhibere suffragium, nihilominus Majestate sivè summa Potestate gaudeat? In quâ nodosâ & arduâ quæstione quamvis plurimi affirmativam statuant, Vid. *Buxtorff.*

ad

ad A. B. Concl. 6. Spreng. in Jurispr. Publ. Lib. 1. c. 28. p. 155. Von Heerden in der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs *P. 1. c. 1. Herman. Hermes Fasc. J. P. c. 9. q. 6. p. m. 103. Limn. J. P. lib. 1. c. 12. §. 36. seqq.* & *in Proleg. ad Capit. Sect. 8.* §. *25.* qui sibi gratulatur, quod quoque adsentientem habeat *Grot. de J. B. & P. Lib. 1. c. 3. §. 16.* Negativam tamen, tanquam ad mentem principiorum politicorum convenientiorem, cum *Hippol. à Lapide in Tract. de Rat. Stat.* (qui verò in hac materia in ſtyli defectu peccat) *Conring. in Not. ad Lampad. P. 3. c. 2.* §. *12.* it. *Exercit. in Capit. Cæsar. Th. 52.* & aliis tueri ſatius eſſe arbitror. In politicis enim conſtat, propriè Majeſtatem eſſe ſummam in Civitate, &, quod ſpontè hinc ſequitur, legibus ſolutam poteſtatem, non quidem omnibus omninò, quippe jus, quod omnes obligat homines, etiam obligat eos, qui ad ſummam poteſtatem evecti; ſed legibus ſoluta eſſe dicitur reſpectu poteſtatis humanæ, à qua prohiberi poſſit, aut ad hoc vel illud cogi, vel etiam puniri; Vel diſtinguendum inter Honeſtatem & Neceſſitatem, ſivè inter vim Directivam & Coactivam, quod quoad vim Coactivam & Neceſſitatem legibus ſoluta ſit, *L. Princeps C. de LL.* non verò de Honeſtate & ex vi Directiva, *L. Digna vox C. de LL.* quæ de utraque vi loquitur. Undè, quoniam Auguſtiſſimus Imperator non ſit Capitulatione, Lege Imperii fundamentali, (uti ab Electoribus in Reſponſo ad Cæſaris Propoſitionem in Comitiis 1623. apud *Lundorp. Tom. 2. Act. Publ. Lib. 6. c. 52.* dicitur) ab Electoribus ipſi præſcriptâ ſolutus, ſed teneatur iſtâ formam gubernandi præſcribente, ita, ut ad ejus obſervantiam præcisâ neceſſitate, non tantùm honeſtate exigente, ſit adſtrictus, plenam poteſtatem ſivè Majeſtatem integram penes ipſum eſſe dici nequit. Hinc contigit in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1623., ut Electores & Principes nonnulli dicerent: Man wolte von des Käysers Gewalt nicht diſputiren / aber man hoffet / Ihre Käyſerl. Majeſt. würde halten / was Sie in der Capitulation verſprochen / ut refert *Lundorp. c. l.* Cum enim in Capitulationis Legibus injunguntur quam plurima, eaque pertinentia ad Reipublicæ regimen, Imperatori efficienda, nonnulla item, à quibus agendis debeat abſtinere, & ſic ejusmodi adminiſtrationis præſcribant modum, quem Imperatorem

 obſer-

obſervare oportet, pro lubitu gubernare, aut pro arbitrio omnia ſtatuere ei non licet, ac propterea, nec plenam ac ſummam poteſtatem omni ex parte habet. Imò, cum Capitulatio partes ſummæ poteſtatis, quæ vocant aliàs *Regalia*, & quidem rectius *jura Majeſtatis*, potiſſimas, v.g. poteſtatem ferendi Legem, poteſtatem belligerandi, pacem ineundi, fœdera pangendi, poteſtatem circa monetam ſummam, poteſtatem vectigalia imperandi &c. ita defert Imperatori, ut conſilio & cônſenſu Ordinum iſtas expediat, quod etiam promittit atque jurat, palàm eſt, integram Majeſtatem ſoli Imperatori non tribui, ſed in partes ejus vocari Ordines, ſubjectumque adeò adæquatum proximum Majeſtatis in Republicâ noſtrâ Germanicâ conſtitui Imperatorem & Ordines Imperii. Si enim Rex aut Princeps paciſcitur de hoc vel promittit illud, quod ad jura Majeſtatis ſivè partes ſummi Imperii pertinet, tùm partem ſummi Imperii aliis communicat, neque adeò poteſtatem retinet ſummam omni quidem ex parte. Siquidem nullum Majeſtatis jus aliis communicari poteſt, ita, ut ipſa Majeſtas integra penes communicantem adhuc ſit repoſita. Quamprimum enim, v.g. Rex alium, vel plures inſuper in ſummæ poteſtatis illius, quæ circa Leges eſt, conſortium adſciſcit, abſque quorum conſenſu Leges deinceps novas ferre ipſi integrum non ſit, de ſummâ certè poteſtate ſtatim aliquid decedit, ac ideò jus illud Majeſtatis integrum penes communicantem amplius eſſe nequit. Id tamen de conſortio, non exercitio Majeſtatis acceptum volumus, hoc enim alicui delegari poteſt, ut nihil Majeſtati decedat. Sed dicis: Tribuitur tamen Imperatori noſtro, non tantùm à Statibus Imperii, ſed etiam exteris Regibus, Titulus: Ew. Käyſerliche Majeſtät / quidni plenam ac ſummam habeat Majeſtatem? Ubi notari meretur, quod Majeſtas hoc loco non accipiatur pro ſummo Imperio, ſivè juribus Majeſtatis, ſed pro ſupremâ & auguſtiſſimâ Dignitate, Excellentiâ, Præeminentiâ ac Reverenda Amplitudine; Et in hoc ſenſu acceptæ Majeſtati Imperatoriæ Capitulationum Legibus parum aut nihil detrahitur, dann es höret dadurch Einer nicht auf der Höchſte und Vornehmſte im Reich zu ſeyn / ob Er ſchon keine unbeſchrenckte Regierung hat; nec efficitur indè,

indè, quo minus *Invictissimum* nostrum Imperatorem *Monarcham* verè appellemus, ac subjectissima devotione veneremur: Est enim & manet primus atque præcipuus in Imperio Princeps, h. e. Caput Imperii, das allerhöchst-befehlende Haupt des Heil. Röm. Reichs / uti hodierno Curiæ stylo in Recessibus & Constitutionibus Imperii vocatur, cui reliqui Ordines adsistunt tanquam membra, & quem, ut Vasalli Dominum, reverentur, imperialisque Majestatis subjectissimos sese nuncupant, *A. B. Tit. 2.* Imò est & manet Cæsari nostro Eminentia, quod antecedat omnes Reges mundi, quam infideles & Imperii hostes, Barbari ipsi ei tribuunt: Et notatu dignum est, quod Internuncius Cæsaris, Comes de Caprara, anno 1682. ad Portam Othomannicam ablegatus, ante Legatum Anglicum aliorumque Christianorum Principum Legatos ad Imperatorem solenniter introductus fuerit, quamvis reliqui sollicitè id ante Legatum Imperatoris quæsiverint. Ex quo satis apparet, quantam vel Barbari de Majestate Imperatoris foveant existimationem. Insuper hæc Præeminentia vel ex notâ peculiari conspicua, quâ Majestas Imperatoria *Sacra* sivè *Sacrosancta* salutatur, ad differentiam nempè ejus, quæ Regibus tribui cœpit.

IX. Nunc quoque de Rebus sivè ipsis Capitulationum Articulis meritò dicendum esset, undè splendidissima prærogativa, quâ Serenissimi Dni. Electores in istis Electo Rom. Regi vel Cæsari præscribendis gaudent, omninò magis magisque elucesceret. Quoniam verò in subsequentibus nonnullis Discursibus de uno atque altero fusè nobis agendum erit, hoc loco illos intactos relinquimus, adhæc quod illa materia, si omni ex parte dignè tractari debeat, prolixior sit, quam ut cancellis hisce includi queat. Generalia videri possunt apud *Spreng. Jurispr. Publ. p. m. 154. Coccej. J. P. Prud. Cap. VIII. §. 8. p. m. 164.* add. Capitulat. Commentatores.

X. Cœterum, quæ hodiè publicam viderunt lucem Capitulationes, sunt [1.] Capitulatio Caroli V. de Ao. 1519. 3. Jul. Francofurti composita, & Moguntiam ad Caroli Legatos missa, quæ in Formâ exhibetur *à Goldasto Tom. 2. Constitut. Imper. p. 181.* item *Carpz. in Comment. de Leg. Reg. in calce*, constans 34. Articulis: Et ante istam nul-

nullum ejusmodi Capitulationis exemplar hactenus lucem adspexit. [2.] Capitulatio Ferdinandi I. de anno 1558. 14. Mart. Francofurti, quam exhibet idem *Goldast. Constit. Imp. Tom. 5. p. 162.* *It.* **Käysers Ferdinand** *Revers* **den Churfürsten gegeben** / *Carpz. c. l.* & habet 31. Articulos. [3.] Maximiliani II. de anno 1572. ult. Nov. Francofurti, apud *Goldast. Tom. 2. Constit. Imp.* & *Carpz. c. l.* quæ videtur Limnæo omnium prima, quæ Regi Rom. vivô adhuc Imperatore Electo præscripta fuit in forma extensa: habet 18 Articulos. [4.] Rudolphi II. de anno 1575. 1. Nov. Ratisbonæ, apud *Goldast. Polit. Imp. P. 12. p. 608.* & *Carpz. c. l.* gaudens 37. Artic. [5.] Matthiæ, de anno 1612. 18. Jun. Francofurti, quæ exhibetur *à Limnæo in Annotat. ad Capit.* & *Carpz. c. l.* 24. Articulis gaudens. [6.] Ferdinandi II. de A. 1619. 28. August. Francofurti, quam exhibet *Limnæ. c. l.* & *Carpz. c. l.* habet 44. Articulos. [7.] Ferdinandi III. de A. 1636. 24. Dec. Ratisbonæ, apud *Limnæ.* & *Carpz. c. l.* item *Reincking. de Reg. Sec. & Eccl. Lib. 1. cl. 3. Cap. 9.* & gaudet 53. Articulis. [8.] Ferdinandi IV. de A. 1653. 29. Maji, Augustæ Vindelicorum, quæ extat apud *Limn. c. l.* & *Tom. 2. Addit. ad Lib. 1. c. 12.* it. *Autor. Comitiolog. Ratisb. de A. 1654. P. IV. p. 249.* constat Articulis 49. [9.] Moderni invictissimi & semper Augusti Imper. LEOPOLDI, mense Julii 1658. Francofurti composita, quam exhibet *Limn. c. l.* & *Autor* **der Grundf. des H. R. Reichs** *P. 3. c. 3.* habet 47. Articulos. Quas omnes sæpè alleg. Limnæ. eruditis Commentariis singulari Volumine illustravit, exceptâ Leopoldinâ, quæ ab eodem suetâ viro operâ illustrata seorsim. Denique [10.] Augusti Regis Rom. JOSEPHI, Augustæ Vindelicorum composita $\frac{14}{24}$. Jan. A. 1690., quem annum exprimit illud: Iosephe reX arChIDVX In orbe feLIX IMpera, & habet hæc Capitulatio itidem 47. Articulos. Quod verò præter has recensitas Capitulationes adhuc multæ earum formulæ, una cum aliis memorabilibus, quæ huc usque nobis incognita, in antiquis Bibliothecis & nonnullis Principum Archivis lateant, omni caret dubio; quoniam autem Acta illa rariora, quæ hac de re in iis quàm diligentissimè adservantur, evolvere haud cuivis permissum est, nec etiam Autores illi rariores, materiæ huic inservientes, utcunque à multis desiderati, ubivis locorum haberi queunt, vix spes superest, aliquando in lucem produci posse.

DISCUR-

DISCURSUS III.

De *Jure Coronandi Cæsarem seu Regem Romanorum.*

I.

AD Præeminentiam Electorum fulgentissimam, quæ ad Officium, Libertatem & Potestatem pertinet, non minus reputo Inaugurationem seu Coronationem Regis Romanorum, ad cujus solennem Actum hodiè perficiendum pariter Serenissimi Electores tantùm adhibentur. Postquam enim Cæsar sivè Rex Rom. legitimè nunc electus, Imperium ipsi solenniter statim committitur, quod etiam, si præsens est, ipse, si absens, per interpositos Legatos suscipit. Quæ Traditio & Acceptatio expeditur duobus Actibus, quorum alter est essentialis, & concernit futuri Imperii formam, Capitulationem videl., de quâ in præcedenti hactenus Discursu: Alter accidentalis, qui extrinsecus nimirum & honoris ergò ad Electionem accedit, & est Inauguratio sivè Coronatio, quæ omnium rituum & solennitatum antiquissima est, quâ de in præsenti Discursu nobis agendum erit. Estque nihil aliud, quam solennis quædam Imperii Commissio & Acceptatio, vel, est congeries Actuum solennium, quibus Electio confirmatur & quasi renovatur, ad Autoritatem Electo stabiliendam & personam ejus omnibus & singulis notam faciendam, *Arumæ. Disc. Acad. de Jur. Publ. 33. Vol. 1.* Undè satis manifestum, quod Coronatio non sit de Necessitate

essentiali Electi Imperatoris sivè Regis Rom., cum ex istâ nil quicquam ipsi accedat, sed ad subsequentem solennitatem accidentalem pertinens; Denn ein erwehlter Röm. Käyser vor der Krönung alle Macht und Gewalt hat / die Ihme vermöge der Reichs-Satzung gebühret / und sich von GOttes Gnaden erwehlten Röm. Käyser mit gutem Fug und Recht schreibet / und die Jahre seines Reichs von der Wahl an rechnet. Adeoque Corona, quæ in hoc Actu Cæsaris Capiti imponitur, non nisi sit signum Majestatis per legitimam Electionem collatæ, prout sertum in Capite Virginis est, vel esse debet signum Virginitatis: Siquidem non ideò quis Rex est, quia coronatur, sed per Coronationem publicè contestatur, quod Rex sit, *Arnisa. de Jur. Majest. c. 6. §. 7. lib. 1.* nec Rex à Coronâ, sed Corona à Rege splendorem habet; Quò pertinet proverbium gallicum: La personne annoblit la chose, *Molinæ. Consu. Paris. §. 1.* Attamen, quamvis ex Coronatione nil Cæsareis rebus propriè accedat, nihilominus ista aut parvi pendi, aut ut superflua rejici debet.

II. Fuit autem olim, & adhuc Car. IV. ætate in hoc nostro Occidentali Imperio triplex recepta coronatio: *Lombardica* sivè *Mediolanensis*, *Romana & Germanica*, teste *A. B. c. 26. §. 4. Limn. ad Capitul. p. 311.* in Insigne fortaßè trium Regnorum, *Germanici*, *Lombardici & Romani*: Sivè ad significandum triplex Imperatorum dominium in ASIA, *L. ult. C. de Temp. Appell.* AFRICA, *L. 1. C. de Offic. Præfect. Prat. Afric.* EUROPA, si credendum, *Zoanet. de Rom. Imp. §. 248.* Alii verò hoc triplex Insularum genus ad nescio quas allegorias & mysteria referunt, quô de prolixè vide sis apud *Hieronym. Balb. Episc. in Lib. de Coronat. ad Car. V. Cap. 3.* qui extat apud *Goldast. in Polit. Imper. P. 3. p. 244.* Quæ de quartâ ab aliis adduntur, in somnium abeunt.

III. *Lombardica* Coronatio quondam ab Archi-Episcopo Mediolanensi *Modetia*, quæ Regni Italici sedes & Longobardorum Regum sepultura fuit, interdum quoque alibi per[illegible]iebatur, & quidem sine Unctione solâ impositione Coronæ, [illegible] ferrea à nonnullis dicitur, *Sigon. de Reg. Ital. lib. 7. in ann. 973.* eo quod ferream habuerit laminam in summitate, weil Sie ein kleines eisern Reiff-

Reiffgen gehabt / alioquin tota fuit aurea & gemmis ornata, teste *Limn. J. P. Lib. 2. C. 4. §. 48.* Et hac ratione Imperatores declarabantur Reges in Italia, & mittebantur in possessionem Regni Lombardici, *Carol. Sigon. cit. Lib. 7. de Regn. Ital. p. 176.* Undè etiam Coronatio Lombardica dicta. De Autore verò hujus Coronæ, & qui primò eam instituit, valdè dissentiunt Eruditi, hoc tamen credibile, quod *Dietericus*, primus Italiæ sivè Francorum Rex istam introduxerit, à quô posteà ad Longobardos, & ab iis per Carolum M. Francorum Longobardorumque Regem, tandem ad Germanos Reges translata fuerit, prout quoque multi Imperatores Mediolani istâ coronati sunt. Sed hæc Lombardica Coronatio à longo tempore in desuetudinem abiit, ad parcendum magnis sumtibus & impensis, quæ ad istam requirebantur, imprimis postquam Ducatus Mediolanensis ab Imperatore Wenceslao alienatus ad Regem Hispaniæ pervenit, aliaque Regni Italici Membra successu temporis ab Imperio se eximere cœperunt.

IV. Verùm, cum Regnum istud etiamnum aliquo modo ad Jurisdictionem Imperatoris ut Regis Italiæ pertineat, eique in istud competat supremum atque directum dominium, quod varia testantur Imperii feuda in Italiâ sita: Insuper aliqua ex parte adhuc jus quoddam in hoc Regnô Romano Imperio eô conservetur, quod Dux Sabaudiæ, qui ratione Sabaudiæ Ducatus Vasallus Imperii & Votum Comitiale habet, Titulo *Perpetui Vicarii per Italiam* gaudeat; Imò Gloriosissimus noster Imperator LEOPOLDUS moderno tempore, occasione præsertim Belli Gallo-Sabaudici, Reipublicæ Germaniæ jura in Provinciis Italicis in Universali ferè vindicaverit, Conf. *Disc. sequent. §. IV.* certè supervacaneum esse non videtur, si Imperator aut Rex Rom. hodiè potissimùm Coronam Lombardicam sibi imponendam iterum curet, eo quod olim per ejusmodi Coronationem, uti dixi, Imperator in Possessionem Regni Italici mitteretur.

V. Quod porrò *Coronationem Romanam* attinet, plerumque hæc Romæ ad Altare in Ecclesia S. Petri, à Pontifice, vel quandoque ab ipsius Legatis Cardinalibus expediebatur; Et cœpit à Carolo Magno, qui anno post C. N. 800. Romam Religionis ergò

profectus præter omnem ſpem & opinionem in æde ſacra à Leone III. Pontifice coronatus eſt. Requirebantur autem ad iſtam expediendam ingentes Collectæ & Sumtus, non ſolùm ad manum militarem 2000. peditum, 4000. equitum Imperatorem Romæ coronandum comitaturam, R.A. zu Nürnberg *de an. 1522. pr.* Dann dieſe Römiſche Kron zu holen / war einjeder gezwungen den Käyſer / oder unter dem König ſeinen Herrn zu begleiten aus eigenen Mitteln / ſub pœnâ amittendi feudi, quod vulgò *Expeditio Romana*, der Römer-Zug dicebatur; ſed & in Dona offerenda Pontifici, Præfecto Urbis, aliisque Aulæ Pontificialis Miniſtris, *Limn. ad Capit. Car. V. Art. 30.* De cujus Coronationis ritibus vide ſis apud *Goldaſt. Polit. Imp. P. IV. à pag. 290. usq; 343.* Et quidem coronabantur ibi Imperatores coronâ aureâ, ad denotandam eorum præcellentiam præ aliis Regibus, ſicut aurum reliquis præcellit metallis.

VI. At enim verò hæc quoque Coronatio, ſicut Lombardica, jam à longo tempore, citra Imperii diminutionem, in deſuetudinem abiit, uti rectè obſervavit *Carpz. de Leg. Reg. Germ. C. 11. Sect. 10. §. 11.* eò quod vanam & penitus ſupervacaneam judicarint Electores, adeò, ut Imperator Summæ rei Romano-Germanicæ præſit, licet à Pontifice Romano inauguratus non ſit, cum Coronatio Papæ nihil conferat novi, ſed tantùm ad Ornamentum faciat. Itaque ſimul Imperator à Proceribus Imperii legitimè electus eſt, ſtatim plenam habet poteſtatem & jus adminiſtrandi, nec Pontificis Romani ullo adminiculo indiget. Hinc etiam Carolus V. ultimus fuit, qui non *Romæ* quidem, (ob nimiam urbis hujus devaſtationem) ſed *Bononiæ*, ad ſimilitudinem tamen Romanorum rituum Anno 1530. Coronam, Sceptrum, Globum Sphæricum & Gladium à manu Pontificis Clementis VII. accepit. Und iſt merckwürdig / daß nach Caroli Abtritt von der höltzern Brücke zu Bononien / über welcher Er nach vollbrachter Krönung aus der Kirche in der Proceſſion zurück gangen / ſolche Brücke eingefallen ſey / zur Anzeige / daß forthin keiner mehr in Italien ziehen werde / die Römiſche Kron zu holen / prout quoque neglecta eſt ab inſequentibus Imperatoribus omnibus, Ferd. I. Maximil. II. Rudolph. II. Matth.

Matth. I. *Reincking. de R. S. & E. Lib. 1. cl. 3. c. 8. §. 20.* itemque Ferdinando II. III. IV. ut & à nostro Imperatore gloriosissimè regnante, ejusque Sereniss. Filio JOSEPHO moderno Rom. Rege, & futuro cum DEO Imperialis Dignitatis & Diadematis Successore. Legato quidem misso Papæ indicatum fuit, quis Cæsar electus, ut sciret, quem Dominum inter alios Imperii Subditos veneraretur.

VII. Equidem testantur Capitulationes *Car. V. Art. 30. Ferd. I. Art. 27. Rudolph. II. Art. 31.* & sequentium Cæsarum usque ad LEOPOLDUM exclusivè, quod ipsi Imperatores omnes expressè promiserint, se omni studio eò allaboraturos esse, ut *Coronam Imperialem* una cum *Romano-regiâ* accipiant; Ita enim verba sonant: Wir sollen und wollen auch die Römische Königl. Krone/ wie auch als erwehltem Römischem Könige wohl geziemet/ NB. empfangen: Auch zum besten NB. befleißigen/ die Käyserliche Krone NB. zu ziemlicher gelegener Zeit zum schiersten zu erlangen. Quam formulam prudenter positam posteà sub Matthiâ Imperatore ita, qui concepit, mutavit: Und auch zu Empfahung der Käyserlichen Kron NB. befordern/ non mutandi sensus veteris, sed celerius loquendi causâ. Quare autem Imperatores non exsolverint, quod in eorum Capitulat. promissum, de eô J.P. Doctores varias habent opiniones: Vielleicht ist die Vollziehung dieser Zusage den Käysern allemahl von dem Churfürstl. Collegio, wie es wohl zu thun vermocht/ wieder erlassen worden/ oder haben sich nachgehends immer erhebliche Motiven im Reich ereuget/ so derselben nachzukommen verhindert/ und die Herren Churfürsten sich solches gefallen lassen: Oder was sonst vor Ursachen gewesen seyn mögen/ weshalb solches unterblieben. Imò, si allegatum Textum Capitulat. accuratè examinemus, ex eô quidem Rex obligatur ad capiendam Coronam Aquisgranensem: non autem ad capiendam Romanam, sed ad curandum, ut commodo tempore eam consequatur: quæ commoditas cum post Carolum V. non appareret, ab eo tempore prætermissa fuit Inauguratio Italica & Romana, *Coccej. Jur. Publ. Prud. Cap. 8. §. 21. p. m. 170.* Sed quoniam nil certi hic determinari potest, non opus esse autumo, quod in explicandis his nimis prolixi simus, imprimis, cum neque *in Capitulatione Leopoldi Art. 37,*

neque *noviss. Joseph. Art. 36. Imperialis Corona*, der Käyserlichen Röm. Kron/ amplius mentio fiat, sed saltem *Romano-regiæ*, der Röm. Königlichen Krone. Ex quibus rationibus autem id contigerit, Vid. *Dn. Rhet. in Comm. Jur. Feud. Lib. 1. Tit. 1. §. 4.* add. *Autor* des Europäischen Herolds *p. m. 60.*

IIX. Ut proindè satis ex his appareat, Coronationem Romanam ab Aulâ Imperiali planè recessisse, & Imperatorem pro istâ capessendâ Romam proficisci non amplius obstrictum esse. Und lassen auch die Päbste heut zu Tage diese unterlassene Einholung der Römischen Kron deswegen destoeher geschehen / je mehr Sie fürchten / es dörffte der Römische Käyser / durch den nach sich schleppenden Schweiff der oben gedachten 24000. einmahl im Gedräng die dem Reich veräusserte Staaten in Italien wieder einziehen. Interim sit consilium egregium, ut Papa Coronam Romanam Viennam, aut Aquisgranum, aut Francofurtum ad Mœnum, aut alibi in Germaniam deportandam curet, semperque simul ac inaudierit Imperatorem esse electum à Germanis, Nuncium in Germaniam mittat, qui Imperatoris Caput Coronâ Romanâ redimiat, ac ita Imperatorem pro vero ac legitimo Domino suo rursus agnoscat. Sic Guicciardinus refert, Maximilianum à Pontifice instanter petiisse, ut in Germaniâ per Legatum coronaretur. Ut verò Germaniæ nostræ Imperator iter sumtuosum Romam versus iterum suscipiat, non erit necessarium. Cæsareæ enim Majestati minimè convenit, Pontificem, qui multum de jure inferior est Imperatore, accedere, cum potius Servus Domino suo legitimam obedientiam hac in re præstare teneatur. Sed hoc ab omnibus optatur facilè, speratur tamen à paucis.

IX. Solam itaque hactenus Tertiam Coronationem, *Germanicam* nimirum putarunt necessariam Imperator & totum Romanum Imperium, partim propter ordinationem Imperialem *A. B. c. 25. §. invenimus*, *R. J. de anno 1521. pr.* partim propter antiquam & laudabilem consuetudinem, *R. J. de anno 1566. præfat.* ibi: Und löblichen Gebrauch / partim propter juratam promissionem, Vid. *Capit. Ferd. II. Art. 37. Ferd. III. Art. 39. Ferd. IV. Art. 37. Leopold. Art. 37. Joseph. Art. 36.* non quidem ad conferendam aliquam Majestatem

&

& Autoritatem, cum & hæc nihil novi juris Electo tribuat, neque quoad nomen, Imperatoris enim Titulo & ante Coronationem gaudet, neque quoad rem ipsam, sed saltem ad declarationem Imperatoriæ potestatis & administrationis per Electionem & Capitulationem jam anteà concessæ, siquidem usus docet, omnes nostros Imperatores plenè omnia administrare à momento Electionis & Capitulationis, quâ demum facultatem gerendæ Reipubl. dari Cæsari rectè adserit *Conring. Disc. Acad. de Capit. Cæsar. Th. 54.* Quæ Germanica Coronatio etiam hodiè in viridi est observantia, & Electionem semper sequi solet, nec facilè ultra duas septimanas post peractam Electionem suspenditur, quemadmodum novissima Regis Rom. JOSEPHI statim tertia die post Electionem insecuta; Et quidem peragitur in Civitate Imperiali Francofurto ad Mœnum, ad Electionem & Coronationem locô hodiernis temporibus consuetô, ubi etiam invictissimus noster LEOPOLDUS anno 1658. coronatus fuit. Olim id factum in vetustâ Imperii Civitate Aquisgranensi, qui locus *in A.B. c. 28. §. 5. Ord. Reg. 1521. in princ.* ad peragendam sacram Coronationem expressè determinatus, ab Imperatoribus quoque religiosè observatus est usque ad Carolum V. inclusivè, qui jus hujus loci nullo modo mutare voluit, etiamsi pestis ibi grassaretur, *Sleid. L. 1. Comm. Cap. 1. Limn. ad Capit. Car. V. Art. 30. p. m. 318.* Sed posteà iste non amplius ad amussim attentus, ita, ut hodiè, ubivis Imperatori & Electoribus placuerit, Corona imponatur, prout etiam nuperrimè Rex Rom. JOSEPHUS, non Aquisgrani, sed Augustæ Vindelicorum & electus & coronatus fuit; salvâ tamen semper Aureæ Bullæ dispositione & Aquisgranensium privilegiis, datis ipsis ideò literis, ut vocant, reversalibus de non præjudicando eorum privilegio, add. *Capitul. Leopold. Art. 37. & Joseph. Art. 36.* Woselbst ermeldter Stadt Ihr altes Recht per indirectum vorbehalten worden.

X. Hujus autem Coronationis Actus & Ritus in Imperio nostro expediuntur à Serenissimis Dnis. Electoribus, utpotè qui soli, ut diximus, jus habent, Diadema Regni Germanici Imperatori sivè Regi Romanorum legitimè electo imponendi, eumque ungen-

ungendi & consecrandi; Imprimis ex his Electores Ecclesiastici, qui antiquâ & inveteratâ jam consuetudine hanc Inaugurationem ob conjunctos Actus Sacros, totius Collegii nomine sustinent. Et quidem olim ante institutionem Collegii Electoralis tempore scilicet Ottonis I. II. III. usque ad Conradum II. inclusivè ea potestas penes Archi-Episcopum Moguntinum fuit, *Otto Frising. L.8. Cap.19.* add. *Buxtorff. ad A. B. c.4. Th.47. lit.a.* Verum Henricus IV. postmodùm id mutavit, qui soli Coloniensi hunc honorem tribuisse fertur, tùm quia majoris generis Claritas in Coloniensi, quippè qui ex Rheni Palatinis & Ottonis III. Imperatoris sorore erat oriundus, quàm Moguntino ex Monacho Fuldensi ad Archi-Episcopatum evectô; tùm quia Consecratio Aquisgrani intra ipsius Diœcesin celebranda, *Albert. Crantzius Lib.3. Metrop. Cap.10. Becker. Synops. J. P. Lib.3. Cap.7. p.m.204.* Undè subsequentibus seculis jus illud penes eundem etiam extra ipsius territorium immutabiliter permansit, *Pet. de Andlo. Lib.2. c.6. de Rom. Imp.* ibique *Marq. Freh.* adeò, ut & à Carolo IV. *in A. B. Tit.4. §.3.* nullâ factâ loci distinctione disertè confirmatum sit. Quod tamen insequentibus iterum temporibus Elector Moguntinus sibi vindicavit, excipiens, jus istud A. B. Coloniensi confirmatum, ad solam urbem Aquisgranensem, quæ Coloniensis Diœceseos est, si ibi fiat Coronatio, restringendum esse; Cùm verò in locis extra Diœcesin sitis, qualia Francofurtum, it. Augusta Vindelicorum, Ratisbona, Coronatio sit celebranda, eam non amplius ad Coloniensem, sed se Moguntinum pertinere: quo factum, ut quotiescunque Coronationis solennia celebrabantur, inter binos hos Electores controversia oriretur, & Coloniensis, cum aliâ viâ non posset, Protestatione saltem jus suum sartum tectumque sibi conservare allaboraret, *Sigon. de Reg. Ital. lib.7. in ann.973. fol.176.* Imprimis verò anno 1653. Comitiis Ratisbon. in Coronatione Ferdinandi IV. acerrimæ iterum hac de re inter Johannem Philippum Moguntinum & Maximilianum Henricum Coloniensem exarserunt lites, ad quem nimirum jus coronandi pertineat, si Coronatio non in Diœcesi Coloniensi, sed fortè Moguntinâ, vel extra utriusque expedienda; Et permulta ibi fuerunt pro utraque

parte

parte jura allegata, ut testantur Acta hujus Controversiæ apud *Limn. Tom. V. Lib. 3. c. 6. Hermes in Fascic. Jur. Publ. Cap. 10. Quæst. 5. & Autor Comitiolog. Ratisbon. de anno 1654. P. 2. Disc. 2. §. 1.* aliosque, qui accuratam merentur lectionem. Punctus autem principalis indecisus mansit, & Archi-Episcopus Moguntinus nihilominus Ratisbonæ in Ferdinando IV. Unctionem & Coronationem perfecit, cujus Descriptio extat *in Comitiol. Ratisb. c. l. §. 53. & Lundorp. Act. Publ. Tom. 7. §. 125. p. 39.* Sed Coloniensis Moguntinum ea de causa non adeò sereno vultu adspexit, hat sich auch alsobald ohne von Käyserl. Majest. genommenen Abschied absentiret und aus der Stadt begeben / postquam gravissima Protestatio contra illum Actum, qui merè turbativus & violentus in istâ vocatur, ejus nomine fuit interposita, quam prolixè vide sis apud *Limn. in Annot. ad Cap. 6. Lib. 3. J. P. & Lundorp. c. l. §. 126. seqq.* Donec tandem, cum res utrinque ad arma spectaret, lis illa terminata est pactione publica, mirâ moderatione & singulari pacis studio tùm Johann. Philippi, Electoris Moguntini, tùm Maximiliani Henrici Coloniensis, eorundemq; Capitularium suffragiô, pro se & Successoribus eorum Ao. 1657. d. 25. Jun. initâ, & quidem ita, ut Coronatio Aquisgrani & in Diœcesi Coloniensi ab illius Archi-Episcopo: In Diœcesi Moguntinâ à Moguntino, extra utramque verò ab utroque, & sic in Diœcesi tertiâ, vicibus alternis perageretur, Moguntino incipiente; Quam Transactionem vide sis *in Diariô Europ. Ao. 1657. pag. 948.* itemque apud *Gastel. Tract. de Stat. Europ. noviss. c. 9. §. 44. Pancrat. Lampad.* in seinen Politischen Reichs-Händeln *Art. 33. Lundorp. ad Ann. 1657. p. 121.* Atque hæc Compositio *Art. 37. Capit. Leopold. & Art. 36. noviss. Joseph.* est confirmata. Nec illam infringit, quod modernus invictissimus noster Imperator LEOPOLDUS A. 1658. d. 1. Aug. Francofurti ad Mœnum in Diœcesi Moguntinâ ab Electore Coloniensi in æde S. Bartholomæi inunctus fuerit, quia id certas ob causas, datâ sufficienti assecurcuratione Electori Moguntino, ne illi in præjudicium cedat Coronatio in sua ditione & Diœcesi peracta, factum, quippè cum decretum esset in *Capit. Leopold. dict. Art. 37.* Daß der Krönungs-Actus in der Stadt Cölln / wegen unlängst erlittener Feuers-Brunst

der Stadt Aachen / (quod incendium Aquisgranense accidit 1656. d. 26. April.) celebriret und verrichtet werden solte / super hoc Articulo dispensatum fuit, & ob Cæsaris infirmitatem, ac ad parcendum sumtibus majoribus, Francofurti Actus Coronationis perfectus est: Ubi Coloniensis solus solennem celebravit Missam, & Imperatorem more solito inunxit, Conf. *Theat. Europ. ad A. 1658.* Coronam verò tres Electores Ecclesiastici simul Cæsareo imposuerunt Capiti, Vid. *Pastorius in Laur. Act. Publ. P. 2. pag. 53. seqq.* Ubi vera & genuina Cæsarea LEOPOLDI Coronatio habetur, add. der Deutsche Herold *pag. 56. seqq.* Distinctio enim facienda est inter Consecrationem & Coronationem ipsam, & ejus adjumentum: Illa vel à Moguntinô, vel à Coloniensi peragitur, hoc tamen ab omnibus simul, & sic etiam à Trevirensi fieri potest, idque inveteratâ jam consuetudine. Ita enim Carolo V. hi tres Archi-Episcopi coronam simul imposuerunt, *Hart. Maurit. de Coronat. Car. V.* apud *Goldast. Polit. Imp. P. 3. §. 3.* item Maxim. II. nec minus Ferd. IV. ut refert *Thulden. ad Ann. Christi 1653.* Et sic quoque novissimè Ao. 1690. d. 19. Jan. Imperatrix ELEONORA THERESIA, & d. 25. Jan. eod. JOSEPHUS Rex Rom. Augustæ Vindelicorum in Ecclesia Cathedrali B. Virg. (in den Dohm zu Unser lieben Frauen) ab Archi-Episcopo & Electore Moguntino consecratus & inunctus fuit; Diadema verò omnes tres Archi-Episcopi, *Anshelmus Franciscus*, Moguntinus, *Josephus Clemens*, Coloniensis, & *Johannes Hugo*, Trevirensis, Regi communi operâ imposuerunt, his à Moguntino additis verbis: *Accipe Coronam Regni, quæ licet ab indignis, Episcoporum tamen manibus Capiti tuo imponitur, in Nomine † Patris & † Filii & † Spiritus Sancti, quam Sanctitatis Gloriam & Honorem & Opus Fortitudinis expressè significare intelligas, &c.* Quemadmodum etiam Corona Imperialis Imperatrici ab iisdem Archi-Episcopis, accedente insuper Abbate Fuldensi, Augustæ Archi-Cancellario, qui hoc privilegium in Coronatione Imperatricis à Car. IV. habet, *Goldast. Constit. Imp. pag. 344.* imposita fuit, his Moguntini verbis: *Accipe Coronam Gloriæ, ut scias, esse consortem Regni.*

XI. Tum

XI. Tum autem neque Colonienſi, neque Moguntino hanc coronandi dignitatem competere ſtatuimus, ſi nondum Epiſcopali pallio (quod ex *Strauchio & Matthiâ Stephani* deſcribit *Thulem. in Octovir. Cap.23. §.7.*) veſtiti ſint. Nam, licet Coronatio Actus per ſe ſit ſecularis, adeoque ab Archi-Cancellario expediendus videatur: Prout tamen Coronatio cum Conſecratione & Unctione conjuncta eſt, non niſi eſt muneris Epiſcopalis, quod Epiſcopus electus ante pallium acceptum expedire nequit, *Beſold. Diſſ. Nomico-Polit. Lib.2. Diſc.3. §.9. in fin.* cum ſine pallio, ea quæ Ordinis Epiſcopalis ſunt, uti hæc eſt, exercere non poſſit, *C. niſi ſpecialiter 3. C. ad Honorem 4.* Hinc alius Elector Eccleſiaſticus ſuccedit. Id quod ſine dubio etiam fuit cauſa, quod in Coronatione Maxim. II. Rudolph. II. Matth. & Ferd. III. Conſecratoris Officium Archi-Epiſcopi Colonienſes non ſuſtinuerint, prout ex Actis Coronationum illarum patet, add. erudit. *Buxtorff. Tract. ad A. B. Th.48. lit. a.* Pari ratione cum anno 1630. coronanda eſſet *Eleonora* Auguſta Mantuana, & neque Moguntinus, neque Colonienſis Infulâ legitimâ gauderent, jus hujus Coronationis Trevirenſi demandatum fuit. Undè etiam Ferdinandus II. Imperator Electores Eccleſiaſticos adhortatus eſt: Es werden ſich auch die Geiſtliche Churfürſten der Conſecration und des Ambts halber vergleichen müſſen / ſonderlich aber weil Chur-Cölln zu ſolchem Actu religioſo der Conſecration und Salbung / vermöge der Päbſtlichen Rechte / ſich noch nicht qualificirt gemacht / damit Dero Staat gebührlich erſetzet werde. *Sweder. J.P.P. Spec. Sect. 1. C.2. §.33. p.m. 245.*

XII. Quod verò Actus eſſentiales, quibus ritè Germanica hæc Coronatio perficitur, concernit, conſiſtunt illi [1.] *in Unctione ſive Conſecratione*; Quamvis hæc duo aliàs inter ſe ita differant, ut *Conſecratio* fiat Chriſmate, & impropriè tantùm ad Reges ſpectet, propriè ad Epiſcopos, cum non conſecrentur Reges, ſed ungantur. Et licet Cæſar impropriè conſecretur, ideò tamen non accipit ſacrum quendam Ordinem, ut nonnulli autumant, ſed Ordinem militarem. *Unctio* autem fit Oleo, quod ſacrum & ſanctiſſimum, das geweyhete Oel / ſivè Oleum Catechumenorum

 dici-

dicitur. Qui ritus ex Vet. Testamento repetitus videtur, quô Reges Populi Judaici præcipuè inungebantur, *1. Reg. 1. v. 39. 1. Sam. 10. v. 1. & 26. v. 12. 13.* Interim diu inter populos Christianos in Regum Inaugurationibus ignota fuit *Unctio*, usque dum tempore Justiniani vel ejus Successoris Justini invaluit. *Onuphr. Panvin. de Comit. Imp. Cap. 2.* Et quidem hodiè in Unctione Cæsaris Consecrator Episcopalibus vestimentis magnificè ornatus Oleum accipit, & signum Crucis vertici primùm Capitis, postmodùm Cervici inter utrumque humerum, porrò Pectori, posthæc dextro Brachio inter Carpum & Cubitum, & tandem palmæ dextræ Manus inungit, verba hæc subindè repetens: *Ungo Te in Regem Oleô Sanctificato in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Hisce Ceremoniis quoque omnibus novissimè Rex Rom. JOSEPHUS, postquam anteà à Legato Brandenb. Dno. *Sylvestro Jac. de Danckelman* b. m. una cum Camerariis Aulæ Imperialis ad hunc Actum denudatus, inunctus fuit: Itemque Imperatrix ELEONORA THERESIA, Welcher die Käyserl. Ober-Hofmeisterin Ihro Majest. die Kleidung eröffnet/ quæ tamen tantummodò dextro brachio & inter utrumque humerum fuit inuncta, & pariter quidem ab Archi-Episcopo & Electore Moguntino, siquidem ungendi & consecrandi Actus semper perficitur ab eo, qui Coronationis Officium sustinet. Ejusmodi verò Ceremoniæ & Solennia Unctionis atque Consecrationis nequaquam sunt signum & indicium subjectionis, ut Præsules Romani ad Autoritatem suam stabiliendam volunt, dann dieselbe darauf eintzig angesehen/ daß/ nachdem der Käyser oder König geziemend erwehlet worden/ man in der Christlichen Gemeinde öffentlich verkündigen möge/ diese Persohn sey durch eine richtige Wahl auf den Käyserlichen Thron erhaben worden/ und das die gantze Kirche vor Ihm bitten solle. Cæterùm, quæ Ceremoniæ & Solennitates in Unctione sivè Consecratione adhiberi solent, prolixè refert *Sleid. Lib. 2. de Stat. Relig. pag. 29. in fin. Francisc. Modius JCtus de Coronat. Imp. Rom. Henning. Gœden. Tract. de Elect. Reg. Rom. Cap. 8.* qui extant apud *Goldast. in Polit. Imp. P. 2.* [2.] Consistunt in *Insignium*, der Reichs-Kleinodien und Pontificialien, *Impositione & Traditione*, quæ est quasi in possessionem Regni missio, arg. §. 47. ubi

ubi Dd. *Instit. de Rer. Divis.* Sunt autem hodiè sex, nimirum DIADEMA sivè CORONA, eaque clausa, quam Caroli M. vulgò, (sed rectius Conradi I.) vocant, estque non ferrea, nec argentea, ut nonnulli autumant, sed ex purô puto aurô fabrifacta, & pretiosissimis gemmis ornata, teste *Hart. Maur. de Corona. Car. V.* apud *Goldast. in Polit. Imp. P. 3. Dist. 3.* aliisque, qui nuperrimæ Coronationi JOSEPHI interfuerunt, und soll dieselbe 14. Pfund wiegen/ und einer kleinen halben Ele hoch seyn. Accuratam ejus descriptionem vide sis apud *Multzium in Repræsent. Majest. Imperat. P. 2. Cap. 25. §. 100.* Deindè SCEPTRUM, antiquissimum apud omnes gentes Regiæ Dignitatis signum & Clementiæ nota. Pòst ANNULUS. Porrò POMUM AUREUM CRUCIGERUM sivè GLOBUS SPHÆRICUS, quô denotatur Imperatoris Possessio in terrâ universâ, quæ videt Orientem & Occidentem Solem, & quæ ex utroque est latere, sec. *Bald. in Authent. Habita C. pro Patre.* Et ab omni ferè antiquitate signum universalis Imperii iste fuit, *Carol. Pascal. Lib. 9. de Coronat. Cap. 21.* quem etiam Augusti Statua manutenens Romæ visitur. De ejus Origine multa collegit *Thulemar. de Octov. Cap. XV. §. 18. seqq.* Posthæc GLADIUS, index justitiæ & insigne superioris potestatis, quem à Carolô M. traditum dicunt: Antiquioribus Imperatoribus fuit *Pugio*. Et denique AMICTUS, qui est *pallium* sivè *paludamentum*, gemmis & margaritis pretiosissimis decoratum, cui Aquilæ aureæ phrygio opere intextæ sunt, quodque à Carolo M. huc usque durasse dicunt, *Stola aurea, Amiculum rubri Coloris, Chirothecæ* unionibus ornatæ, & ex purô aurô textæ, *Sandalia, Tibialia & Cingulum*, quæ cuncta in Sacello induit Imperator sivè Rex Rom. Quod ornamentum cum Insignibus Imperialibus Norimbergæ, *Capsula* autem, in quâ *Sanguis* sivè *Oleum S. Stephani* inungendo Imperatori consecratum reservari dicitur, itemque *Gladium* Caroli M. ad formam Hungarici factus cum pendiculo, & *Libro quatuor Evangeliorum* aureis literis scripto, qui in sepulchrô Caroli M. repertus esse dicitur, Aquisgrani à Magistratibus summâ cum diligentiâ & Veneratione ab aliquot retrò annis in hunc usque diem adservantur, eaque cuncta Sigismundum Imperatorem iis custodienda tradidisse ferunt, quæ

Aquisgranenses (salvis ipsorum juribus) & Norimbergenses jussi per eorum Legatos imminente Coronationis die ad locum Electionis propriis sumtibus deferre, & Collegio Electorali gegen hergebrachten Revers tradere tenentur.

XIII. Hæc autem omnia à Dominis Electoribus Secularibus vel ab eorum Legatis, Imperatori sivè Rom. Regi, pomposo distinctoque Comitatu Templum adeunti (quod communiter horâ nonâ fieri solet) præferuntur, & postmodùm ipsi ab Ecclesiasticis Electoribus ibi traduntur. Peractâ enim Unctione in Sacristiâ vestiunt Regem supradictis Pontificialibus Electores Ecclesiastici, quibus plerumque Regii Cameræ Ministri aut alii adsistunt, wie dann bey der Krönung des Röm. Königes Josephi die Nürnbergische Herren Abgesandten in der Sacristey aufgewartet / und die Pontificialien denen Herren Churfürsten zugelanget. Quô factô à Dn. Consecratore & suis Adsistentibus Gladius Car. M. ei traditur, postmodùm in vaginam reconditus à Bavaro ipsi accingitur. Deindè Regem Annulô regiæ dignitatis Consecrator dispensat, zum Zeichen / daß Er hierdurch mit dem Reiche vermählet werde. Pôst Sceptrum in dextram, Pomum Imperiale verò in sinistram ei tradit. Tandem paludamentô indutô, (der Käyserl. Löwen-Mantel oder Pluviale) Capiti ejus imponitur Corona. *Ita* insignitus Rex Insignia Electoribus Secularibus vel eorum Vicariis reddit, & ad aram accedens tactô Evangeliô juramentum præstat. Quô præstitô incipit Consecrator solennem Missam, & Rex sacrâ Synaxi sub unâ specie utitur, ut publicè testetur se Romano-Catholicæ Religioni esse addictum. Denique sequitur Inthronisatio, quæ est quasi in plenam Regni possessionem Missio, da der Käyser nach also vollbrachter Krönung und angenommener Gratulation, welche Chur-Mayntz nomine totius Collegii Electoralis ableget / auf den / an stat Caroli M. Aachischen Stuhls / zubereiteten Käyserl. Stuhl / durch die Herren Churfürsten / oder Dero Abwesenden Gesandten / erhoben / und zu Empfahung der Possession des Reichs ordentlich inthronisiret wird. In quo Imperiali Solio sedens ense Caroli M. Equites creat, qui Solium accedentes in genua procumbunt vultumque in terram convertunt. Rex Rom.

au-

autem tergum eorum ſtricto gladio leviter tangit. In noviſſima JOSEPHI Coronatione 22. Equites ita creati dicuntur. Et ſolent hi plerumque vocari **Ritter ohne Mühe**. Poſteà duo Canonici Aquisgranenſes ſub Juramento & certis ſolennibus Imperatorem ſ. Regem Rom. in Canonicum Eccleſiæ B. Virginis vel D. Petri recipiunt, pro qua Receptione in hoc Sodalitium Canonicorum certam pecuniæ vim, nempè 57. aureos Rhenanos & præterea tres currus vini optimi, drey Fuder Weins/ ſolvit. Si verò Coronatio non Aquisgranô, ſed aliô locô peragitur, nihilominus ſemper duo Canonici ibi mittuntur, quibus Cæſar iisdem ſolennibus juramentum, quod refert *Limn. Tom. V. ad. Lib. 2. c. 7. §. 39.* non quidem ut Imperator, ſed ut membrum Eccleſiæ B. Mariæ Aquisgranenſis præſtare tenetur. Quibus omnibus ſic peractis, Imperator Dalmaticam Veſtem, das Pontificial-Gewandt / & Sandalia deponens, Coronâ Palliôque Cæſareô ſervatô, cum Dominis Electoribus Eccleſiam relinquit, in ſolenni proceſſione eundo aut equitando repetens Curiam. Repetitâ Curiâ Solium præparatum adſcendit Imperator cum Electoribus & feneſtras occupat & ſedes, & tunc Electores muniis ſuis, quæ in ſolenni iſtiusmodi Coronationis Imperatoris vel Regis Romanorum Actu iis peragenda, ordine defunguntur. De quibus illuſtriſſimis officiis, in quibus videlicet iſta conſiſtunt, & quibus ritibus expediuntur, mox in ſubſequenti Diſcurſu ſingulatim acturi ſumus.

XIV. Cœterùm Solennitates & Cæremoniæ circa hunc Actum quæ ſint, videre eſt apud *Spreng. Jurisprud. Publ. p. 176. ſeqq. Gottfried de Jena in Diſſert. de Elect. Imp. Diſp. 2. Henr. Gunth. Thulem. de Octovir. Cap. 25. Paſtor. in Laur. Act. Publ.* ubi Imperatoris LEOPOLDI Coronatio habetur, & *Aut.* **der Kronen zur Zierd und Schutz des H. R. Reichs**/ qui veram & genuinam moderni Regis Rom. JOSEPHI, ut & Imperatricis ELEONORÆ THERESIÆ Coronationes exhibet, quò benevolum lectorem remittimus. Non patitur enim inſtitutum noſtrum iſta plenius hic exponere.

DISCUR-

DISCURSUS IV.

De *Officiis Electorum Hæreditariis.*

I.

NE Splendori & Amplitudini Collegii Electoralis quicquam desit, præter jus Eligendi, Capitulandi, Coronandi, singuli Electores jure superbiunt peculiari quoque augustô officiô, non quidem in Aulâ quotidianâ Cæsaris obeundô, ubi aliæ generosi stemmatis personæ ordinariæ, quæ ejusmodi muniis defunguntur, sed in Celebratione Curiæ Imperialis, Comitiis Imperii, & aliis hujusmodi Conventibus Panegyricis, (licet hodiernis moribus Imperatores ibi raro pompâ istâ utantur) imprimis hodiè in solenni Coronationis novi Regis Rom. vel Imperatoris Actu, *A. B. Tit. 25.* quæ vocantur hodiernô Curiæ stylô, die hohe Ertz- und Erb-Aembter der Churfürsten. Suntque, ut publicè novimus, Officium *Archi-Cancellariatus*, quod est Electorum Ecclesiasticorum, & quidem Moguntini per *Germaniam*, Coloniensis per *Italiam*, Trevirensis per *Galliam & Regnum Arelatense*: *Archi-Pincernatus* Regis Bohemiæ, *Archi-Dapiferatus* Bavari, *Archi-Marschallatus* Saxonis, *Archi-Camerariatus* Marchionis Brandenburgensis, *Archi-Thesaurariatus* Comitis Palatini Rheni, & denique *Archi-Vexilliferatus* novi Electoris Hannoverani, quô de tamen adhuc controvertitur, ut mox infrà audiemus. In quibus tàm illustrissimis Officiis imperialibus Digni-

Dignitas & Eminentia Electorum omninò haud parum splendescit: Quemadmodum in Corpore humanô membra tantò nobiliora reputantur, quò excellentiori functione Capiti inserviunt. Hæc autem Electoralis Amplitudo in sublimi magis erit conspicua, si singulatim, in quibus ista officia consistunt, & quibus ritibus peraguntur, exposuerimus.

II Proindè quod primùm Archi-Cancellarii munus attinet, est illud, ut diximus, penes Electores Ecclesiasticos sivè Archi-Episcopos, qui exindè Archi-Cancellariorum nomine gaudent. Quod autem iis potissimum hæc Dignitas fuerit commendata, vel indè est, quod istis temporibus, quibus orti sunt, omnis penê eruditio in Claustris Monachorum latuerit: Vel ex minimè ferendâ superstitione Principum erga Religionem & Religiosos, prosperum rerum eventum sibi spondentium, si in negociis civilibus primas partes illis tribuerent, *Pet. Heig. P.1. Qu.4. §.61. Dieter. ad.* A. *B. Tit.28.p.112.* add. *Castel. de Stat. Publ. Europ. Cap.9. §.9.* qui adhuc aliam hujus rei adducit rationem. Et quoniam Imperium Francicum tria sub se continebat Regna, *Teutonicum* nempè, *Gallicum & Italicum*, quæ Corpori Occidentalis Imperii ordinatione Caroli M. inserta, ex singulô Regnô Archi-Cancellarius, qui cujusque ejus negocia fideliter & dextrè curaret, fuit electus: idque ideò, damit alle Unterthanen ihre Nohtdurfft in ihren Sprachen anbringen und vermercken können / daß Ihr Haupt aller des Reichs Unterthanen Geschäffte Ihm angelegen seyn lasse / *Lehman. Chron. Spir. Lib.2. Cap.7.* Hinc posteà, cum ad hos tres ad Rhenum Pontifices, quos Archi-Episcopos (quasi Principes Episcoporum, qui universæ Provinciæ, plures Civitates Episcopales continenti, sunt præfecti) vocamus, privativè, ut ita loquamur, dignitas ista delata, quoties Imperator Italiam ingrederetur, Archi-Episcopus Coloniensis ibi fungebatur hoc munere, & Privilegia vel Diplomata Imperialia suô nomine subsignabat & edebat: Si in Germaniâ moraretur, id munus obtinebat Moguntinus: quoties verò in Galliâ, Trevirensis, *Onuph. Panv. de Comit. Imper. Becker Synops. Jur. Publ. Lib.3. c.6. p.m.200.* Undè ille per *Italiam*, A.*B. Tit.3. §.2.* iste per *Germaniam* A.*B. Tit.2. §.2, Tit.3.§.3.*

Hic per *Galliam & Regnum Arelatense*, A. *B. Tit. 1. §. item* Archi-Cancellarius dictus. Quæ ſubſcribendi & ſubſignandi conſuetudo duravit usque ad Frid. II. ſecula, deinceps in deſuetudinem abiit. Verum hodiè, poſtquam Colonienſis pariter ac Trevirenſis poteſtas quodammodò exſpiravit, iisque præter nomen vix quicquam amplius remanſit, ut mox explicaturi ſumus, Moguntinus omnium confeſſione Archi-Cancellarius unus & ſolus effectivè, cujus Archi-Cancellariatus, in ipſis rerum argumentis apparens & adhuc illæſus in viridi praxi viget tàm in Comitiis Imperii aliisque Conventibus, quàm in Camerâ Wetzlarienſi & Judiciô Aulicô, Vid. *Inſtr. Pac. Art. 5. §. 20.*

III. Itaque jure hujus, ut olim, ita & hodiè competit ipſi per Germaniam, imò nunc in effectu per totam Rempublicam *Signatura Decretorum Imperialium* in Comitiis & Conventibus aliis Imperii nomine publicandorum, quæ omnia primus ſubſcribit & ſubſignat, (nihil enim à Cæſareâ Majeſtate ſubſcribitur, niſi primò à Secretariô, locô inferiore, & deindè ab Imperii Cancellariô, locô mediô, Subſcriptio facta) & quidem vel ipſe, vel per ſuum Imperii Vice-Cancellarium, quod imprimis fieri videmus in Cancellariâ Aulæ Cæſaris, in die Reichs-Hof-Cantzley/ ubi, cum ipſe Dn. Elector præſens muneri eſſe nequeat, vices ejus ſuſtinet Vice-Cancellarius, hodiè *illuſtris Comes Leopoldus Ludovicus in Kœnigseck*, Sac. Cæſ. Maj. Conſiliarius intimus, cujus merita in hoc officiô ampliora ſunt, quam ut eorum Encomio quid addendum ſit. Cui Conſequens eſt, apud eundem (ſcil. Moguntinum) *Archivum Imperii publicum* ſivè *Chartophylacium*, quô omnia publica Imperii Acta, Documenta & Monumenta varia, (ſi exceperis unum Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, cujus Originale Exemplar Electori Saxoniæ, ut in chartophylacio ſuo cuſtodiat, tum temporis traditum eſt, licet Directorium Moguntinum contradicere voluerit, *Fritſch. Part. 2. Elect. Jur. Publ. Cap. 14. §. ult.*) Annales, Hiſtoriæ rerum geſtarum, Libri Legum, Statutorum, Privilegiorum ac Jurium Imperii, Fœdera, Legationes, aliaque quæ nomine publico tractantur, ut & Matriculæ Imperii, continentur, *Moguntiæ* adſervari, quod tamen pro parte *Erffurtum*, immi-

imminente præsenti bellô, translatum est. Dirigit quoque idem *Consilia Statuum* in Comitiis universalibus aliisque Imperii Conventibus, ad quos Ordines convocat, *Lundorp. Act. Publ. Tom. 4. Lib. 4. p. 856.* Quod jus summi Directorii in Diætis Imperii universalibus Elector Saxoniæ tanquam Imperii Archi-Mareschallus sibi etiam vindicar, si Diætâ adhuc durante animam efflat Moguntinus Elector, idque vi pactorum, quæ quondam cum Moguntino Electore & reliquis Electoribus iniisse legitur, Conf. *Thulemar. in Octovir. Cap. 28. §. 10.* Solus loquitur in Propositione Comitiali, & Cæsari respondet nomine Electorum & Statuum, prout etiam ipsius Cancellarius & Secretarius tantùm Mensæ adsident im Saal bey der Proposition und Abschied des Reichs-Tages/ wie auch bey dem Wahl-Tage. Concipit porrò Moguntinus *Conclusa Imperii*, vulgò die Reichs-Gutachten / & in Formam alicujus *Recessus* ista redigit, *Conring. Exerc. de Comit. Imper. Th. 59.* Insuper *Mandata & Literas Fidei* sivè *Credentiales*, quas Electorum Principales Legati in Comitiis & aliis Conventibus per Secretarios hodiè in ædes directoriales ad legitimandas personas suas mittunt, & desuper testationes expetunt, accipit, & quidem vi Transactionis in Comitiis Anno 1678. factæ, vicissim per suum Secretarium. Legati verò Principum it. Prælatorum, Comitum & Civitatum, Mandata sua in personâ præsentant Moguntino, qui, retentâ Copiâ ad Acta Imperii seponenda, Originale cuilibet Legato restituit. Pari ratione Directori Moguntino soli Exteri Legati, Ablegati (Envoyeés,) Residentes & Agentes suas res primùm exponunt, literas Commendatitias exhibent, Mandata repræsentant & Expeditionem expetunt. Quid? quod ipsi ejusque Directorio tradantur Electorum, Principum & Ordinum Imperii Literæ Memoriales, Desideria, Commonitoria, Postulata & omnes omnium Petitiones & Supplicationes, es wären dann Feindes oder andere verdächtige Briefe. Quem in finem olim in Comitiis erat *Senatus Supplicationum*, in quô Statuum querelæ semper proponebantur, qui autem hodiè, cum summâ tamen Statuum Evangelicorum displicentiâ, exolevit, & querelæ hujusmodi & Supplicationes exhibentur Directorio Moguntino, vel *Memoriale*

Cæsari offertur, qui rem per Cancellarium ad Status remittit. Illud tamen hôc locô meritò meretur notari, daß Chur-Mayntz/ um mehrers Glimpfs und weniger Verdachts willen/ sich bey denen andern Churfürsten oder deren Rähte (ab initiò scil. Comitiorum) pfleget Bescheids zu erhohlen/ was Er sich in Annehmung der Supplicationen zu verhalten/ damit dadurch die Ordinar-Reichs-Sachen nicht verhindert werden/ uti annotavit *Pancrat. Lampad.* in seinen **Politischen Reichs-Händeln** *Art. 46.* Similiter in Aulâ Cæsaris omnia Memorialia omnesque Supplicationes pro impetrandis quibuscunque Indultis, Gratiis, Privilegiis, &c. suo Imperii Vice-Cancellario offeruntur: Et licet nonnunquam ipsi Imperatori in manus porrigantur, tamen Cæsarea Majestas istas Vice-Cancellario statim transmittere solet, ut eas perlustret, an ad Consilii Secreti vel Intimi, des Käyserl. Grossen Rahts/ des Käys. Geheimbten Rahts/ an Aulici deliberationem pertineat; Ita enim sonant verba **der verneuerten Reichs-Hof-Rahts-Ordnung** *Ferd. III. Art. 3.* Alles andere/ es seyn verschlossene Schreiben/ oder was keine gerichtliche Procesß-Sachen belanget/ soll Unsern Reichs-Hof-Vice-Cantzlern/ wie von alters Herkommen/ eingereicht werden; Welcher darauf diejenige Schreiben/ so im Reichs-Hof-Raht zu berahtschlagen/ signiren/ und in einem verpitschirten Fasciculo, Unsern Præsidenten jederzeit zuschicken solle.

IV. Posthæc Moguntinus Collegii Electoralis est *Director & Decanus*, uti ita dicitur ab Imp. Sigismundô apud *Lundorp. Act. Publ. Tom. 2. Lib. 1. T. 2. § 22.* & non solùm mortem Imperatoris Electoribus indicat, ad Electionem istos convocat, A. *B. Tit. 1.* §. **Wann es darzu kommen/ &c.** juramentum ab ipsis recipit, welches doch zu erst von Ihm præstiret werden muß/ vota colligit, ad majora vota concludit; sed etiam Electionem factam pronunciat. Ipse quoque Conventus Electorales indicere solet, & finem ipsis imponit, dimittitque Electores eorumque Legatos, qui ad Comitia Electoralia se stiterunt, quippè cum hoc ad Officium Decani, & primum locum habentis, pertineat. Ulteriùs solus in Archi-Cancellariatus sui *Consilium Aulicum* visitat, toties quoties opus fuerit, uti expressè in *Inst. Pac. Cæs. Suec. Art. 5. §. 26. & Cap.*

& *Cap. Leopold. §. 42. & Joseph. Art. 39. 40. 41.* cautum; in quibus disparitas est à Capitul. Ferd., ubi dicitur, Sacratiss. Imperat. simul cum *Moguntino* visitaturum esse. Addit Auctor der Grundfest/ *Moguntinum* debere aliquot Principes adjungere in Visitationem; Sed cum Additio ista ab illo tantum fiat privatâ autoritate, ideò etiam nullius est momenti. Consilii Aulici Cancellaria quoque soli Moguntini directioni est subjecta, cujus defectus reformat: Ejus quoque Officiales omnes, Vice-Cancellarium, Secretarios, Protonotarium, aliasque personas, quæ Cancellariæ operam dant, constituit, undè post Cæsarem juramento ipsi obstringuntur, Vid. *Cap. Leopold. Art. 40. & noviss. Joseph. Art. 39.* ibi: Wollen auch in Bestell- und Ansetzung Unser Reichs-Hof-Cantzley gehöriger Persohnen/ Unserm lieben Neven dem Churfürsten zu Mayntz/ als Ertz-Cantzlern durch Germanien/ in der Ihme allein disfalls zustehenden Disposition, unter was Vorwandt es seye/ keinen Eingriff oder Verhinderniß thun/ darin einigen Ziel oder Maß geben. Adsessores autem Cæsar solus ibidem constituit, cui proindè etiam hodié soli juramento obligantur, uti ex Formulâ Juramenti & §. **Und weiln dann allein Uns** ꝛc. *Tit. 1.* **R. H. O.** apparet, testaturque contra *Michael. Wehner. in Observ. verb.* **Hofgericht.** *Franc. Frid. ab Andler. Sac. Cæs. Maj. Cons. Imp. Aulicus Jurispr. Lib. 2. Tit. 1. P. 1. §. 8.* Taxas verò Cancellariæ solus temperat, easque regit, *Art. 45. d. Capit. Leopold. & 44. noviss. Joseph.* Proptereà in Aulâ Imperiali hodiè Taxatorem habet, qui ipsius Residens plerumque est. Nec Imperator quid de istâ Taxâ remittere potest, cum Elector *Moguntinus*, & reliqui, qui de eâ participant, jus quæsitum habeant. Prætereà solus Cancellariam in Camerâ Imperiali Spirensi (hodiè Wetzlariensi) Cammer-Gerichts-Cantzley quoque regit, ejusque *Ministros*, Præfectos Cancellariæ, Protonotarios, Notarios, Lectores, Ingrossistas, Copistas, Receptores und andere Cantzley- und Leserey-Verwandte/ quibus secreta Consilii committuntur, pariter suo arbitrio eligit, eæque isti juramento obligatæ sunt, *O. C. P. 1. Tit. 16.* **R. A. zu Regenspurg** *de Anno 1654.* §. *104.* Hisque personis omnibus *Moguntinus* exsolvere tenetur, *Ord. Cam. P. 1. Tit. 44. pr.* & quidem ex debitis seu taxis Cancellariæ, von der Cantzley-

Gebühr / von den Cantzley-Gefällen / quæ ipsi tanquam Archi-Cancellario Imperii competunt. Hæc Debita si solvendis salariis non sufficiant, *M*oguntinus in sufficientiam supplere tenetur, contra abundantiâ eveniente eidem relictâ. Nec minus defectus & vitia à quavis personarum Cancellariæ sub fide juramenti, quô Judicio Camerali devinctæ, explorari atque vigore Ordinationis corrigi curat. Personas Correctionem meritas punit, salvâ tamen Judicis atque Adsessorum potestate, illas pro modo delicti (si illius magnitudo atque gravitas id exposcat) juxta Ordinationem puniendi. Porrò Acta Cameralia cum uno aut altero Consiliario revidet, damit alle dabey befindliche Mängel / wie auch der Protocollen / und deren mehr emsigern Completuren halber / förderlichst remediret werden / *d. R. A. de anno 1654. §. 104.* quem in finem etiam ipsi competit hujus Cancellariæ Cameræ visitatio. Imò Judicium istud & reformat quandoque: Curias Camerales dirigit: Præsidum absentium, quorum per *Instr. Pac. Art. 5. §. 52.* quatuor constituti, hodiè tamen unus tantummodò Augustanæ Confessionis, & unus Catholicæ Religionis habetur, vices supplet; Nam si Judex, Caput Judicii Cameralis à Judicio absens est, quemadmodùm sæpè id accidit, si nimirum vel Morbo, vel Negociis in Provinciis suis detineatur, partibus ejus funguntur Præsidentes. Quòd si verò nec Judex, nec unus ex Præsidibus in loco sint, Officium Judicis competit Electorali Moguntino Adsessori, qui *Vice-Præses* nominari consuevit. Solus quoque Moguntinus præest Judicio Revisorio Cameræ, *R. J. de Anno 1654. §. 125.* ad quod ii, qui per iniquitatem aut negligentiam Adsessorum læsos se existimarent, provocare & Revisionem petere possunt, *O. C. P. 1. Tit. 51.* quapropter & Libelli, quibus Revisiones hodiè secundum *dict. R. J. de anno 1654. §.* in Fällen *125.* intra quadrimestre à die latæ sententiæ sub pœnâ desertionis petuntur, quorum formulam vide apud *Schwannem. L. 1. Processf. Camer. C. 75. & Blum. in Suppl. Cam. T. 18. §. 1. & 2.* ipsi, vel eô in causa interesse habente, Trevirensi, ipsô Moguntinô id olim deprecante, Vid. *R. J. de anno 1555. §. 99.* offeruntur. Pariter si dubium in Imperiô emergat, Circuli aut Status illud Moguntino communicant (müssen

die

die Information Ihn darüber zu schicken) quò illis, quorum interest, communicat; Et in *R. J. Ratisbon. de anno 1603. §. 52.* ipsi etiam datum, decem Circulos super re monetariâ convocare. Denique Moguntinus, ut Imperii Archi-Cancellarius est etiam *Protector Postarum Imperialium*, ita Elector ad Imperatorem sub dato d. 27. Maji 1627. Dieweil deroselben allergnädigst bewust / daß Sie und Ihre Lobseligste Vorfahren / Röm. König und Käyser mir und meinen löblichen Antecessoren / Bischoffen und Churfürsten zu Mayntz / als Ertz-Cantzlern in Deutschland das Regal und Protection über das Postwesen im Heil. Röm. Reich / und was demselben anhängig / allergnädigst anbefohlen / rc. Cujus Protectionis vigore totus in eo esse debet, ut Postis sua conserventur Privilegia: Ea de causâ suas emittit dehortationes contra eos, qui quid iniqui vel detrimentosi contra Postas moliri conarentur, cujusmodi videre licet apud *Hornick. Tr. de Jure Post. c. 6. Theo. 2.* Dahero auch dessen Ministri von allen Brief-Porto frey sind. Et quæ plura adhuc Jura in auctoramentum Cancellariatus Germaniæ Moguntino competunt, de quibus Conf. *Spreng. Luc. Stat. p. m. 100. Gastel. de Stat. Europ. Publ. Cap. 9. §. 44. Baecl. Not. Imp. Lib. 6. Cap. 5. p. 96. Pancrat. Lampad.* in **seinen Politischen Reichs-Händeln** *Art. 2. & 3.* ubi prolixè explicat, was Chur-Mayntz vermöge seines Cantzler-Amts bey Absterben neuer Wahl eines Röm. Käysers / it. in andern Reichs-Collegial- und Deputation-Tägen obliege. Add. *Spener. Op. Herald. P. Spec. lib. 1. C. 64. §. 18.*

V. His verò Juribus ac Dignitatibus Archi-Episcopi Coloniensis pariter ac Trevirensis hodiè destituuntur, quorum Officium Cancellariatus modernâ ætate planè fermè exolevit. Audit quidem gloriosissimè Coloniensis adhuc Archi-Cancellarius per *Italiam*, des Heil. Röm. Reichs durch Italien Ertz-Cantzler / sivè *trans Alpes*, uti in Diplomate quodam de Ao. 1275. legitur: Wir Sivert / Ertz-Bischoff von Cölln / des Reichs von Overberg Cantzler / teste *Frehero in Not. ad Pet. de Andlo Lib. 2. Cap. 1.* h. e. per Regnum Longobardorum & reliquias Veteris Romani Imperii, uti explicatur *à Conring. Exerc. de Septemv. Th. 43.* sed omninò præter Titulum hodiè vix quicquam ei superesse videtur: non quidem, quod

quod vanum & planè inane ipsum Archi-Cançellarii Italiæ nomen sit, ut nonnulli absurdè statuunt, cum Regnum Italiæ variè quanquam hodiè dilaceratum, so das nicht zu leugnen / daß von den vorigen Röm. Käysern Deutscher Nation viel Städte in Italien Ihre Freyheit theils erkaufft / theils auch sonst geschenckt bekommen / & sic quoad onera & contributiones nunc fermè exemtum, nihilominus etiamnum ad jurisdictionem Imperatoris ut Regis Italiæ pertineat, eique in istud competat supremum atquè directum Dominium, id quod testantur varia feuda Imperii in Italia sita, v. g. Ducatus Mediolanensis, quem ab Imperio tenet Rex Hispaniæ: Ducatus Mantuanus, qui ante Duces gubernabatur per Vicarios Imperatoris, hodiè ad Duces de Gonzaga spectat: Porrò Marchionatus Montisferratum, qui jure quidem antiquo & Instrumento Pacis Monasteriensi pertinuit ad Ducem Sabaudiæ, Jure autem matrimoniali ac Detentionis ob debitum detinetur à Duce Mantuano: Ducatus Parmæ & Placentiæ, quos Carol. V. Imperator Paulo III. Farnesio permisit, ut daret Petro Aloisio, filio naturali, sed jure Vasallitico: Item Ducatus Modenensis, Marchionatus Finalis, Insula Elva & id genus alia, ita, ut non pauci Italiæ Principes Imperii ac Imperatoris Majestatem comiter observent, se jura Imperii habere glorientur, imò tanquam Imperii Vasalli Investituræ renovationem ab Imperatore petere necessum habeant, ac præteritis Imperii turbis intestinis aliquoties extraordinaria Collatione Imperatoriæ Majestati subvenerint. Imò in moderno Bello Gallo-Sabaudico Imperii nostri Romano-Germanici jura in his Italiæ Provinciis ab Imperatore nostro LEOPOLDO in universali ferè & cum effectu sunt vindicata, dann die Käyserl. Armee hielte selbige Lehn-Leute an / nicht allein würckliche Quartier zu geben / sondern auch ein grosses Geld zu dero Verpflegung herzuschiessen. Und mag dieses gewiß den König in Franckreich nicht wenig schmertzen / daß Er / nemlich durch seinen unbesonnen Krieg in Italien / den Käyser zu Vermehrung seiner Hoheit und Gewalt solche gute Gelegenheit hat gegeben / und gleichsam behülfflich seyn müssen. Quid? quod adhuc hodiè urbs Roma & ea Italiæ pars, quam ex donatione Cæsarum accepisse Pontifices per meram fictio-

fictionem falsò adserunt, nec præscriptione, nec aliô legitimô aliquo titulô Imperii Germanici Juribus excidit, adeò, ut etiam *Anton. de Rosellis in lib. de Monarchiâ* scribere non dubitaverit, quod Pontifex in dictis bonis tantùm utile dominium jurisdictionis habeat, cum directum sit penes Imperatorem, vel ut *Bodin. de Republ. C. 9. p. 213.* ait, Pontifices Cæsarum Vasallos esse: Et *Conringius toto Cap. 13. Tract. de Germ. Imp. Rom.* contendat, Imperii urbis Romæ, & eorum quæ indè pendent jura, etsi à Papa omnibus modis sint convulsa, etiamnùm ad Germaniam pertinere. At enim verò, quod attinet ipsam Archi-Cancellariatus functionem per varios istos Italiæ Principatus & circa ea, quæ hæc Italiæ feuda concernunt, in possessione ejus hodiè Moguntinus est constitutus, ita, ut Acta & Res ad negocia Italiæ spectantes ad Moguntinum non Coloniensem pertineant, qui per peculiarem quendam Vicarium, aut ejus Vice-Cancellarium earum Expeditionem administrare dicitur; prout etiam in Archivô Imperii, quod vi Archi-Cancellariatus sui penes ipsum solum est, adservat omnes Res & Acta, quæ Status & Provincias Italiæ concernunt, quæque supersunt ex Galliis. Quod ipsum an Coloniensis æquô animô ferat, solôque Archi-Cancellariatus Titulô contentus vivat, meum non est judicare. Hoc certum, quod Moguntinum ea de causa non adeò serenô vultu adspiciat, quod inter cœtera etiam satis apparuit in dissensione ac controversia circa Capitulationem LEOPOLDI Art. 12. inter ipsos enata.

VI. Et sanè de Archi-Episcopo Trevirensi pœnè eadem quæ de Coloniensi sentienda. Gaudet enim & iste nudô sine re Titulô Archi-Cancellarii per *Galliam & Regnum Arelatense*, à præcipuâ urbe Arelate, hodiè Arles (quæ non procul à Mari Mediterraneô, qua Araris & Rhodanus simul unum facientes mare illabuntur) dictum, des Heil. Röm. Reichs durch Gallien und das Königreich Arelat Ertz-Cantzler; quod per reduplicativam explicat *Marquardus Freherus ad Pet. de Andlo Lib. 2. c. 1. p. 169.* quatenus Gallia Regno Arelatensi continetur: quam explicationem tamen rectè rejicit *Limnæ. J. P. Lib. 3. c. 5. §. 2. & 3.* & in *Annotat. ad Proem. Capit. Car. V. verb.* auch *Gallien §. 6. seqq.* eo quod verbis: Durch

Gallien und Arelaten / non ſatis apta videatur. Facilius rem omnem expedit *Conring. de Fin. Imp. Cap. 8. ferè in fin. & Exercit. de Septemv. Th. 43.* ubi iſtis nominibus non integram Galliam, ſed quicquid ejus ad Burgundicum Regnum ampliſſimum pertinuit, quod Seculo XI. ſub Conrado Salico i. e. Franco Imperatore à Gallis Germaniæ jungi cœpit, intelligi cenſet, quod Regnum Burgundiæ partem eſſe Regni Arelatenſis conſtat, cum iſtud varias olim complecteretur Provincias, Delphinatum, Tractum Sequanorum, ſivè Comitatum Burgundiæ, totam Helvetiam, Sabaudiam, Lotharingiam & magnam Galliæ Lugdunenſis partem, *Beck. Synopſ. J. P. lib. 3. c. 6. p. m. 207.* add. *Limn. ad A. P. C. 1. §. 12. Obſ. 6.* Aſt hic diſcurſus hodiè ferè vanus & inutilis, cum nec Gallia, nec Regnum Arelatenſe, quidquam Germanico deferat Imperio, poſtquam plurima ex parte illud Galliarum Reges maximè hoc ſeculo ſub poteſtatem redegerunt, & noviſſimis etiam bellis inter Imperatorem, Hiſpanum & Gallum geſtis ejus adhuc reliquias modernus Rex Franciſcus XIV. ſuo adjecit Imperio, nimirum Tractus & terras Lotharingiæ, Marchionatus Pontis, Montis, Numeni: Comitatus Blanckenberg, Falckenſtein, Clarimont: Marchionatus Hattonis Caſtri, & Advocatiam Tollejæ & Monaſterii in Rumelsberg, quæ omnia feuda erant Imperii, nunc tamen de facto à Rege Galliæ occupata, & procul dubio Coronæ Gallicæ incorporatæ ſunt: Itemque Comitatum Burgundiæ, vulgò la Franche Comté, quem è Tractatibus Pyrenæis & noviſſimâ Pacificatione Noviomagenſi cum Rege Hiſpaniarum ſancitâ & concluſâ accepit. Num autem Rex Hiſpaniæ hiſce Pacificationibus omni juri ceſſerit, viderint alii. Ut adeò Archi-Cancellariatus *Galliæ & Regni Arelatenſis* hodiè inanis ſit Titulus omni poteſtate deſtitutus, atque ſic omninò Trevirenſi præter nomen nihil remaneat. In Capitulat. Ferd. IV. Leopold. & noviſſ. Joſeph. *proëm.* omittitur etiam *Regnum Arelatenſe*, & ſolius Galliæ mentio fit. Et ſi fortè quid Regni Arelatenſis etiamnùm poſſideat Germania, vel jura in illud ipſum noſtro Imperio adhuc ſint integra, ut *Conring. Lib. de Fin. Imp. Cap. 24.* oſtendere conatur, ac ideò inanem prorſus Archi-Cancellarii Titulum eſſe aut vanum in *Diſſertat. de*

Offi-

Official. Imp. th. 10. negat; Nihilominus tamen Dn. Elector Trevirensis Archi-Cancellarii Officium non amplius hodiè exercet, neque peculiari Galliæ Archivo utitur, sed quicquid ex Gallia, quod tamen admodùm exiguum est, nomine Imperatoris vel Imperii expediendum, à solo Moguntino promovetur ad expeditionem, & ab eo quoque, quicquid ea ratione Archivi superest, adservatur, *Ahasv. Fritsch. Tract. de Jure Archivi & Cancellariæ Cap. 4. §. 17.* Quemadmodum nec anteà in supradictis Regni Arelatensis reliquiis istud Officium Trevirensis exercuit, dum Electores *M*oguntinenses jam tum Archi-Cancellariatum suum extenderunt & in illas Provincias, quo de superiori jam seculo lis mota est. Et quamvis Trevirensis in jure hìc sine omni dubio prior, tamen Moguntinus in possessione mansit potior, atque hactenus ut Coloniensis ita & Trevirensis Archi-Cancellariatus munus exercet. Id quod tamen & molestè ferre Electorem Trevirensem quilibet conjicere potest, undè quoque in hunc usque diem contra hanc rem protestatur. Quicquid verò sit, manet nihilominus hac ratione Moguntinus hodiè Archi-Cancellarius unus & solus effectivè, per omne id quod est ditionis nostri Imperii Romano-Germanici.

VII. Attamen illud inter cœtera hi Archi-Principes Ecclesiastici omnes intuitu suorum Archi-Cancellariatuum etiamnùm habent peculiare, quod eorum quisque in suo Archi-Cancellariatu, quoties in Celebratione solennis Curiæ Imperialis & Coronationis Actus Imperatorem vel Regem Rom. processionaliter ambulare contingit, gerat omnia sigilla & typaria imperialia ac regalia baculô argenteô 12. marcarum, (quamvis hodiè in majorem valorem adscendere soleat) cujus partem tertiam quilibet Electorum Ecclesiasticorum persolvet, appensa, *A. B. Tit. 26.* Deindè quoque ingresso Imperatore vel Reg. Rom. ad Mensam, wann ein Römischer Käyser in seiner Majestät zu Tische sitzet und öffentlichen Hof begehet / cum cœteri Electores Seculares munia sua impleverint, iidem Archi-Episcopi omnes stantes ante Mensam Imperialem cum cœteris Prælatis benedictionem dicunt, & quidem unô verbis præeunte, cui reliqui duo respondent, aliaque ad DEI cultum pertinentia curant. Et ne inter ipsos di-

disceptetur in faciendis precibus & agendis gratiis, Aureâ Bullâ cautum, ut primâ die hæc omnia primus agat, secundâ secundus, tertiâ tertius, *Tit. 23. A. B.* Ut autem & de prioritate lis evitaretur, constituit, primum esse primò qui sit consecratus, secundum, qui secundò, tertium, qui tertiò, *§. primum autem dict. Tit. 23.* In novissima Coronatione JOSEPHI Elector Moguntinus, ut Consecrator primùm dixit Benedictionem, cui reliqui responderunt. Post benedictionem pariter omnes, si adsint, alioquin duo vel unus sigilla & typaria imperialia sivè regalia à Cancellario Curiæ recipiunt, eoque, in cujus Archi-Cancellariatu Curiam ipsam celebrari contingit, in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere subjunctis, uno à dextris, altero à sinistris, sigilla & typaria ipsa, omnes quidem baculum, in quo suspensa sunt, manibus contingentes, portant, & ante Imperatorem vel Regem Rom. reverenter ponunt in mensa decenti, juxta §. Und wann der Käyser *Tit. 27. A. B.* Imperator verò sivè Rex sigilla & typaria Moguntino statim restituit, quibus redditis, baculum Vice-Cancellarius Imperii jure dominii, sigilla verò in Custodiam recipit. Ille tamen in cujus Archi-Cancellariatu hoc fuerit, ut præfertur, majus sigillum Imperatorium catenâ collo appensum & ad pectus usque dependens, usque in finem mensæ gestare debet, itemque deinceps, donec ad hospitium suum pervenerit, ab Imperiali sivè regali Curia, ad quam ita Imperatorem concomitatus, equitando, *A. B. c. l.* quod deindè de domicilio Vice-Cancellario Imperii per familiarem super equo (quem cum baculo isto argenteo prædicto Vice-Cancellario elargietur) statim remittere solet, *Tit. 27. §. ingresso A. B.* Et Electoralis eminentiæ eò magis demonstrandæ ergò, omnes peculiari quodam in munere hoc suo obeundo, utuntur vestitu, nempè togâ ex panno coccineo rubro, pellibus ex albo & nigro variegatis, quas Hermelinas vocant, suffultâ & prætextâ; pileô quoque ex ejusdem coloris panno pellibus variegatis, *Limn. ad L. 3. J. P. C. 2. 4. 2.*

IIX. Sub-Officiales verò Hæreditarios Dni. Electores Ecclesiastici non habent, qui in horum Officiorum Administratione in Curiâ Cæsareâ ipsis subveniunt, sed in absentiâ unius pro-

proximus Collegarum præſens ad ea, quæ ſunt Ordinis, ut & typariorum geſtationem admittitur: Niſi quoad cœteras eorum functiones, vi & jure Archi-Cancellariatus ipſis competentes, in quibus Vice-Cancellarii Imperii, die Reichs-Vice-Cantzler eorum Sub-Officiarii ſunt, qui expediendis negociis Imperii, iisque ſubſcribendis, in Aulâ Imperatoris operam accommodant, & ab Archi-Cancellario Moguntino eliguntur, qui & emolumenta & fructus Sub-Officialium colligunt, nempè Baculum iſtum argenteum 12. marcarum, quem Electores Eccleſiaſtici ipſis dono dare ſolent, *Buxtorff. ad A. B. §. 15. lit. c.* add. *Bernhard. à Mallinckrot Comment. de Archi-Cancell. Imp. P. 2.* Et tantùm de Officio Archi-Cancellariorum & Electorum Eccleſiaſticorum.

IX. Quod porrò ea, quæ hodiè Seculares ſuſtinent Electores, munia concernit, puta *Pincernæ, Dapiferi* (aliàs Senechalli, Truchſeſii) *Mareſchalli, Camerarii ac Theſaurarii*, nec minor ex iſtis Archi-Principum Electorum dignitas ſplendet. Et nequaquam eorum intuitu olim Principes ſervorum inſtar ab Imperatoribus habiti fuerunt, ut nugatur *Bodin. lib. 1. de Republ. Cap. 9.* ſed omni tempore hæc miniſteria magnifecerunt, haud indecora ſuæ dignitati, quin & certatim ambierunt, *Goldaſt. de Regno Bohem. lib. 3. Cap. 8. §. 12.* & digna ſunt, ut præſtentur ab iis, qui ſunt proximi ab Imperatore. Exercent ea non in modum ſervilem, ſed habitu penè regiô induti, quô non niſi Electores ipſi in perſonâ, ipſorum Legati nunquam utuntur. Eſtque pileus cum pallio purpurei coloris ex holoſerico intus hermelino & ad extremitates exornato, ein mit Hermelien gefutterter purpurlicher Habit. Conſtitutum autem de iſtis legitur in *A. B. Tit. 27. §. 1.* ubi ſimul habetur ordo, ſecundum quem hæc ſua Officia adminiſtrare tenentur. Et quidem ponitur ibi primo loco Elector Saxoniæ, quod verò non ordinis aut dignitatis cauſa fit, ſed quia commodè ante cœteros Electores Officium ſuum peragit. Quemadmodum etiam Rex Bohemiæ in Electorum enumeratione nonnunquam ultimus nominatur, non quidem ratione Ordinis, ſed quoniam Rex Bohemiæ, licet primus Electorum Secularium

eosque dignitate antecellat, postremò soleat officium suum Pincernarium in Curiâ Imperatoriâ exercere, ut mox audiemus.

X. Est verò Sereniss. Elector Saxoniæ Imperii *Archi-Mareschallus*, des H. R. Reichs Ertz-Marschall / *A. B. Tit. 4. §. 4. & Tit. 27. §. 1.* Und ist dieses Ambt des Connestables-Ambt in Franckreich fast gleich geschätzet / welches so viel als einen Stallmeister bedeutet. In nostrô Imperiô Romanô autem hodiè ejus officium imprimis consistit in iis: Ut in Adventu Cæsaris, bey dem Einritt in Comitiis primus urbem ingrediatur: Deindè in solenni Processione præferat Imperatori immediatè ante ipsum medius inter Cæsarem & Archi-Episcopum Trevirensem, in signum Justitiæ & peculiaris Majestatis symbolum, evaginatum gladium Imperialem, *A. B. Tit. 22. & 26. §. 3.* quasi Imperatoris Majestatem immediatè gladiô & ostensurus & defensurus, vaginam tenente ejus Vice-Mareschallo; quem ritum à Regibus Francorum originem traxisse putat *Limn. in Comment. ad A. B. C. 26. §. 3. Obs. 3.* quod suo loco relinquimus; hoc verum, quod antiquitùs Reges per suos Protospatharios nudatum & strictum ensem sibi (ut olim Consules Romani fasces & hastas sivè secures) in signum justitiæ præferri curarint, *Marqu. Freh. ad Pet. de Andlo Lib. 2. pag. 164.* Et ratione hujus Officii Elector Serenissimus duos gladios rubentes decussatim compositos in Insignibus gerit, sicut *Albin.* in der Meißnisch. Chron. *tit. 16. pag. 435.* hisce verbis refert: Der Chur-Sachsen Wapen ist eine Fahn / so oben schwartz und unten weiß / darin zwey rohte Schwerdter überschrenckt; Daher der alte Reim:

Zwey Schwerdt des Marschalln-Ambt bedeuten
Die Wendische Heyden auszureuten.

Imò ratione istius Archi-Mareschalli Officium dicunt quidam Electori Saxoniæ etiam competere, Vexillum Generale sivè Majus, Aquilâ Imperiali conspicuum, das grosse Panier / des Röm. Reichs Obriste Feld-Panier in Imperii præliis ferre, de quô tamen inter alios post Limnæum dubitat *Ulricus* Obrecht / quondam Histor. Prof. Argent., posteà Regis Galliæ Minister splend. nuperrimè defunct. in *Doctissima Diatrib. de Vexillo Imperiali Cap. 4. p. 24.* Aliàs quidem ejus ceu Archi-Mareschalli Imperii, officii ac Præro-

Prærogativæ est, ut in Campis in Adventu Imperatoris, vel in Expeditione omnibus Statibus præferatur, ordinesque instruat, ut ex Goldast. refert *Limn. in Addit. ad Lib. 3. Cap. 10. §. 27.* add. *Gastel. de Stat. Publ. Europ. c. 9. §. 101. Dn. Rhet. Instit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 12. §. 12.* Nec minus Elector Saxoniæ Judex est constitutus & Patronus Buccinatorum Germanicorum, ut patet ex confirmatione Ferd. II. Imperatoris de dato Regenspurg Ao. 1623. d. 27. Febr. über die 13. Puncten / welcher sich die Feld-Trompeter wegen der Lehr-Jungen verglichen / adducta *à Limn. in Tom. 2. Addit. ad C. 10. Lib. 3. §. 27.* Porrò ejus officium, præsertim tempore Coronationis, consistit in avenæ Mensuratione & distributione, nempè, ut, quamprimùm in Coronatione Cæsareâ Imperator vel Rex Roman. pompatico distinctoque Comitatu Solium præparatum adscendit, fenestrasque cum Dnis. Electoribus occupavit & sedes, Elector Saxoniæ habitu Electorali conspicuus, conscendat equum, & sub Tubicinum strepitu publicè incitato cursu equitet ad avenæ acervum, ante ædificium Sessionis Imperialis aut regalis positum, quem suis sumtibus ibi præparari curavit, tantæ altitudinis, ut usque ad pectus vel sellam equi, cui insidet Elector, pertingat, habens in manu baculum & mensuram argenteam minimùm duodecim marcarum in pondere, quam avenâ impletam & baculô argenteô mensuratam famulo primitus obviam venienti tradit, ac posteà baculum in avenam figens recedit. Quo facto ipsius Vice-Mareschallus, aut eo absente, Mareschallus Curiæ Regiæ sivè Cæsareæ avenam ipsam pro derelicto habitam vulgi inhiantis direptioni concedere debet, prout latius illud in *A. B. Tit. 27.* describitur, add. *Limn. ad A. B. Tit. 27. ferè per tot.* Modius autem & Baculus una cum Equo, quæ omnia propriis sumtibus Dn. Elector comparat, in absentiâ Vice-Mareschalli Pappenheimii hodiè non Mareschallo Curiæ, uti in *A. B. alleg. loc.* provisum, sed absenti Sub-Officiali Electorali Pappenheimio cedunt, ceu primùm statutum est in *Cap. Ferd. II. Art. 41.* & confirmatum in *Cap. Ferd. III. Art. 48. Leopold. 46. &* *novissi. Joseph. Art. 47.* Sed ab hoc recensito more in Coronatione tàm Ferdinandi III., quàm Sacratissimi nostri LEOPOLDI, quadantenus recessum, in tantùm scil., quod prima avenæ mensura;

uti

uti juxta *A. B. c. l.* famulo non tradita, sed in priori Ferd. nempè à Vice-Mareſchallo Pappenheimio, & in poſteriori ab ipſo Divo Electore, Joh. Georg. II. fuerit effuſa, teſte *Pancrat. Lampad.* in ſeinen politiſchen Reichs-Händeln *Art. 28.* add. *Schutz. in Colleg. J. P. Th. 24. lit. e.* In noviſſimâ verò JOSEPHI moderni Regis Rom. Coronatione Aureæ Bullæ diſpoſitio obſervata fuit, ita, ut Comes de Pappenheim Imperii Vice-Mareſchallus modium avenâ repletum Famulo ſuo tradiderit, & poſtmodùm ab ipſo fuerit effuſus. Prætereà incumbit quoque Electori Saxoniæ ratione ſui Archi-Mareſchallatus in Comitiis & Conventibus publicis de diverſoriis Adventantium, alimentis, re annonariâ aliisque neceſſariis, ne Status Imperii eorumque Legati à Civibus nimis graventur, proſpicere, uti habet die Policey- und Tax-Ordnung von Chur-Sachſen in Krafft Dero tragenden des R. Reichs Ertz-Marſchall-Ambts / auf den zu Franckfurth Königl. angeſtellten Wahl-Tag ſub dato 8. Jun. Ao. 1658. publicata, qui extat apud *Pancrat. Lamp. cit. loc. Art. 34.*

XI. Hæc tamen omnia aliaque hujus generis plura Dnus. Elector per ſuum Vicarium ſivè Vice-Mareſchallum expedire ſolet. Hic enim tenetur Statibus Imperii, eorumvè nec non exterorum Regum ac Principum Legatis hoſpitia ſivè diverſoria adſignare, & dein tabulam, in quâ cujusque Legantis Legatique nomen generatim cretâ albâ inſcriptum, ad oſtium domus ſuſpendendam Latrunculatori, dem Reichs-Profoß / tradere, quod Adſcriptionis Jus, oder Ausſchreibung / vocatur: Cum nemini Civium absque Vice-Mareſchalli voluntate ædes ſuas vel locare vel commodare liceat, in tantùm, ut nulli Imperii Principi aut Statui ab hac Inſcriptione immunis ſit, licet propriâ domo in loco Comitiorum gaudeat, *Bertram. de Comit. Memb. 5. §. 56.* Datur autem pro Adſignatione Vice-Mareſchallo quid honorarii, prout notat *Spreng. Luc. Mod. Stat. c. 1. p. 54.* Idem quoque rei annonariæ curam habet, & de ejus caritate inquirit, quod Dn. Electori & Archi-Mareſchallo transſcribit, eum in finem, ut omnibus modis proſpiciatur, ne Civitas ob Adventantium numerum caritate annonæ prematur, ſed ut rerum neceſſariarum adſit copia,

& juſto

& justo pretio omnia vendantur, quam ob causam Leges annonarias ferre solet. Pari ratione incumbit ei Curiam ejusque Apparatus lustrare, seduloque providere, quo omnia splendidiora appareant. Vice-Mareschallus etiam nomine Archi-Mareschalli jurisdictionem exercet in Aulæ Imperialis Ministros: & de illorum querelis cognoscit, etiam in delicta animadvertit, *Limn. Lib.6.Cap.1. §.84.* Olim quoque in Statuum Imperii & Exterorum Legatorum familiam & advenas quoscunque cognitionem habuit; Qua de re tamen, ortis subindè litibus, transactio inter illum & Civitates Imperiales facta fuit, ita, ut hodiè nec Civilem, nec Criminalem Jurisdictionem amplius in ejusmodi personas exerceat. Habet porrò Curam Vigiliarum, ut excubiæ nocturnæ rectè peragantur, & Senatus publicos Ministros hinc indè dispositos habeat, ne quid detrimenti ex Seditione, Tumultu, Incendio, Civitati oriatur. Imò, ejusdem quoque est (in Comitiis scil. universalibus) ad jussum Cancellarii Moguntini Ordines ad Deliberationes & Consultationes vocare, eisque diem & horam indicere, quod vocamus die Ansage / Vid. *Spreng. Jurispr. Publ. p.98.* item providere, ne quis extraneus, cui non est in Senatu comparendi jus, in Senatum inrepat; imprimis autem sedulò prospicere, ne quis gladio cinctus ibi incedat, & quæ nonnulla adhuc sunt alia nomine Archi-Mareschalli Vicario peragenda, quæ omnia *Sixtus Sommer* Vice-Mareschalli quondam Substitutus singulari studio congessit, inque certum Scriptum redegit, quod extat apud *Carpz. de Leg. Reg. Cap.10. Sect.6. §.28.* Atque hanc in rem Dnus. Elector Saxoniæ de hoc suo officio per literas eundem semper monere solet, *Limn. Add. ad Lib.5. Cap.7.*

XII. Hæc autem Vicariatus sivè Vice-Mareschallatus dignitas & Administratio, die Verwaltung des Vice-Erb-Marschall-Amts hodiè in Imperio nostro est penes antiquiss. Familiam Comitum de Pappenheim, *A.B. Tit.4.& 27.* & semper exercetur Krafft altväterlicher Theilung auch aufgerichteten Vertrags und Burg-Friedens à Seniore hujus Familiæ, *Limn. ad A.B. c.27. §.6. Obs.14.* ita, ut mortuô primogenitô, secundogenitus major natus filium primogeniti excludat, cum jus Majoratus semper majorem ætate reli-

reliquis præferat, arg. *L. 1. ff. de Alb. Scrib.* *L. 2. C. de Præfect. Præt.* Quemadmodum & reliqua ista hæreditaria Imperii munera semper in Familiæ Seniorem cadunt, vel in eum, cui ex Familiâ Senior hæc committit, quamvis omnes, qui de Familiâ eorum sunt, Insigniis & Titulo des Erb-Ambtes utantur. Qui verò officio Mareschallatus hæreditarii fungitur, salutatur simpliciter *Hæreditarius Mareschallus*, des Reichs-Erb-Marschall; Absente autem Comite de Pappenheim, Sub-Officiarius Saxonis existit Mareschallus Curiæ, *A. B. Tit. 27. §. 1.* Imò habet Pappenheimius etiam Substitutum, quem ipse eligit, qui nomen habet *Metatoris* des Reichs-Quartiermeisters/ cui functiones quasdam minus principales, ubi personalis ipsius opera non præcisè requiritur, expediendas committit. In Electione & Coronatione Leopoldinâ Officialis Dni. Electoris Saxoniæ fuit *Comes Wolffgangus Philippus de Pappenheim*, qui à Sac. Cæs. Majestate post Coronationem Eques fuit creatus. Et in novissimâ Coronatione JOSEPHI Officium Archi-Mareschallatus sustinuit *Carolus Philippus Comes de Pappenheim*, qui pari ratione à Rege Rom. Caroli Magni gladio Eques creatus fuit.

XIII. Altero loco in *Cit. Tit. 27. A. B.* ponitur Sereniss. ac Potentiss. Elector Brandenburgensis, S. R. J. *Archi-Camerarius*, des H. R. Reichs Ertz-Cämmerer/ *A. B. Tit. 4. & alleg. Tit. 27. §. 3.* ita à Camerâ, quæ olim cubiculum audiebat, non autem à Camerâ, quatenus locum, in quem reditus referuntur, significat, dictus, propterea etiam Cubicularius vocatus, *Annal. Franc. ad An. 782.* Apud Veteres Rom. Imp. officium istud dicebatur *Munus Primicerii.* Quæ verò fuerit jure Veteri Camerarii ac Cubicularii potestas & dignitas, videre est apud *Limn. J. P. Lib. 3. c. 11. §. 1. seqq.* Hodiè Electoris Brandenburgensis ceu Archi-Camerarii officium est, in Processionibus Imperialibus præferre *Sceptrum*, (olim *Clavem*, *Nold. de Nobil. Stat. Cap. 8. §. 163.*) regium illud Insigne ac Imperii & gubernationis Symbolum, *A. B. Tit. 22.* quod etiam Dnus. Elector in Insignibus gerit, consistens à latere dextro Bavari. Nec cedit tunc temporis Vicarius Dni. Electoris, Princeps Hohenzollerensis, qui hoc munere fungitur, vi Recessus Ratisbon. de Anno 1653. ipsi Electori Palatino præsenti, nisi for-

fortaſsè vivente adhuc Imperatore Rex Rom. in Imperio Succeſſor eligeretur, & Inſignia in ſolenni Proceſſione dupliciter præferrentur, tunc Legatus Brandenb. Primarius *Sceptrum*, & quidem antecedens præſentem Palatinum, immediatè ante Imperatorem præfert; Alterum autem *Sceptrum* Vicarius Regi Rom. præfert, uti in Ferd. IV. Electione Ao.1653. Auguſtæ Vindelicorum, & noviſſimâ JOSEPHI Ao. 1690. factum. Deindè Brandenburgenſis ceu Archi-Camerarii officium eſt, in Celebratione ſolennis Curiæ & Menſæ Imperialis, in argenteâ pelvi Imperatori vel Regi Rom. aquam manibus abluendis cum pulchro manutergio porrigere, *§.3. Tit.27. A.B.* Itaque ingreſſo Imperatore vel Rege Rom. ad Menſam, Sereniſſ. Elector ſeu ejus Sub-Officialis Curia deſcendens in equum adſcendit generoſum, & ſub Buccinatorum ſuorum ſtrepitu ex Curiâ ad Menſam in mediô forô propè Culinam ſtratam properans, argenteam indè pelvim ponderis 12. marcarum una cum pulchrô manutergiô ſ. mantili accipit: quibus inſtructus ab equo deſcendit, ac in Curiam rediens Cæſari, ut manus lavet & abſtergat, adminiſtrat. Poſt pelvi, manutergio & equo, quæ omnia itidem Dnus. Elector propriis ſumtibus acquirit, ſuo Vicario ſivè Sub-Officiario ordinariè cedentibus. Autor deſcriptionis Coronat. JOSEPHI tradit: Der Herr von Danckelman / als Chur-Brandenb. Abgeſandte habe ſich zu Pferde geſetzet / und von dem auf den Küchen-Platz ſtehenden bedeckten Tiſch das ſilberne Gießbecken und Kanne mit Waſſer abgehohlet / und auf die Königl. Credentz-Tafel gebracht. Ubi quidem manutergii nulla fit mentio, attamen qui hujus Coronationis Actui interfuerunt, teſtantur, quod proximè adſtantes Seculares Electores id interim tenuerint, quod ipſorum voluntati relictum, licet Aurea Bulla cit. loc. aliàs de ſolo Electore Brandenb. referat, quod aquam cum manutergiô præbeat, quod ab una perſonâ fieri non repugnat.

XIV. Vicarius Dni. Electoris Brandenb. anteà per Auream Bullam erat *Comes de Falckenſtein*, poſt eum *Weinsbergius*, poſt hunc *Seinsheimius*, hodiè Comes (nunc Princeps R. A. zu Regenſpurg *de anno 1654.* §. Uber dieſes haben Wir ꝛc.) *de Hohenzollern*, quæ

Ff 2 Ho-

Hohenzollerensis Domus Illustrissima communem habet originem cum Brandenburgica, vel potius hæc isti suum debet ortum. Incumbit autem huic, in absentiâ Archi-Camerarii munus illud supplere, cujus etiam fructum & emolumentum percipit. Hinc *Hereditarius Imperii Vice-Camerarius*, des Röm. Reichs Vice-Erb-Cämmerer appellatur. Controversiam, quæ ipsi à Legatis absentis Electoris Brandenburgici Ao.1653. in Coronatione Ferd. IV. circa administrationem hujus Officii fuit mota, Vid. apud *Lim. Tom. V. Addit. ad L.3. c.7. §.44.* Nihilominus in Electione & Coronatione Imperatoris LEOPOLDI vices Brandenb. quietè subiit *Leopoldus Fridericus* Comes Principalis (gefürsteter Graff) *de Hohenzollern.* Nam Sub-Officia ista his Sub-Officialibus Hæreditariis ita data sunt, ut Archi-Officiales eos non possint præterire, alios, fortè Legatos, substituendo: Nec, quia jus quæsitum habent in functionibus suis Vicariis subeundis, Imperator ne quidam Officiales Aulicos ipsis præfert. Sic in Coronatione Car. V. decisum pro Vice-Pincerna de Limpurg, tradit Hart. Maur. apud *Goldast. P.3. Polit. Imper. p.274.*

XV. Post Marchionem verò Brandenburgensem porrò solebat anteà, secundum scil. ordinem in *A. B. loc. cit.* observatum, in celebratione Curiæ & Mensæ Imperialis Sereniss. Dnus. Elector Palatinus Rheni suum augustale exercere Officium, qui erat Imperatoris *Archi-Dapifer* des H. Reichs Ertz-Truchseß / A. *B. Tit.27.§.4.* Vel Oberster Truckfäß des H. Reichs / uti seipsum appellat Rupertus Palatinus in Scripto de Ao.1362. quod vide apud *Limn. Add. princ. ad Lib.5. c.7. §.10.* Quid nomen Dapiferi denotet, Vid. apud *Burgold. ad Inst. Pac. P.1. Disc.19. §.5. & Thulemar. Octovir. Cap.15. §.10. seqq.* Sed hodiè, postquam à Ferd. II. Imperatore Electoratus una cum Juribus Electoralibus Friderico V. Palatino Electori ademtus in Maximilianum Ducem Bavariæ translatus, & per Pacem Monasteriensem & Osnabrugensem *Art.4.* præter Aureæ Bullæ Legem *Tit.3.* octavus Electoratus Palatinus introductus fuerit, loco Palatini *Archi-Dapifer* est Bavarus, Palatinus verò *Archi-Thesaurarii* officium adeptus, quô de infrà dicemus. Equidem omninò per dictum Instrumentum Pacis Dignitas ista Archi-Dapiferatus

una

una cum Electoratu translata dici non poterat, (quod tamen Bavari ex Art. 4. in princ. verb. *Officiis* adserere, quamvis frustrà, alloborabant, add. *Carolus Caraffa*, Nuncius Apostolicus, Vir aliàs insignis eruditionis, *in Germania sua sacra restituta*) eo quod ille huic non sit annexus, uti habet *Marqu. Freher. in Orig. Palat.*, quippè qui Electorali Dignitate longè antiquior, ut inter cœtera etiam ex verbis *Abb. Stadens.*, qui sub Friderico II. Annales scripsit, & ad Annum 1256. Alberti perduxit; *in Chron. ad ann. 1240. p. 215.* satis colligere est, ibi: *De Secularibus eligit Palatinus, quia Dapifer est: Dux Saxoniæ, quia Mareschallus; & Marchio Brandenburgensis, quia Camerarius*; quibus indicat, ratione Officiorum illorum facultatem eligendi esse penes istos Principes. Undè concludimus, occasionem adipiscendæ tantæ potestatis dedisse hæc Officia jam tum stata & hæreditaria. Attamen peculiari tandem Transactione per remedium transmutationis Archi-Dapiferatus cum Archithesauraria Dignitate res sopita fuit Anno 1650. & 51. Quâ de re Theatrum Europæum ad A. 1615. p. 10. ita: Daß Chur-Pfaltz auf gepflogene Tractaten und Handlungen den Ertz-Truchsessischen Titul quitiret / hätte aber wieder bekommen den Ertz-Schatzmeisters-Titel und ein neues Siegel / aus welchem der Reichs-Apfel gelassen.

XVI. Proindè, hodiè Electori Bavariæ ceu Archi-Dapifero incumbit, ut in Processione solenni ante Cæsarem Imperiale gestet aureum *Pomum* sivè *Globum A. B. Tit. 22.* quem etiam Dnus. Elector hodiè in Insignibus suis ostendit, & in celebratione Imperialis Mensæ recens coronato Regi Germaniæ quatuor Scutellas argenteas cibis impletas offert, hoc modo: Sedens super equo ex Curiâ sub Tubarum sonitu, ad Coquinam extra Curiam constructam properat, indeque adsumtis quatuor Scutellis argenteis, quarum quælibet tres marcas habeat in statera, de assato bove (qui integer, neq; Capite neque pedibus, aut alia parte mutilatus, saltim pelle & intestinis rejectis, vario exquisitoque ferarum & altilium genere farctus, ingenti veru ligneo trajectus, duabus rotis ad prunas subjectas versatur, ac nocte dieque assatur) frustum in istas petens Curiam versus reditum maturat: ibi equo relicto, fercula ad Mensam Cæsaris sivè Regis Rom., Electore Saxoniæ, vel

Vice-Mareſchallo Pappenheimio nigrum bacillum majoris ſplendoris causâ præferente, apportat, & ante ipſum in Menſa ponit: quibus peractis, reliquiæ per tres dies aſſati bovis (cujus aſſandi bovem talem integrum originem à Romanis profluxiſſe probabile eſt, quô de conf. *Limnæ. ad A. B. Tit. 27. §. 4. obſ. 7.*) una cum Culina multitudini in prædam dantur, *A. B. ſæpè alleg. Tit. 27. §. 4.* ubi quidem expreſsè quatuor ſcutellarum fit mentio, ſed *Spreng. in Inſtit. Jur. Publ. c. 29. pag. 187.* tantùm meminit unius, quæ bovis aſſati fruſtô impleatur. *Limnæus ad A. B. c. l. Obſ. 4.* notavit, quod in Conviviô Ferdinandi III. Anno 1636. Ratisbonæ coronati, duæ ſcutellæ cibis repletæ fuerint, & aliæ duæ ad cooperiendum cibos ſervierint. Sed *Autor Coronat. Leopold. in Diar. Europ. p. 947.* ſcribit: Der Herr Graf Truchſeß von Zeil habe im Nahmen Chur-Bayern ein Stück von den gebratenen Ochſen geholet in einer ſilbern Schüſſel/ ꝛc. quæ ſine dubio tamen aliâ ſcutellâ cooperta fuit. In Relatione noviſſimæ Coronationis JOSEPHI legimus: Daß der Churfürſt von Bayern in Perſohn unter Trompeten und Paucken-Schall als Ertz-Truchſeß zur Küchen geritten / darinnen der Ochſe gebraten / und habe daſelbſt **in zwo doppelt-verdeckten Schüſſeln** die Speiſen von den gebratenen Ochſen genommen / und dieſelbe auf die Käyſerl. und Königl. Tafel getragen.

XVII. Has argenteas Scutellas, quotquot ad cibos ſervierint, cum equô Domini Electoris Bavariæ Vicarius ſimiliter conſequitur, qui per *Inſtr. Pac. Monaſt. Art. 4.* hodiè eſt Dominus ſivé Baro (nunc Comes **R. A. zu Regenſpurg** *de anno 1654.*) *de Waldpurg. & Zeil.* Olim Dn. Palatinus (cujus locum & officium nunc Bavarus habet) in iſto munere habebat *Comitem Nortinbergium*, *A. B. Tit. 27.* à quô ad *Comites Seldeneccios*, *Thuan. lib. 32.* denique extinctâ Seldenecciorum Familiâ ad *Waldpurgios*, qui tempore Friderici I. hoc munere functi leguntur, jure quaſi poſtliminii hoc Sub-Officium reverſum eſt. *Limn. cl. Obſ. 9.* In Electione & Coronatione Leopoldina Electoris Bavariæ Officialis fuit *Joh. Jacobus*, Comes *de Zeil*, hæreditarius Imperii Vice-Dapifer, des Reichs Vice-Erb-Truchſes / ex Linea Wolfeccia Comitum de Waldpurg, quæ in duos dividitur ramos, Comit. in Wolfeck & Comit. in Zeil.

Ho-

Hodiè Imperii Vice-Dapifer ist des Reichs-Hofrahts Vice-Præsident und Cammerer *Sebastian Wunibald* Comes zu Zeill und Herr zu Waldpurg.

XIIX. Postquam nunc Saxo, Marchio Brandenburgensis & Bavarus sua impleverint munia, tandem & Rex Bohemiæ, qui hodiè Archi-Dux Austriæ LEOPOLDUS simul Imperator, suum honorabile *Pincernatus* munus exercet, A. *B. Tit. 27. §. 5.* Est enim S. R. I. *Archi-Pincerna*, des H. Reichs Ertz-Credentzer oder Schenck. Ne quicquam autem dignitati ejusdem præjudicat, quod in Actibus officii sit ultimus, cum intelligendum illud sit, salvo jure competentis aliàs Ordinis atque Prærogativæ, uti rectè observavit *Goldast. de Reg. Bohem. Lib. 3. c. 8.* quippè qui inter Seculares Electores aliàs primus, cum sit Princeps coronatus & unctus, A. *B. Tit. 4. §. 7.* undè vocatur Obrister Churfürst des Heil. Reichs in denunciatione Electionis Caroli V. apud *Goldast.* in den Reichs-Händeln. Cum adhuc Dux esset Bohemus, erat inter Officiales postremus, *Krantzius Lib. 4. Saxon. Cap. 28.* Post impetratam regiam Dignitatem reliquis fuit prælatus Secularibus: Et in Processione solenni hodiè immediatè Imperatorem vel Regem Rom. sequitur, A. *B. Tit. 22.* ipsamque Augustalem Imperatricem (quæ tamen Privilegiis Imperatoris gaudet, *L. 31. ff. de Leg. L. 6. ff. de Jure Fisc.*) præcedit, *Tit. 26. §. ult.* A. *B.* Deindè quoque hoc ex ordine naturæ & rationis æstimandum est, ut potus, postquam cibus sumtus, præbeatur. Hinc procul dubio est, quod apud antiquiores Scriptores & in vetustis Comitiis Dapifer ante Pincernam quasi semper nominetur & collocetur. In eô namque ejus consistit officium, quod in celebratione Curiæ Imperialis primum potum debeat porrigere Imperatori, juxta *alleg. §. 5. Tit. 27.* A. *B.* nimirum, intrat pariter super equo, portans in manibus coopertum scyphum argenteum, ponderis 12. marcarum, vino aqua admixtum plenum (ex præcepto Salomonis *Prov. ult. v. 4.* add. *Limn. J. P. Lib. 3. c. 8. §. 9.*) & descendens de equô scyphum ipsum Imperatori vel Regi Rom. porrigit ad bibendum, ita tamen, ut de hoc poculo ipse Rex primus libet, & sic libando fides Imperatori fiat, nihil subesse mali, undè etiam vocatur

der

der Credentz-Becher; Quem impletum esse vult Constitutio Aureæ Bullæ, ubi verò, & à quô impleatur, silet. Extra locum Convivii, impleri ab Imperatoris Triclinario atque Archi-Pincernæ tradi conjecturatur *Limn. ad* A. *B. c. 27. §. 2. Obs. 15.* ita, ut ipse equo insidens usque ad ædes, ubi Convivium agitur, eum ferat, & ibi descendens ab equo, Imperatori exhibeat. Idque fieri Mensâ jam cibis oneratâ & ab Imperatore illos capiente, probabile est. Et quidem peragit hæc omnia Rex Bohemiæ cum isto privilegiô, quod sub coronâ regiâ, instar cæterorum Electorum sub pileo Electorali, nisi velit, ministrare non teneatur, A. *B. Tit. 4. Tit. 27. §. 5.* ibique Commentatores, *Goldast. de Regn. Bohem. Lib. 3. c. 8. Speidel. Notab. voce* Schencken / *Spreng. in Delineat. Stat. Imp.* Si autem velit, procedendo, sedendo vel stando coronam regalem gestare ei licet.

XIX. Habet Rex Bohemiæ in hoc suo munere Sub-Officiarium *Dominum de Limpurg*, S. R. I. Vice-Pincernam Hæreditarium, des Röm. Reichs Vice-Erb-Schenck / qui etiam equum & scyphum accipit, A. *B. Tit. 27. §. 5.* & absente Archi-Pincerna, vel, quando Bohemiæ Rex in Cæsarem electus est, & sic officium Archi-Pincernæ expedire nequit, officium peragere solet, prout quoque in Electione & Coronatione Leopoldina vices ejus præsentis, sed in Imperatorem electi administravit. In novissimâ Coronatione JOSEPHI in Rgem Rom. electi, Imperatori *Carolus Gustavus*, Marchio *de Baden* primum potum porrigebat: novo Coronato Regi verò Comes *Volrath de Limbur-Speckfeld*, ut Vice-Pincerna Imperii; Und hat derselbe das kostbare Glaß / daraus der König den ersten Trunck gethan / und zum Credentzen gebrauchet worden / an stat des silbernen übergüldeten Pocals / dem alten Herkommen gemäß / zum gnädigsten Andencken empfangen. Et eo munere jam tempore Friderici II. Familiam hanc gavisam esse, è Subscriptione Bullæ ejus Imperatoris apud *Goldast. in Stat. & Rescript. Imp. p. 74. & in Constit. Imp. p. 57. seqq.* apparet.

XX. His quoque accessit, non ex Instituto Aureæ Bullæ, sed ex speciali Sanctione post *Instrum. Pac. Westph.* ab Imperatore & Electoribus factâ, accedente peculiari Transactione inter Palati-

Palatinum & Bavarum A. 1650. & 51., novum *Archi-thesaurarii* officium, quô in Celebratione solennis Curiæ & post Coronationem Imperatoris ultimò hodiè fungitur Sereniss. Dn. Elector Palatinus, undè *Archi-thesaurarius Imperii*, des Reichs Ertz-Schatzmeister audit, qui titulus in Subscriptione Recessus Ratisb. de Anno 1654. apparet. Mirabilem sanè Metamorphosin passa est dignitas hujus Sereniss. Electoris. Olim vi *A. B. Tit. 27.* tertio loco ipsi suum adsignabatur officium, hactenus hodiè ultimo: Olim per *A. B. Tit. 4.* ordine sequebatur Regem Bohemiæ inter Electores, propter Dignitatem Palatinæ Domus; hodiè per *Instr. Pac. Art. 4.* ultimus, & postquam nuperrimè Hannoveranus accessit, penultimus saltem locus ei relictus, quamdiu quidem Wilhelmina linea erit superstes: Olim per *A. B. Tit. 4. §. 3.* in Electione Regis Rom. inter Seculares Electores secundum, & quartum Votum inter omnes obtinebat, hodiè septimum votum post Electorem Brandenb. dat, arg. *cit. Art. 4. Inst. Pac.* Anteà in Processione solenni gestabat Pomum Aureum Imperiale (den Reichs-Apffel / uti dicitur in Ferd. I. Müntz-Ordnung de Ao. 1559.) *A. B. Tit. 22.* quod etiam cum Cruce imposita, Caroli V. Imperatoris permissu Ao. 1544., ad Collegarum suorum exemplum, Fridericus II. sapiens Elector Palatinus Insignibus inseruit, posterique ejus palàm in iis ad Instrumentum Pacis usque ostenderunt; Hodiè in Processione non amplius gerit Pomum, sed in vicem ejus Coronam auream, quam etiam nunc ex Ferd. III. Imperatoris concessione in Insignibus ostendit, *Thulemar. in Octov. Cap. 18. §. 47.* Anteà in Celebratione Curiæ Imperialis primum cibum Mensæ regiæ apportabat, hodiè projectionis pecuniæ facit initium. Et in eô potissimùm suum *Archi-thesaurarii* novum adeptum officium consistit, nimirum 10. aut 12 passibus à Curiâ equo vectus in populum spargit primos missiles nummos, aureos pariter & argenteos, die Freuden- oder Krönungs-Müntze in Silber und Gold / uti vocat *Ditter. in Not. ad A. B. Tit. 26.* ita signatos, ut in una parte Imperatoris vel Regis Rom. recens coronati nomen, in alterâ annus & dies, quô coronatus est, legatur, idque in perpetuam rei memoriam. Posteà accedit ejus Sub-Officiarius hæreditarius pariter equo insidens

 & hinc

& hinc indè pecuniam jactat, qui etiam partem monetarum cum equo pari cum cœteris Sub-Officiariis jure retinet, Vid. *Spreng. Jurisp. Publ. de Coron. p. 180.* Et ita in Coronatione Ferd. IV. Regis Rom. Ratisbonæ, & LEOPOLDI nostri Francofurti observatum testatur *Pancrat. Lampad.* in den polit. Reichs-Händ. *Art. 28.* In Coronatione enim Ferd. IV. Ao. 1653. initium fecit hujus rei Sereniss. Elector Palatinus *Carolus Ludovicus* ipse, ubi primùm nummos projecit, in quorum (argenteorum scil.) uno latere videtur *Corona* Noribergensis, cum additis palmarum frondibus, sub quibus Inscriptio talis est: FERDINAND. IV. HUNG. ET BOHEM. REX. CORON. IN. REGEM. ROM. XVIII. JUNII. M. DC. LIII. In alterô videtur *Sceptrum* attingens Solem cum transversâ Inscriptione: PRO DEO ET POPULO. Und war sehr merckwürdig / daß / als der Churfürst damahls das Geld unter das Volck warff / sein Pferd scheu wurde / und warff Ihn bald zu todte: So für ein böses Omen der unglücklichen Regierung des neuen Königes gehalten wurde / welcher noch bey Lebzeiten des Vaters wenig Jahr hernach gestorben. In Augustiss. Imperatoris LEOPOLDI Inauguratione Ao. 1658. idem fecit Palatinus Elector, uti ex istius Actus Relatione *in Theat. Europ. Tom. 8. p. 531.* patet. In novissimâ Coronatione JOSEPHI itidem Dn. Elector Palatinus ipse ter Missiles aureos equo vectus in Populum sparsit, in quorum uno latere videtur *Sol*, darunter ein Schwerdt mit einen grünen Lorbeer-Zweig umwunden / cum Regis Symbolo: AMORE ET TIMORE. In altero latere die Römische Königl. Krone / cum Subscriptione: JOSEPHUS. REX. UNGARIÆ. CORONATUS. IN. REGEM. ROM. AUGUSTÆ. DIE. 26. JAN. 1690. Reliquos nummos argenteos ejus Sub-Officiarius *Comes Theodoricus de Sintzendorff* pariter equo insidens hinc indè jactavit.

XXI. Habet enim hodiè Elector Palatinus in hoc suo munere Vicarios Hæreditarios, Erb-Schatzmeister / Comites *de Sintzendorff*, ex illustri Nobilitate Austriaca, qui in Sueviæ Comitum Scamno locum impetrarunt. Exque iis Anno 1653. in Comitiis Ratisbonensibus consensu Imperatoris & Electorum de Officio isthoc investivit Fratres *Georgium Ludovicum* Cameræ Imperialis Aulicæ tùm

tùm Præsidem, & *Johannem Joachimum* Consiliarium Imperii Aulicum de Sintzendorff, *Lampad.* politische Reichs-Händel *Art.14.* qui duo etiam in Electione Leopoldinâ pro Electore Palatino officium gesserunt, de quibus in Relat. istius Actus hæc leguntur: Chur-Pfaltz ohngefehr 10. oder 12. Schritt von der Römer-Thür unter das Volck reitent / und das erste Geld auswerffent / begabe sich hernach bald wieder auf den Römer-Saal / gleich hernach præsentirten sich beede Herren Grafen von Sintzendorff / als Erb-Schatzmeister / und wurffen in den Schrancken herum bis wieder zum Römer das übrige Geld unter das Volck / inmittelst die Trompeter sich hören liessen / und durch 50. Grafen die Speise aufgetragen ward. In Electione & Coronatione JOSEPHI officium istud sustinuit, uti dixi, *Theodoricus de Sintzendorff*, welcher gleichfals unter der Trompeter- und Paucken-Schall die übrige silberne Müntze dem Volcke preiß gegeben.

XXII. Hæ autem nummorum Sparsiones anteâ, priusquam scil. in Imperiô Romanô *Archi-thesaurarii* Munus in Palatino introductum, in solennibus Conventibus pro lubitu fiebant semper per Primarios Ministros seu Officiales Cæsareos, sicut id patet ex Actu Coronationis Ferd. III. Imperatoris A. 1636. apud *Carpz. de Leg. Reg. C. 11. Sect. 10.* ubi dicitur: Auf Ihr Käys. und Königl. Majest. sind zwey Officirer / als der Königl. Pfennigmeister und Contralor zu Roß gefolget / welche rohte sammeten Seckel gehabt / und daraus neue güldene und silberne Müntzen / mit der Königl. Majest. Gepräge auf eine und andere Seiten / unter das Volck geworffen. Et probabile est, earum originem non tàm à Græcis, quàm à Romanis profluxisse, qui in ludis, quos Romani Consules & Prætores sub initium & finem Magistratus, quando videlicet Imperii fasces suscipiebant & deponebant, solebant edere, & quando solennem de hostibus triumphum habebant, liberalitatis gratia in perpetuam rei memoriam fecerunt Sparsiones in vulgum, quod innuit *Nov. 105. pr.* add. *Plin. Natur. Histor. Lib. 9. Cap. 35. Sueton. Histor. Lib. 1. c. 38. Lib. 3. c. 19.* Quem Missilia spargendi morem Imperatores etiam Græci, cum Lege regiâ ad ipsos omnis potestas fuerit translata, in suis Inaugurationum solennibus retinuêre, à quibus tandem hæc Consuetudo ad Germanos nostros Cæsares

 deri-

derivata fuit, qui in Actibus Coronationum Missilium Sparsione, licet parcius, adhuc hodiè utuntur, Conf. *Fritsch. de Sparf. Missil. Cap. 1. §. 18. & Cap. 3. §. 5.* Quid in Coronationibus aliorum Regum & Principum Europæ quoad ejusmodi nummorum sparsiones usu obtineat, post alios tradit *Thulemar. de Octovir. Cap. 28. §. 19. 20. seqq.* In solenni Actu Coronationis Regis Franciæ Missilia in auro & argenteo spargi solere, ex aliis refert *Sleid. Comm. de Stat. Relig. & Reipubl. L. 19.* ubi solennia Coronat. Francisci II. describit. Et dum Ludovicus XIV. Rex modernus coronabatur, aurea & argentea numismata seminata esse refertur *in Theat. Europ. Tom. 7. p. 591.*

XXIII. Denique istiusmodi tàm illustrissimis Imperialibus Officiis modò expositis, nuperrimè iterum novum quoddam; nimirum *Archi-Vexilliferatus* munus fuit additum. Nam cum Ao. 1692. ex motivo boni publici, splendidissimo Collegio Octovirali adhuc Novemvir fuerit insertus, videl. Sereniss. Princeps Dn. *Ernestus Augustus*, Brunsuigæ & Lüneburgi Dux, isque statim tàm augusto Axiomate adepto, hujus Electoralis suæ eminentiæ eò magis demonstrandæ ergo, pariter peculiare aliquod imperiale Officium, ein besonders Churfürstl. Ertz- und Erb-Ambt / quod ad suorum Dn. Collegarum exemplum in celebratione Curiæ Imperialis, Comitiis Imperii, aliisque Conventibus panegyricis peragere & exercere posset, solennissimè quæsiverit, Sacratissimo Imperatori, maturâ deliberatione prævià, placuit, *Archi-Vexilliferatus* dignitatem & officium, des Reichs Ertz-Pannier-Ambt / oder Reichs-Fendrichs-Ambt und *Prædicat*, so dann vor das dazu gehörige Reichs-*Insigne*, Imperii Vexillum, des Heil. Röm. Reichs Haupt-Pannier / ipsi hæreditario jure conferre, cum hac tamen determinatione, ut, si octavus Electoratus casu in tabulis Monasteriensibus *Art.* scil. *IV.* expresso expungeretur, loco *Archi-Vexilliferatus* ejusque Imperialis Insignis, *Archi-thesauraria Dignitas*, das Ertz-Schatzmeister-Ambt / una cum annexo ipsius Insigni, ad hunc Sereniss. Novem-Virum perpetuo jure devolvi debeat, Conf. Recess. inter Imperatorem & Domum Brunsuic. ac Lüneb. in punct. Electorat. Art. IV. ibi: Weil ferner bey jeder Chur ein gewisses Reichs-Ertz-Ambt und Reichs-*Insigne* gewidmet / so ist wegen jenes / das Ambt des Reichs-Ertz-Pannier-Herrn / und zu

zu diesem die Reichs-Fahne von Uns allergnädigst beliebet worden; Dafern jedoch auf den in dem Westphälischen Friedens-Instrumento gesetzten / und in GOttes Händen stehenden Fall / welchen der Allerhöchste verhüten wolle / der achte Electorat ausgehen würde / so soll an stat des vorgedachten Ertz-Ambts und Reichs-*Insignis* das Ertz-Schatzmeister-Ambt / und das dazu gehörige *Insigne* diesen neundten und ältesten achten Electorat zugeeignet und gewidmet seyn.

XXIV. Verùm, postquam hoc ad Sereniss. *Duces Wurtenbergenses* delatum, subitò illi in Aulâ potissimùm Cæsareâ hac de re, tanquam splendori & prærogativæ eorum præjudicante, und wodurch die Jura des Würtenbergischen Hauses gekräncket würden / non tantùm fuerunt conquesti, sed solennem quoque Protestationem apud Imperatorem contra hujusmodi novo Electori Hannoverano collatum *Vexilliferatus* Officium & Insigne interposuerunt, uti id patet ex literis de dato Stuttgard d. 4. Octob. 1692., eo quod Dignitas ista cum omnibus suis annexis juribus & privilegiis, tanquam splendidissimum quoddam regale, aliquot abhinc seculis Ducatui Würtenbergensi, ratione scil. *Gröningæ* Ducatus Sueviæ, cohæserit, vi cujus Serenissimi Duces ex singulari veteri prærogativâ habuerunt facultatem ferendi Vexilli Imperii, das Reichs-Pannier / quod magnitudine reliqua superat, non solùm, quando Sacri Romani Imperii copiæ, præsente Cæsare (aliàs enim minimè conspicitur, *Rec. Imp. Spir. de anno 1542. §. 39. seqq.* idque antiquo Imperatorum more) in aciem fuerunt eductæ, sed & pacatis interdum expeditionibus, Conventibus, Festivitatibus solennibus, aliisque Imperii Actibus. Et exinde regens Princeps semper insignitus titulô *Summi Imperii Signiferi* sivè *Vexilliferi*, ac sequiori ævo *Banneresii*, undè germanicè Pannerer seu Panner-Herr / insimul ejus insignibus Vexillum, in quô Aquila nigra uniceps in aureô sivè flavô campô, quod etiam Domus Würtenbergensis adhuc hodiè in Ducalibus suis Insignibus ostendit, fuit insertum. Prout hæc omnia quoque cum multis aliis prolixè adducit *Autor Deductionis Würtenberg. de ann. 1693.*, iisque causam Ducum Würtenbergicorum in hoc negociô sustinere magno molimine allaborat, & variis rationibus id assertum, hanc

Vexilliferatus dignitatem illis solis hæreditario jure competere, als die da von den Römischen Käysern (imprimis ex concessione Imperatoris Ludovici III.) durch viel von Dero Vorfahren dem Reiche treugeleistete Dienste erworben/ atque sic sine summô eorum præjudiciô nemini amplius conferri posse; Cui tamen vehementer se opponunt ii, qui stant pro Dn. Electore Hannoverano, à quibus adducta ipsius argumenta hinc indè contrariis Discursibus castigantur, imprimis eorum autoritatem & fidem variis responsis labefactare satagit *Autor* der gründlichen Beantwortung der obgedachten *Deduction per tot.* quo eruditum lectorem, cum multis disputationibus hac vice calamum implicare animus non sit, remitto, cui discussis utriusque partis argumentis facile satis erit cognitum, quorum sententia hoc in negocio palmam præripiat. Legi etiam ad hanc rem merentur *Commentationes Domini Kulpis, Consiliarii Wurtenberg. in Cæsar. Fürstenerium*, quæ ante paucos annos in lucem prodierunt, in quibus laudatus Autor de munere Vexilliferi Imperii plura eruditè publicavit, quibus & illorum etiam opinio refutatur, qui Vexillum Imperii, quod in Würtenbergicis Insigniis conspicitur, cum Vexillô Civitatis Argentinensis, in quô est Imago B. Virginis & Servatoris, confundunt. Illud dissimilare nolim, ob controversiam de eo à Ducibus Würtenbergicis in Aulâ Cæsaris motam, factum esse, ut Sereniss. Elector Hannoveranus de *Archi-Vexilliferatu* Imperii officio ab Imperatore non investitus, und ist in der Investitur nicht nur von den Reichs-Pannerer-Ambt und *Insigni* in particulari, sondern insgesamt von allem Ertz- und Erb-Ambt abstrahiret worden/ quod extraordinarium quid, cum aliàs, qui de Electoratu investitur, etiam statim Officium, ut connexum in feudum accipit: adeò, ut res tunc temporis in suspensû relicta ad futuram deliberationem dilata fuerit. Sed quod hactenus super ista nondum aliquid salutari exitu agitatum aut conclusum, vacuus iste campus in Insignibus Dn. Electoris Hannoverani satis superque testari potest. De Substituto sivè Vicariô Hæreditario Archi-Vexilliferi, des Reichs-*Vice*-Erb-Pannier-Herrn/ nihil adhuc, quod sciam, publicè editum est.

XXV. Prius-

XXV. Priusquam tamen finem huic Discursui imponamus, unicum adhuc examinare operæ pretium erit, videlicet: Qua ratione, quaque ætate cœperint augustalia hæc Officia, & quando ac quomodo factum, ut ad istas Familias, penes quas nunc sunt, jure perpetuo ac hæreditario ea fuerint devoluta? Ubi verò non possum non in antecessum monere, quod in diversa hic abeant Scriptores, quorum opiniones omnes enumerare ratio non patitur instituti nostri, quin potius suffecerit, paucis proponere Domini Conringii, incomparabilis antiquatiæ scientiæ & historiæ eruditionis viri, sententiam, cui, tanquam vetustis rerum germanicarum historiis convenientiori, & nos libenter accedimus. Hic autem *in Exercit. de Ducib. & Comit. Imp. German. Th. 35.* itemque de *Official. Imp. Th. 7.* multis ex antiquis scriptoribus desumtis testimoniis probat, jam olim tempore Francorum, sivè hæc ipsa, sivè his similia Officia in usu fuisse, & quidem ita, ut nonnulli Regni Primores & suprema Capita ista haberent, à quibus in Imperio nostro traducta atque hactenus esse exercita. Et sanè utique valdè videtur verisimile, quemadmodum alia quam multa ad Aulæ splendorem facientia, ita & ejusmodi Munia ad exemplum Aulæ Romanorum Cæsarum fuisse instituta à Francis & Gothis, & pòst latius serpsisse; Circa quód tamen *Bernhardus à Mallinckrot* de Archi-Cancellariis Imperii admodum est dubius. Fuerunt verò certis Familiis, & quidem iis, quæ hodieque illis gaudent, annexa & in perpetuam dignitatem data demum Seculo XII. à Friderico I. sivè Barbarossa Imperatore, eo quod istæ præ aliis tunc temporis cùm in reliquis Imperii negociis, tùm in Comitiis Electionum Cæsarearum, Autoritate & potestate jam aliquo modo eminuerint, Conf. quæ diximus suprà *in Disc. de Jure eligendi Imperatorem* § 7. & 8.

XXVI. Equidem, quod Archi-Cancellarii Officium & Dignitatem concernit, quando nimirum certi hi Archi-Episcopi perpetuo jure istam sint consecuti, illud non adeò certò constare scribit *Conring. de Septemv. Th. 43.* Verùm, licet quoad Moguntinum id non adeò manifestum esse videatur, eo quod hujus Archi-Cancellariatus originem alii sub Ottone I. alii sub tempore Fride-

Friderici I. inquirant; tamen hi facilè conciliari possunt, si dicimus, sub Ottone I. Imperatore perpetuo jure Sedem Moguntinam Archi-Cancellariatus honore primùm fuisse ornatam, cui etiam fides habenda, ob testimonia, quæ in hanc rem producit solers ille rerum Imperii Veterum, dum vivebat, indagator *Mallinckrot*, (*Decanus Monasteriensis*) *in egregia sua Commentatione de Archi-Cancellariis Imperii Part. 1. Memb. 1. & 2. pag. 26. 29.*; tempore verò Friderici I. demùm Archi-Episcopum Moguntinum, qui anteà simpliciter Archi-Cancellarii nomine gaudebat, cum apposito *per Germaniam* cœpisse audire ad differentiam aliorum. Coloniensem pariter & Trevirensem Archi-Episcopos autem suos Archi-Cancellariatus primùm tempore Friderici I. esse consecutos abundè liquidum facit laudatus *Mallinckrot l. l.* add. *Browerus Annal. Trevirens. lib. 16. p. 944. seqq.* Exemplum imprimis quoad Coloniensem vulgò notant Arnoldi Archi-Episcopi Coloniensis, qui anno 1155. Diplomati cuidam publicè ac solenni modo tanquam Archi-Cancellarius per Italiam subscripsit; quamvis nonnulli autument, diploma quoddam à Trevirensi tanquam Archi-Cancellario subscriptum vix inveniri Aureâ Bullâ antiquius, & exindè eum in hac A. B. sanctione Dignitatem Cancellarii primùm accepisse dicunt. Quod verò Trevirensem tanquam Archi-Cancellarium rariùs ac alios, Diplomata recognovisse inveniamus, causa fortassè est hæc, quod Imperatores in Gallico isto districtu rarius commoraverint; Imò, cum ex Historiis antiquis patescat, non ex negociorum qualitate, sed ex sola Cæsareæ commorationis differentia posteà dependisse, quis ex tribus istis Cancellariis Diplomata recognoscere deberet, Vid. *Henr. Gunth. Thulemar. Octovirat. Cap. 13. §. 23.*

XXVII. Quod attinet Munia Electorum Secularium, nempè Mareschalli, Camerarii, Dapiferi atque Pincernæ (de Thesaurarii Officii Origine enim jam anteà dictum) ea ab aliquo Suevicæ stirpis Cæsare, si non primùm instituta, saltem confirmata esse videtur verisimiliter posse colligi ex eo, quod Vicaria illa Officia, de quibus suprà egimus, olim delata sint solis ex Suevica dignitate ortis Familiis, *Conring. ad Lampad. P. 3. Cap. 4. §. 1.*

Quic-

Quicquid sit, illud certissimæ habetur veritatis, ab initio & tempore etiam, quo penes Saxones rerum Summa consistebat, semper ea omnia fuisse temporanea, ambulatoria & merè ad Imperatorum & Regum nutum modò huic, modò ali benè de se ac Imperio merito mandata, *Marqu. Freher. de Origin. Palat. P. 1. Cap. 10. Gewold. de S. R. J. Septemv. Cap. 10.* usque adeò, ut ne quidem ad vitam certis familiarum personis adsignata fuerint: Sed quotiescunque illa in celebratione solennis Curiæ Imperialis obiri debuerint, de novo è præsentium Principum numero honoratioribus mandari consueverint, quod è rerum germanicarum Scriptoribus prolixè ostendit sæpè laudatus *Mallinckrot c. l. & Conring. Exerc. de Official. Imp. Th. 12. seqq.* Et hæc Consuetudo usque ad tempora Friderici I. Imperatoris in usu fuit, qui Majestatis Imperatoriæ studiosissimus demùm sanxit; ut augustalia isthæc Officia certis Familiis, & quidem iis, qui ab aliquot seculis adhuc hodiè hisce præsunt, inseparabiliter adhærerent & hæreditario concederentur jure, usque dum Carolus IV. Imperator in Aureâ Bullâ ista una cum muniis Electorum Ecclesiasticorum confirmaverit, ac certam eorum fecerit distributionem & ordinem, modumque administrationis præscripserit, atque in absentia Dominorum Electorum admiserit certos Vicarios & Sub-Officiarios jam antiquitus consuetos, qui Sub-Officia sua in Feudum recipiunt quisque à Principali suo Electore, prout hæc omnia jam satis suprà explicavimus. Imò etiamnum insuper Rex Rom. in Capitulat. semper isthæc Electoralia Officia confirmat, eorumque Administrationi & Exercitio in Comitiis Imperii universalibus aut electivis se nihil detracturum promittit, Vid. *Capit. Leopold. Art. 46. & noviss. Joseph. Art. 45.* ibi; Wann die Churfürstl. Ambts-Verweser und Erb-Aembter bey Unserm Käyserl. Hof begriffen/ daß dieselbe jederzeit/ und insonderheit/ wann und so offt wir auf Reichs-Wahl- und andern dergleichen Tagen Unsern Käyserl. Hof begehen/ oder Sachen vorfallen/ darzu die Erb-Aembter zu gebrauchen seynd/ in gebührenden Respect halten/ und Ihnen von unsern Hof-Aembtern keineswegs vor- oder eingreiffen/ rc. Ut itaque hæc Officia Ministerialia nexu indissolubili Dignitati Electorali & ditionibus

Electoralibus hodiè ſint conjuncta, adeò, ut quicunque de Electoratu inveſtitur, etiam ſtatim ejus accipiat Officium, &, uti ab Imperatore, conſenſu tamen reliquorum Electorum, illis Electoratus conferuntur, ita etiam Officia Electoralia, uti ex literis Inveſtituræ Auguſto Saxoniæ Electori à Ferd. I. Imperatore datis probat *Carpz. Quæſt. 1. ad A. B. §. 30.* & cum novum hujusmodi Archi-Officium Electori Palatino conferendum eſſet, ejus denominatio ab Imperatore facta, & Feudi titulo data fuit.

DISCUR-

DISCURSUS V.

De *Requisitô Electorum Consensu, eorundemque benevolâ Adhortatione ad indicenda ab Imperatore Comitia.*

I.

INsignis sanè Autoritas quoque & est Prærogativa Electoralis Collegii, quod Comitia Reipublicæ Romano-Germanicæ, & quidem universalia, ubi Status Imperii omnes ad aliquid deliberandum decernendumvè sivè per se, sivè per Legatos conveniunt, ab Imperatore, vel (illo absente) Rege Rom. hodiè neque indicentur, neque prorogentur & reassumantur, nisi prius in eorum Indictionem, Prorogationem & Reassumtionem Domini Electores unanimiter consentiant, Vid. *Cap. Car. V. Art. 12. Ferd. IV. Art. 14. Leopold. Art. 17. & noviss. Joseph. Art. 16.* in verbis: Keinen Reichs-Tag vornehmen oder ausschreiben / ehe und bevor darzu um der Sieben Churfürsten Consens und Verwilligung / durch sonderbahre Schickung angehalten. add. *Gastel. de Stat. Europ. Publ. Cap. 9. §. 9. Spreng. Luc. Stat. Mod. p. 2.* Reliqui autem Principes ac Imperii Ordines desuper non requiruntur, sed tantummodò statuto die vocantur ad locum Comitiorum. Imò, quod etiam Electoribus id datum, ut, quoties è re videant Imperii esse, scilicet, tale negocium instare, quod generalem omnium Ordinum Convocationem requirat, Cæsarem de habendis Comitiis benevolè

ipsimet

ipſimet monere queant, per *Receſſ. Imp. de anno 1555. §.* Und ſo abermahls die verſammleten Churfürſten / *& dict. Capit. Ferd. IV. Art. 14. Leopold Art. 17. & Joſeph. Art. 16.* verb. Oder Sie von ſelbſten des Reichs Anliegenheit halber Uns darum unterthänigſt angelanget und erinnert.

II. Verum quidem aliàs, quod etiam nemo facilè infitiabitur, Jus indicendi Comitia, allgemeine Reichs-Tage auszuſchreiben / inter Regalia ſumma Majeſtatis referri, non ſolùm, quod in Comitiis deliberetur de præcipuis Reipubl. negociis & rebus, quæ ad τὸ κύριον ſivè ſummam ejus pertinent, *Ariſtot. 4. Polit. 14.* ſed etiam, quod ſpecies quædam ſit ſummæ jurisdictionis atque poteſtatis, cogere eos, quorum intereſt, ad Comitia. Undè quoque olim in Imperio R. G. ſolis Imperatoribus jus fasque fuit, propria autoritate & pro lubitu absque ullius adſenſu Comitia cogere. Sanè, ſi Caroli M. ejusque Anteceſſorum tempora reſpiciamus, clareſcit, illos Status ſuos & Proceres convocaſſe ſine requiſito ullo conſenſu alieno, teſte *Anony. in Annal. Reg. Franc. Pipini, Caroli M. & Ludovici. Lehman. in Chron. Spirenſ. L. 7. c. 92.* Idque ſequentibus aliquot temporibus perduraſſe non ex uno Receſſuum Imperialium loco manifeſtè elucet. At enim verò cum nonnulli poſteà Cæſares, imprimis Maximilianus I. Caroli V. immediatus Anteceſſor pro lubitu, & haud magna ſæpè neceſſitate motus, multa variaque Comitia indiceret, bella obtenderet, & nomine eorum exigeret tributa, per quod Statuum loculi exhauriebantur, ut ipſi conqueſti fuerunt in Comitiis Wormatienſ. ann. 1509. Domini Electores e re fore arbitrati ſunt, ſi nimiam hanc Imperatoris licentiam & poteſtatem hac in parte nonnihil coarctarent. Quem in finem poſtularunt à Maximiliano, ne impoſterum ullum Imperii Conventum ſine conſenſu & approbatione omnium Statuum indiceret, idque etiam factum eſſe apparet ex Rec. Imp. de anno 1500. & 1509. pr. ibi: Mit Verwilligung der Stände/ ꝛc. Quod demum tempore Electionis Caroli V. Capitulationi ejus primitùs inſertum & per Art. 12. ita reſtrictum fuit, ut Comitia non niſi prævio *Electorum tantùm* conſenſu & conſilio deinceps indiceret, daß Käyſerl. Majeſt. ohne Wiſſen

Wissen und Willen der Churfürsten keinen Reichs-Tag ansetzen oder ausschreiben wollen / *Sleidan. lib. I. de Stat. Relig. p. 29. Schutz. Colleg. Publ. de Stat. Reg. Rom. Vol. I. Disp. 10. Th. 4. Arumæ. de Comit. Cap. 3. §. 11.* quod dein in sequentibus Capitulationibus omnibus semper repetitum. Et sic quoque à Caroli V. temporibus in Imperio nostro laudabiliter hactenus fuisse observatum, satis luculenter demonstrat Clausula illa, quæ ab eo tempore semper Recessibus Imperii inseri solita, & aliquoties in primordiis eorum legitur his verbis; Als haben Wir auf vorhergehenden Raht / Wissen und Bewilligung Unserer und des Heil. Reichs Churfürsten / Geistlicher und Weltlicher eine gemeine Reichs-Versammlung ausgeschrieben; veluti constat ex *R. J. de anno. 1559. §.* **Derowegen Wir auf vorgehabten statlichen Raht.** *R. J. Ratisbon. de anno 1567. §.* **Weiln Wir aber** 2c. *R. J. Spirens. de anno 1570. §.* **Haben Wir eine gemeine Reichs-Versammlung** 2c. *Rec. Ratisbon. de anno 1576. §.* **Als haben Wir mit Raht** 2c. *de ann. 1598. §.* **Als aber darzwischen** 2c. *R. J. August. de anno 1603. §.* **Hierum und dieweil** 2c. *& noviss. Recess. Ratisb. de anno 1654.* verbis: Mit Raht und Gutbefinden der sämtlichen Unser und des Heil. Reichs Churfürsten. Eaque Clausula etiam literis Cæsareis ad Comitia evocatoriis, vulgò den Ausschreiben zum Reichs-Tag / usitato stylo inseri solet, ut apparet ex illis Ferd. III. de dato 2. April. 1652., quæ extant apud *Autor.* **der Grundfeste des Heil. R. Reichs** *P. 1. c. 2. pag. 20. seqq.* & LEOPOLDI nostri, quibus Ordines Imperii ad præsentia evocavit Comitia apud *Spreng. Inst. Jur. Publ.* add. *Paurmeist. de Jurisdict. Imp. Rom. Lib. 2. Cap. 9. §. 19.* Non autem tantùm in prima Comitiorum Indictione, sed illorum etiam Translatione, Reassumtione & Prorogatione Electorum Consensum Imperator hodiè impetrare tenetur, quod confirmatur ex Respons. Rudolphi II. ad Electorum Norimbergæ congregatorum Legatos sub dato Pragæ die 23. Nov. A. 1611. verb: Sondern entweder zu Ausschreibung eines neuen Reichs-Tages / der Consens dem Herkommen nach erlangt / oder da Sie (die Churfürsten) es für gut ansehen würden / der jüngst-verschobene wieder reassumiret werden müste.

III. Sed licet hac ratione Imperatori tàm ad Indictionem Comitiorum, quàm ad eorundem Prorogationem & Reassumtionem solus Electorum Consensus & Approbatio hodiè sufficiat, nihilominus tamen non omnes in eo pari jure concurrunt, cum Regis Bohemiæ hoc in negocio nulla habeatur ratio, quod haud obscurè colligere est ex eo, quod allegatæ Capitulationes Cæsareæ circa Indictionem Comitiorum *septem* tantummodò *Electorum* mentionem faciunt in verb: Auch ehe und bevor Wir darzu um der **Sieben Churfürsten** Consens und Verwilligung anhalten; Sicuti nec Rex Bohemiæ, licet certo respectu sit Status Imperii, ad Comitia Imperii generalia ipsa vocatur, ut suprà diximus. Quod verò reliquos Principes & Ordines Imperii concernit, excluduntur illi hic omnes omninò, propter clara verba suprà allegatorum Recessuum & Capitulat. Cæsar., quæ non nisi de *Electoribus* loquuntur, eorumque consensum ad Comitia indicenda exposcunt, ut proindè ad cœterorum Principum approbationem & voluntatem specialem Comitiorum Actus haud quaquam restringi debeat. Idque non immeritò: ne vel Imperator nimiùm gravaretur explorato plurium consensu quàm Electorum, & Indictio Comitiorum nimiùm protraheretur, neque ipsi Principes & Ordines ad expensas minimè necessarias inducerentur. Nec movet quicquam, quod cœterorum Principum & Statuum non minus ac Electorum intersit, Comitia haberi vel non haberi: Respondeo enim: Quemadmodum Electio Imperatoris ab Electoribus facta pro tali habetur, ac si ab omnibus Imperii Statibus peracta esset, ut suprà *Disc. 1. de Jure elig. Imperat. §. 13.* diximus: Ita quoque de Comitiorum approbatione Electorum statuendum, qui vice omnium Statuum Imperatori adsentiunt, arg. *§. 9. Inst. de I. N. G. & C. L. 3. §. 1. ff. quod Cujusc. univ. nom.* Quod si verò in Comitiis de aliis futuris agatur, non potest non id fieri cum consensu Statuum, jam tùm præsentium, Vid. **Erklärung des Land-Friedens zu Augspurg** *de anno 1500. pr. & R. I. Spir. de anno 1526. pr. R. I. Norib. de anno 1543. pr.* Si quis indè colligeret, Statuum consensum indistinctè requiri, is Comitia quasi Ante-Comitia fingeret.

IV. Im-

IV. Impetratur autem Consensus Electorum hoc loco de necessitate, non verò de indifferenti Civilitate fieri debet, quin potius adeò est necessarius, ut, si Imperator eo non adhibito vel recusato Comitia indixerit, acta sint ipso jure nulla, ex ratione: quia formâ Actus non observatâ, quæ hic in Electorum consensu, qui & vicem solennitatis obtinet, persistit, (cum pro forma aliquid adjectum intelligatur, ubi certus agendi modus præscribitur) Actus ipse redditur nullus, arg. *L.8. §.17. ff. de Transact.* Nec sufficit, si Electorum ratihabitio subsecuta fuerit: Ubicunque enim consensus pro forma & substantia Actus requiritur, ratihabitio non sufficit, nec quicquam ad substantiam Actus operatur, per *L. Constitutionibus 24. ff. ad Municipalem.* Et quidem prærequiritur consensus Electorum omnium & singulorum, qui per literas aut Legatos ab Electorum unoquoque impetrandus; Et hoc publicæ utilitatis causa, ne videlicet Electores collegialiter convenire ac de Comitiis indicendis Comitia cogere necesse habeant, prout quoque ita usus observat. Nam, quando salus Reipubl. Comitiorum celebrationem exigit, Imperator, antequam diem ejus indicat, illud ipsum una cum causis, de quibus totius corporis Imperii conventus instituendus, omnibus & singulis Electoribus, non eorum Collegio, per literas sivè legationes significat, simulque consulit, ut si Comitia indicere necessarium censeant, causasque ad ista cogenda cognoscant sufficientes, suo id unanimi consensu declarent, quemadmodum illud passim ex Imp. Decretis & Recessibus manifestum fit, add. *Auto* des ausführl. Berichts / wie es auf Reichs-Tagen pfleget gehandelt zu werden / apud *Goldast.* in den polit. Reichs-Händeln *P. 22. fol. 926. c. 1. §.* Wann nun ꝛc. itemque *Autor. Comitiolog. Ratisb. de anno 1654. P. 3.* ibi: Wann ein Reichs-Tag vonnöhten / so pfleget der Käyser erstlich solches den Churfürsten einen jeden insonderheit durch Schrifften zu vermelden. Quem requisitionis modum consuetudine plurimùm introductum esse persuasum habeo, cum in Aureæ Bullæ constitutione aut alibi de eo nihil cautum reperiatur.

V. Quod

V. Quod si verò non omnes & singuli consentiant, majora vota h. e. Majoris partis adsensus sufficit, Vid. *Capit. Ferd. III. Art. 7.* verb: Ihren Willen sämtlichen oder den mehrern Theil aus Ihnen / ꝛc. Ut proindè, licet unus vel alter Elector dissentiat, pluribus concordantibus, nihilominus rectissimè clausula usitata literis evocatoriis & Recessui inseri possit & soleat: Darzu Uns wohlermeldte Churfürsten Ihren einhelligen Consens dem Herkommen gemäß unter Ihren Liebden Handschrifft und Siegel gegeben haben / *Arumæ. de Comit. Cap. 5. §. 36.* Invitis autem omnibus, vel dissentientibus pluribus Comitia haberi nullo modo possunt, quicquid etiam scribit *Fürsten. de Jure Supremat. Princ. Cap. 42. p. m. 136.* Quamvis Domini Electores hodiè, cum causas ad Conventum Imperii instituendum prægnantes & sufficientes cognoscant, in Anmerckung sonderbarer und gnugsamer Erheblichkeit / quarum examinatio iis subjacet, suum consensum Imperatori haud difficulter accommodent: Imò rarò aut nunquam contrarium declarent, utpotè cum libertatis germanicæ summoperè intersit, ut frequenter in Imperio habeantur Comitia, dann die Freyheit der Deutschen wird destomehr dadurch erhalten / je mehr und öffter solche Reichs-Tage angesetzet und gehalten werden / cum illud ipsum intrinseca Imperii conditio, mixtam scil. naturam sapientis, omninò requirat: Status enim semper eò liberior, quò major alicubi vis Comitiorum. Si autem nunc illis Comitia haberi videtur esse ex usu & utilitate Imperii, autographo & sigillo quisque suo consensum sigillatim præbet; Es sendet einjeder Churfürst seinen Churfürstl. Consens in Form eines offenen Briefes ein / welcher mit Dero Hand unterschrieben / auch mit den Churfürstl. grössern oder Majest. Siegel bedrucket / quod ex Stylo Curiæ deducit *Paurmeist. Lib. 2. de Jurisdict. c. 2. §. 19.* Heutiges Tages aber / weiln die Käyser die Sache in Hand-Schreiben an die Churfürsten gelangen lassen / also pfleget Ihnen in dergleichen Schreiben solche Einwilligung oder Genehmhaltung auch wieder zugeschickt zu werden. Si verò aliud visum, Dn. Electores Consensum suum rectè denegant.

VI. Sed

VI. Sed his expeditis, non immeritò quæritur: Quænam propriè causæ & rationes constrictæ ejusmodi Imperatoris potestatis in Comitiis indicendis? Quod difficile vix est pronunciatu, & non poterit non ex dictis rem rectè intelligentibus id illicò patere. Sanè si penes Cæsarem solum omnis omninò potestas circa Indictionem Comitiorum resideret, eventurum forsitan esset, ut aut nulla, aut nimis crebra existerent. Quorum utrum majori cum detrimento conjunctum videri debeat, meritò quis addubitet. Olim quidem frequentissima erant, ut etiam singulis peragerentur annis: hinc dici consueverunt, die jährliche Versammlung *R. I. de Ao. 1495.* Hodiè institui debent, *quandò necessitas & utilitas Reipublicæ id postulat*, vi *Instr. Pac. Art. 8. §. Gaudeant.* quod appositum est ob querelas Statuum propter dilata Comitia interpositas, utpotè qui id ut arcanum Monarchici Dominatus arguebant, sicut hoc eiam *Hippol. à Lapid.* notat. Hinc deliberatum fuit: annon ad certum statutumque terminum frequentia Comitiorum iterum possit redigi? Sed cum hoc non videbatur è re esse Imperii, statutum hìc est, quod, *quoties necessarium visum fuerit*, Comitia haberi deberent. Et fuerunt ante Conceptionem Capitulationis Leopoldinæ Collegio Electorali à Statuum Imperii Legatis quoad rem istam hæc oblata monita: **Daß der zukünfftige Römische Käyser zum wenigsten alle sechs Jahr / und sonsten / so offt es die Nohtdurfft / Sicherheit und Ruhestand des Reichs erfodert / mit Wissen und Willen derer Churfürsten einen allgemeinen Reichs-Tag / innerhalb des Reichs ohne Auffschub und Verlängerung ausschreiben und halten solte.** Allein heutiges Tages ist bald innerhalb gantzer 30. Jahr lang fast nur ein Reichs-Tag gehalten / siquidem moderna Comitia Ratisbonensia Ao. 1663. inchoata, Ao. 64. 65. 66. seqq. continuata usque ad hunc temporis tractum durant, & tamen neque perpetua Capitulationis materia, quam in his Comitiis salutari exitu conclusam iri spes magna fuit, neque defensio Imperii, neque alia Reipubl. negocia ad finem fuerunt perducta, nur daß jeder Stand mit grossen Unkosten Ihre Residenten daselbst halten muß / welche das / was auf den Reichs-Tagen fürfällt / Ihren Principalen erstlich referiren

 müssen /

müssen / darüber nicht allein offtmahls die wichtigste Momenta temporum versäumet / sondern auch / was heimlich zu halten / leichtlich den Feinden des Reichs kan offenbahret werden / wie es dann bekandt / daß in währender Zeit / da die Frantzösische Residenten mit bey den Reichs-Tag zu Regenspurg sich aufgehalten / selbige fast alles / was im Reich quoad publica fürfallen können / ausgeforschet / und Ihren Principalen solches wieder referiret haben. Deindè nec minoris pretii constrictæ Cæsaris potestatis in Universalibus Comitiis indicendis ratio hæc est, ne frustrà instituantur Comitia. Cum enim ex levi causa, necessitate non ita magna flagitante, Status non sint convocandi per *Capit. Leopold. Art. 17. & noviss. Joseph. Art. 16.* quibus insertum, daß die Churfürsten und andere des Heil. Reichs Stände mit Reichs-Tagen unnohtdürfftig nicht zu beladen ꝛc. sed ob urgentem utilitatem & salutem Imperii, ut modo audivimus, causæ istius examinatio Dominis Electoribus tribuitur, qui cessante Salute communi nunquam passuri temerè Comitia indici, *Limn. J. P. Lib. 9. c. 1. §. 18.* Porrò in Comitiis sivè ad evertendum, sivè mutandum, sivè conservandum Germanorum Imperium plurimum momenti esse situm scribit *Arnisæ. lib. 2. de Jure Majest. Cap. 4. §. 17.* Igitur quid æquius, quid salutarius Reipubl., quam ut Membra ejus potiora, nempè Electores, iis cogendis consentiant. Ardua enim ipsumque Reipubl. Statum concernentia sine Procerum consilio atque consensu fieri nec possunt, nec debent. Imò videmus, non modò Imperii nostri Majestatem, sed & Libertatem Germaniæ Comitiis firmari: Ergò non immeritò simul arbitrio Electorum Indictio Comitiorum videtur concessa. Et denique jus immotam nobis suppeditat Regulam: Rem sine ejus consensu, cujus maximè interest, nec posse nec debere perfici, *Schrader. de Feud. P. 8. Cap. 2 §. 28.* Ut adeò optimo jure Electorum approbatio & consensus ad indicenda in Imperio nostro Comitia Universalia maximè necessarius sit, quod certè inter Præeminentias Electorales locum non postremum obtinet.

VII. His

VII. His insuper accedit, quod etiam re & necessitate Imperii urgente Comitia Cæsari suadere, atque ita ipsi ad Conventus Imperiales indicendos quandoque autores existere possint, daß Sie bisweilen selbst nach Befindung des Reichs hoher Anliegenheit die Käyserl. Majest. darum anlangen und erinnern können / ut fidem Recessus Ratisbonæ ann. 1641. habitus facit; Cæsar quoque Comitia ad ipsorum monitum denegare nequeat, uti hoc potest colligi ex suprà *all. g. R. J. August. de anno 1555. §.* Und so abermahls die versamlete Churfürsten 67. *& R. J. de anno 1641. pr. & d. Art. Capitulat. Leopold. & Joseph.* verb: Oder Sie von selbsten des Reichs Angelegenheit halber Uns darum unterthänig angelanget / junct. *Art. 8. Inst. Pac. & noviss. Imp. Rec. de anno 1654. §. 192.* Notari verò meretur *Hippolit. à Lapide P. 1. c. 15. p. 248.* fingens, si Imperator Comitia habere nolit aut differat, Electores Imperatore invitô proprio motu & autoritate posse ista indicere, efflagitante & cogente Imperii utilitate & necessitate maxima, in quem sensum malè adducit *R. J. August. de anno 1555. §.* Und so abermahls 2c. ibi: Daß Käyserl. Majest da es auf Anzeig und Gutachten der Churfürsten die Nohtdurfft erfodern solte / ohne allen Verzug eine allgemeine Reichs-Versammlung habe fürzunehmen und auszuschreiben / quæ verba si ex allegatis Leopoldinæ & JOSEPHI Capitulat. explicentur, alium sensum præbent; Satius videtur, si fortè urgente necessitate Imperator Electorum desideriis annuere detrectat, quod tunc inter se ipsos conveniant, & de Imperii Orbisque salute & ad hanc pertinentibus negociis consultent, quod iis permissum. Sed quid si eo casu Imperator quamvis imploratus emaneat, & nec per se nec per Legatum Comitiis intersit, an tunc nihilo secius progredi licebit? De eo Vid. *Textor. de Rat. Stat. Germ. Mod. Cap. 13. p. m. 112. seqq.*

* * *

DISCURSUS VI.

De
Præconsultatione Cæsaris cum Electoribus de Tempore, Loco, Causisque Comitiorum.

I.

NOn minus porrò Dignitas & Eminentia Collegii Electoralis, ad Officium, Libertatem & Potestatem pertinens, dignoscitur ex eo, quod Imperator Universales Imperii Conventus indicturus non solùm teneatur unanimem Electorum Consensum ad eorum Indictionem simpliciter efflagitare, quô de in præcedenti Discursu hactenus egimus; sed &, antequam diem futurorum Comitiorum edicat, cum ipsis solis, reliquis Imperii Principibus itidem exclusis, insuper deliberare de illorum habendorum Tempore, Loco pariter ac causis, uti hoc ex Contextu Literarum evocatariarum, Außschreiben zum Reichs-Tag/ verb: Und dann Uns auch der Zeit und Wahlstatt gutwillig heimgestellet/ satis patet, *Arumæ. de Comit. Cap. 5. §. 27. in fin.* maximè verò ex *Capitulat. Ferd. IV. Art. 14. Leopold. Art. 17. & noviss. Joseph. Art. 16.* ubi id singulare est: Daß Ihre Käyß. und Königl. Majest. keinen Reichs-Tag rc. ehe und bevor Sie umb der Sieben Churfürsten Consens angehalten/ und sich mit denselben so wohl der Zeit als Mahlstatt halben verglichen rc. quod in anterioribus Capitulationibus reperire non est. Olim hæc potestas, nimirum Locum & Tempus Comitiis celebrandis præfigere, solis Imperatoribus data erat, ut pluribus ostendit *Stamler. de Reserv. Imp. §. 27.*

II. Quod

II. Quod proindè Tempus attinet, præconsultandum nimirum cum Electoribus, quis annus, mensis & dies Comitiis sit futurus, quo Consultationum initium fieri debeat, qui deindè in Literis Denunciatoriis denominatur, ut vocati de Negociis maturè deliberare, & quando veniant, cognoscere queant. Quamvis experientia hactenus docuerit, quod, licet à Cæsare & Electoribus certus dies habendorum Comitiorum statuatur, nihilominus Ordines Imperii vel eorundem Legati admodum serò compareant. Conf. *Textor. de Rat. Stat. Germ. p. 348. seqq.* it. Heerden in der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs / qui inter cœtera *p. 31.* ita scribit: Es wäre kein Wunder / wann auch libertatis amantissimus Imperii Status aus Verdruß und Unwillen / sich vor den Reichs-Tagen fürchtete / weil es so lange währet / ehe bey Ansetzung eines neuen Reichs-Tages die Reichs-Stände zusammen kommen. Idque jam tum suo tempore Tacitus de Germanis dixit, dum scribit: *Illud ex libertate vitium, quod non simul nec jussu conveniunt, sed alter & tertius dies cunctatione coëuntium consumitur, Tacit. de Morib. Germ. C. 11.* Quod si verò Status ad Comitia vocati comparitione sua Imperatori & Electoribus obsequium exhibeant, adeoque statuto tempore vel ipsi sese sistant, vel Legatos suos mittant, tamen insuper tantæ plus simplici vice moræ nectuntur, ut nonnulli Imperii Principes vitandorum sumtuum causa fuerint permoti serius comparere. Sic in Conventu Ratisbonensi ann. 1654. integrum ferè trimestre præteriit, antequam Propositio fuerit instituta, uti hoc annotavit *Autor. Comit. Ratisb. de anno 1654.* add. *Conring. Ex. 9. de Comit. Imp. Th. 42.* Quod meritò inter Comitiorum defectus est referendum, quod scopum utilitatis publicæ impedit, vel languescere efficit: Cum, sicuti Interesse nostræ Reipubl. Germ. requirit, ut indictis præfixo tempore Comitiis Cæsar & Status vel eorundem Legati quantocyus conveniant, sic ad eundem spectet scopum, ut jam congregatis ipsis, publicæ deliberationes non diu nimis protelentur, Vid. *Manuale nostrum Polit. de Interesse Rerump. Memb. 3. Cap. 1. Axiom. IX.*

III. De termino verò sivè Tempore, quo Consultationes finem sortiri debeant, deliberari non potest; quemadmodum enim negocia in Comitiis tractanda à certo tempore non pendent, ita nec Comitiis certum terminum dare possunt. Statuitur quidem in Recessu Imperii de anno 1495., Comitia Imperii non ultra mensem extendenda esse, Rubric. daß ein Reichs-Tag soll einen Monat wären/ ꝛc. qua ratione verò hoc ipsum in effectu obtineri queat, nullum remedium, prout quidem circa Officium Electionis Cæsareæ Aurea Bulla *Cap. 2. §. 3.* fecit, desuper Recessus iste addidit. Certè, publica utilitas sivè etiam materiarum tractandarum qualitas sæpè efficit, ne intra hoc tàm exiguum tempus Comitia Universalia finiri queant, imprimis cum hodiè singulis hebdomadibus tres tantùm consiliorum dies (Reichs-Tage) sint, nempè Dies Lunæ, Mercurii & Veneris, & quidem eorum horæ pomeridianæ semper liberæ sunt: reliqui verò dies Martis & Jovis literis & postis dedicantur. Ac licet Cautela hac in re adhiberi vellet, nempè tali casu Comitia esse proroganda atque amplificanda, tamen sic hujusmodi prorogationes, propter caussam adductam, fieri deberent planè ordinariæ, nec aut vix quidem relinqueretur locus Legi, de menstruo tempore Comitiorum latæ, quia videlicet, cum deliberatur de Bello, Pace, Legibus ferendis & id genus aliis, ipsà experientia docet, quàm difficillimè Imperii Corpus coëat in unam sententiam, sic ut utique, imprimis rebus ita stantibus, unicus mensis ad Comitialia negocia per Status deliberanda ac decidenda non videatur sufficere; quin si nostra hac ætate tempus illud strictè hactenus observandum fuisset, semper puto discessum foret re infectà à Comitiis.

IV. Deindè, præconsultat quoque Imperator cum Electoribus de Loco, ubi nimirum Comitia haberi debeant, quoniam Imperator ubivis locorum, quæ Germania ambitu suo complectitur, Comitia ita indicere posset. Ordinarius enim & certus eorum locus hodiè non est. In Aurea Bulla quidem *Art. 25. §. 5.* itemque *Capitul. Car. V. Art. 2. & 29.* cautum extat, ut noviter electus Rex Rom. primum suum imperialem Convent. Norimbergæ ha-

habeat, idque ob loci commoditatem, eo quod in hac urbe, tanquam in centrô Imperii sitâ, Status Imperii commodè convenire, magnificis hospitiis ibi excipi & securè vivere possint; Exindè autem inferre non est, quod reliqua etiam Comitia vel ibi, vel in alia Civitate aliqua Imperiali necessariò celebranda sint: Imò constat, justas sæpenumerò rationes hactenus impedivisse, quo minus Lex ista observari potuerit. Nihilominus tamen in tantùm hodiè Comitiorum locus per Cæsareas Capitulationes determinatus est, ut intra limites Germaniæ sit situs, Vid. *Cap. Car. V. Art. 12. Ferd. I. Art. 11. Maximil. II. Art. 12. Rud. II. Art. 11. Matth. Art. 12. Ferd. II. Art. 10. Ferd. III. Art. 13. Leopold. Art. 17. & noviss. Joseph. Art. 16.* ibi: **Wir wollen auch keinen Reichs-Tag ausserhalb des Reichs Deutscher Nation / ausschreiben.** Id quod ita intelligendum, ut quod in Circulis non comprehenditur, id idoneus Comitiorum locus esse non queat, *Arumæ. de Comit. c. 5. §. 32. Spreng. Inst. J. P. Lib. 1. c. 23.* Ergò ubi & lingua colitur Germanica, & Imperii agnoscitur Jurisdictio, quippè quæ duo conjunctim Provinciam sivè partem Imperii Romano-Germanici constituunt, ibi Comitia indici ac haberi debent. Cujus rei ratio sine omni dubio consistit partim in sumtibus majoribus, quos requirunt itinera ad externa loca, quam ad propinqua in Germania: partim in damno & detrimento, quod sentiunt Principes & Status, si à Ditionibus suis longius secedant: maximè autem in eo, quod neq; ex dignitate, neq; ex libertate Romani sit Imperii, ut Conventus Ordinum extra terminos ejus in solo alieno celebrentur. Extra hunc casum verò ab arbitrio Cæsaris, non quidem solius, sed & Electorum simul pendet, per expressa verba *Capit. Leopold. Art. 17. & Joseph. Art. 16.* Uns mit denselben sowohl der Zeit / als Mahlstatt verglichen / quem locum in Comitiis Imperii destinare, quovè Status convocare velint, adeò, ut, ubi placuerit Imperatori & Electoribus, ibi communem Proceres agant Conventum. Id quod etiam in Praxi modernâ attendi videmus. Quamprimùm enim ubi emergentia negocia Conventum requirunt, Imperator Legatos ad singulos Electores mittit, cum quibus de Loco & Tempore conveniunt, quos etiam rogant, ut si possint, in persona com-

compareant. Ex quibus ſatis manifeſtum, Comitia illorumque Locum & Tempus ab Imperatoris pariter & Electorum arbitrio dependere. Et hoc eò usque ſe oſtendit, ut ratione harum circumſtantiarum habendorum Comitiorum etiam in eorum Reasſumtione, Prorogatione & Translatione Electorum voluntate opus ſit. Cum enim ſemel conſenſu Electorum certus ſit Comitiorum locus determinatus, alio loco convenire, conſenſui Electorum repugnare in aprico eſt. Hinc, quando durantibus Comitiis locus mutandus eſt, id Imperator Electoribus proponit, & cum ipſis de eo deliberat, qui Cæſari ſententiam ſuam convenienter exponunt. Hujusmodi propoſitio ac deliberatio facta eſt in Comitiis præſentibus ob contagionis metum d. 19. Mart. 1680. Et monuerunt Dn. Electores, Auguſtam Vindelicorum Ratisbonâ nimis propinquam eſſe, ſi contagio Ratisbonâ aliò transferre comitia coëgiſſet. Imò, competit Dominis Electoribus in tantum hoc jus, ut cum Comitia in Diætam Deputationum eſſent transferenda, jus illud ipſis reſervaretur, *in §. 192. Rec. Imp. ann. 1654.* Quod autem hactenus pleraque Comitia in Civitatibus Imperailibus fuerint celebrata, uti hoc conſtat ex ipſis Imperii Receſſibus, veluti Auguſtæ, Coloniæ, Conſtantiæ, Treviris, Francofurti, Noribergæ, Wormatiæ, Spiræ, Ratisbonæ, ubi & hodiè celebrantur, commoditatis magis fuit, quam neceſſitatis, propter majorem videl. rerum affluentiam, Vid. *Schütz. Jur. Publ. P. 1. Diſp. 10. Th. 5. lit. d. Knipſchild. de Civit. Imp. Lib. 2. Cap. 1. §. 24.*

V. Nec minus denique Imperator cum Electoribus deliberare tenetur de Cauſis Comitiorum, cur nimirum præſens Diæta vel Comitia habenda, quæque ipſum ad ea indicenda permovent; Et ſi has Electores prægnantes & ſufficientes cognoſcunt, ſuum Imperatori conſenſum facilè præſtant, ſin minus, eundem rectè quoque denegant. Cauſa autem ad cogenda Comitia prægnans eſt Neceſſitas, Utilitas & Salus Imperii, *R. J. Spir. de ann. 1528.* i. e. vel Conſervatio, vel Defenſio ejus, ſiquidem omnia ea, quæ ad Imperium vel conſervandum vel defendendum pertinent, in Comitiis tractari ſolent, *R. J. de anno 1512.* In genere tamen aliàs cau-

Causæ Comitiorum indicendorum, & quidem maximâ ex parte hodiè ordinariæ clarescunt ex *Art. 8. Inst. Pac.* ubi præter Jura Statuum multæ memorantur materiæ remissæ, quæ concernunt Personas, Res & Judicia, suntque: Legum Latio, Interpretatio, Abrogatio: Tributorum & Contributionum Universalium tàm Ordinariarum quàm Extraordinariarum Collectio: Jus Monetæ, prout videlicet est in communibus Legibus nummariis, it. Bellorum Indictio, Pacis & Tranquillitatis publicæ Constitutio: Negocia Fœderum, Delectuum & Hospitationum Militarium (Einquartierung) instituendarum: Institutio commerciorum cum Exteris: Defectus Comitiorum: Electio Regis Rom. & Conceptio perpetuæ Capitulationis Imperatoriæ: Redintegratio Circulorum: Matriculæ Imperialis Reformatio: Reductio Statuum exemtorum: Emendatio, Moderatio & Remissio Imperii Collectarum scil. Extraordinariarum, der Abgang/ Ringerung und Moderation des Heil. Reichs Anschlägen: Porrò, Reformatio Politiæ & Justitiæ: Taxæ atq; Sportularum in judicio Camerali justa Reductio: Ordinariorum Deputatorum Constitutio, quæque plures adhuc aliæ sunt causæ, quæ passim in dicta novissima Pacis Constitutione apparent. In summa, quicquid est, quod ad Gloriam DEI, Conservationem Justitiæ, Honestatis & publici Status ædificationem conferre possit, de eo in Comitiis & Conventibus publicis tractari debet, Reformation guter Policey zu Augspurg Ao. 1530. §. Nach dem Wir/ ibi: Alles das fürzunehmen/ zu rahtschlagen/ zu handeln und zu schliessen/ daß zuforderst GOtt dem Allmächtigen zu Ehr und Lob/ gemeiner Christenheit und Deutscher Nation zu Wohlfahrt/ Fried und Einigkeit/ auch dem Heil. Röm. Reich zu Nutz/ Aufnehmen und Gedeyen gereichen möchte/ add. Eitel Fried. von Heerden in der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs *P. 2. c. 3. . 91. Paurm ist. de Jurisd. Imp. R. m. Lib. 2. c. 2. n. 29. seqq.* ubi breviter exponit, quid hodiè in Comitiis agatur, ac proindè Recessuum argumenmentum sit.

VI. Impetratô nunc Electorum consensu, habitoque cum iisdem hoc modo consilio de Tempore, Loco & Causis futurorum Comitiorum, Imperator, vel, eo absente, Rex Rom. *R. J. spir.*

de anno 1542. §. *3.* tandem ſingulos Imperii Status ad Comitia invitat, & quidem ſpecialibus hodiè literis, vel manu exaratis, vel temporis lucrandi cauſâ, typis impreſſis, quæ regulariter hodiè ſex menſes ante comparitionis terminum, niſi moræ periculum aliud velit, ut factum in Comitiis Ratisb. Ao.1641., Vid. *R. d. A.* §. *2.* ſeparatim ad quemvis Electorem, Principem & Statum Imperii, qui perſonam in Comitiis ſtandi habet, cum conſuetâ Intitulaturâ transmittuntur: Exceptis Prælatis & Comitibus, qui, cum non viritim, ſed curiatim hodiè in Comitiis ſuffragia ferant, non ſinguli, ſed ſub compellatione Directoriorum citari ſolent, ut notat *Spreng. in Luc. Mod. Stat. Imp. c. 1. p. 2.* itemque excipiuntur Principum Familiæ, in quibus vel ex Conſuetudine, vel Privilegio, vel Teſtamento jus Primogenituræ introductum, ibi enim ſolus Princeps gubernans citari ſolet; ubi verò Diviſio in territoriis obtinet, quilibet pro ratione territorii ſui vocatur, *Rhet. Inſt. J. P. Lib. 2. Tit. 24. §. 8.* quô de etiam Domus Saxonicæ & Brandenburgicæ exempla dubitare non ſinunt. In hiſce autem literis tùm Cauſæ habendorum Comitiorum & Articuli, de quibus futura ſit deliberatio, tùm etiam Tempus & Locus ab Imperatore & Electoribus determinatus exprimitur, eo ſcil. fine, ut vocati de Negociis maturé deliberare, Legatos, ſi quos miſſuri ſunt, eò pleniùs inſtruere, & Locum atque Tempus, quo & quando veniant, ſcire poſſint. Formulam hujusmodi Literarum refert *Autor Comitiolog. Ratisb. de anno 1654. P. 3. & alleg. Ant.* der Grundfeſte des H. Röm. Reichs *P. 1. C. 2. §. 10.* itemque *Pancrat. Lampaa.* in ſeinen politiſchen Reichs-Händeln *Art. 21.* von der *Formulâ*, wie Käyſerl. Majeſt. Reichs-Täge pfleget auszuſchreiben.

VII. Illud tamen hic notandum, quod nonnunquam etiam Legati & Internuncii mittantur, qui Statuum comparitionem in perſonâ promoveant; fateor enim, multas prægnantes & juſtas utique dari rationes, quæ perſonalem comparitionem Ordinibus Imperii ſuadere poſſunt, quod confirmare videntur *R. J. de anno 1545.* §. Dem allen nach ꝛc. *de anno 1546.* §. Dieweil Wir aber ꝛc. Quod ſi itaque Cauſæ Magnitudo & Negocii gravitas, vel extrema Reipubl. Neceſſitas poſtulet, ut in propriâ perſonâ Prin-

Principes & Status se sistant: Ubi etiam personalis eorum præsentia Splendorem Comitiorum auget, ac negociorum celeriorem expeditionem promovet, nil impedit, quo minus Imperator illos ad personalem Comparitionem seriò adhortetur, vel literis Imperialibus, per verba: Ernstlich befehlende/ vel missis internunciis, eo quod omninò optimè tunc consulatur Reipublicæ ipsorum Ordinum præsentiâ. Recens exemplum hujusmodi Convocationis ad personalem comparitionem exhibet *Aut.* der Grundf. *P. 1. C. 2.* Aliàs hodiè pendet ab arbitrio eorum, (exceptis Civitatibus Imperialibus & Abbatissis, quæ non nisi per Legatos comparere possunt, Vid. *Limn. L. 9. c. 1. §. 104.*) num velint personaliter comparere, aut mittere suos Nuncios sivè Ablegatos, dummodo cum mandato & quidem pleno, i.e. cum plena & intrinseca agendi potestate, cujus Acta Dominum imprimis obligant, quam Literæ evocatoriæ regulariter postulant, istos mittant, dicuntur aliàs *Plenipotentiarii*, qui quales quales absentiæ Dominorum suorum rationes apud Cæsarem, vel illius Principalem Commissarium, ut & in primordio Consultationum prætexunt, & simul studium deserviendi Cæsareæ Majestati verbis exquisitissimis deprædicari curent, Vid. *Bertram. de Comit. Th. 62.* quod etiam facere tenentur vi *R.* J. zu Trier und Cölln *de anno 1512.* §. Es sollen auch die Churfürsten ꝛc. ibi: Wo Sie in eigener Persohn zu erscheinen redliche Hinderung hätten/ die Sie bey Ihren Glauben mit Brief und Siegel betheuren sollen/ add. *Reincking. de R. S. & E. L. 1. cl. 5. Cap. 8. §. 42.*

 DISCUR-

DISCURSUS VII.

De

Jure instituendi Comitia sivè Conventus Electorales, qui vulgò vocantur Churfürsten - oder *Collegial*-Täge.

I.

INsignem certè Præcellentiam Dominorum Electorum & in eo deprehendere licet, quod ipsi, quotiescunque libuerit, absque Imperatoris specialis veniæ impetratione, vel aliorum Principum & Statuum interventu, convenire, & de arduis ac gravissimis Imperii negociis consilia conferre queant; Dergestalt/ daß Sie als Souveraine-Häupter hier zum öfftern Ambassaden und Bottschafften von Souverainen-Potentaten empfangen / und versehen hinwieder dieselbe selbst in Käyserl. Gegenwart mit Resolution, nach Ihren Gefallen. Prudentissimè sanè: Cum enim multiplices Reipubl. curæ haud patiantur, Imperatorem omnibus intentum esse: Imò longè etiam difficilius sit, Universalia cogi Comitia, & lentius ferè negocia ibi procedant, animi quoque & consilia magis distrahantur, meritò Electoribus præcipuè, in partem solicitudinis imperialis vocatis, casus quosque adversos amoliri incumbit, utpotè qui solidæ Imperii Bases ejusque libertatis Custodes atque Consiliarii fidelissimi habentur, ac proindè salutem magis quàm ruinam Imperii quærere præsumuntur.

II. Equi-

II. Equidem ſunt Congreſſus Electorum duplicis generis: Aut enim conveniunt inter ſe, incluſô ſimul Rege Bohemiæ, eo fine, ut eligant Regem Romanorum in Imperatorem promovendum, & dicuntur celebrare *Conventum Electoralem*, einen Wahl-Tag; Aut conveniunt, ut tamen Bohemiæ Regem excipias, deliberaturi de variis Imperii negociis ad ſalutem ejus orbisque ſpectantibus, & dicuntur celebrare *Conventum Collegialem* einen Churfürſten- oder Collegial-Tag; atque ſic ab invicem differunt, non ſolùm rerum tractandarum, verùm etiam perſonarum intervenientium intuitu. De priori genere ſuprà actum eſt, de poſteriori nunc dicendum erit. Ubi ante omnia notandum, quod hæc conveniendi libertas & poteſtas data ſit Electoribus in *A. B. Tit. 12.* cui acceſſerunt poſteà Fraternæ Electorum Uniones, Francofurti anno 1446. it. Geilhuſii anno 1502. initæ, & Wormatiæ anno 1521. zur Befeſtigung Ihrer Churfürſtlichen Hoheit und Præeminentz, auch Erhaltung des H. R. Reichs bey deſſen Majeſt. und Aufnehmen / renovatæ, quarum mentionem facit *Goldaſt.* in ſeinen polit. Reichs-Händeln *P. 8. c. 3.* quibus iſta Electorum poteſtas jugiter hactenus ſervata, conſervata, donec ſtipulatione tandem ſolenni inter Ferdinandum I. Imperatorem & Electores anno 1558. contracta, imò inſequentium Imperatorum Capitulationibus confirmata fuit, adeò quidem, ut eorum vigilantiâ à Carolo IV. ſtrictè ac certis limitibus conceſſa, hodiè per iſtas latius extenſa ſit, ut infrà pluribus audiemus. Hinc etiamnum Imperatores in Creatione juratò tales Electorales Conventus ab ipſis haud impeditum, ſed permiſſum iri hiſce formalibus promittere ſolent: Wir laſſen auch zu / daß die Sieben Churfürſten je zuzeiten / vermög der güldenen Bull und Obſervantz / nach Gelegenheit und Zuſtand des H. R. Reichs zu Ihrer Nohtdurfft / auch ſo Sie beſchwerliches Obliegen haben / zuſammen kommen mögen / daſſelbe zu bedencken und zu rahtſchlagen / daß Wir auch nicht verhindern noch irren / und derohalben keine Ungnad oder Widerwillen gegen Ihnen ſämtlich oder ſonderlich ſchöpffen und empfangen. Vid. *Capit. Car. V. Art. 5. Ferd. I. Art. 5. Maxim. Art. 3. Rudolph. Art. 4. Matth. Art. 4. Ferd. II. Art. 4. Ferd. III. IV. Art. 5. Leopold. Art. 6. & noviſſ. Joſeph. Art. 6.* Et videntur

Archi-Principes Electores hunc Articulum sine omni dubio iis de causis inseruisse, primùm, ne Imperatores prætendere queant, per *dict. Tit. 12. §. 2. A. B. vers. Hac nostra Ordinatione &c.* hanc conveniendi licentiam ipsis non in perpetuum, sed tantùm usque ad Imperatoris beneplacitum indultam esse, *Buxtorff. ad A. B. Cap. 12. Art. 95.* Undè etiam verba in Capitul: **vermöge der Güldenen Bulle /** ibi non juxta §. *2.* sed *§. 1. dict. Tit. 12. A. B.* intelligenda esse, satis accuratè annotavit *Excell. Dn. Rhetius in Instit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 6. §. 6.* Deindè quoque fortasse eapropter, ne Conventus istos Electorum particulares per desuetudinem vel intermissionem diuturniorem prorsus abolitos quis existimet, prout ex Formula Capitulationis patet: **Wir lassen auch zu / daß die Churfürsten je zuzeiten / ꝛc.** Visum nonnnllis, Conventus hos Electorales sublatos esse quoad tractationes de rebus Imperium totum concernentibus, quoniam ea omnia ad Comitia Universalia relata sunt in Instr. Pac. Cæs. Suecicô; sed nihil ibi de sublatione Comitiorum Electoralium actum: Et habuerunt hujusmodi Conventum Dn. Electores etiam post Pacem Westphalicam A. 1652. Pragæ, it. Mülhusii A. 1673. ubi multa ab iis agebantur, quæ totum Imperium concernebant.

III. Num autem jam tùm ante Constitutionem Carolinam Dn. Electores Imperii causa ejusmodi agere Conventus, & publicis de rebus consultare soliti fuerint, meritò disquiritur. Quod affirmat *Goldast. de Regn. Bohem. Lib. 3. c. 6. §. 7.* pro quo facit, quod habet *Lehman. in Chron. Spir. Lib. 5. c. 28. fol. 433.* Et licet huic sententiæ tutò suffragari, ita tamen, ut non nisi cum Cæsaris semper permissu id fieri ipsis fas fuerit. Contrarium verò defendere conantur *Becker. Synops. J. P. Lib. 4. Cap. 1. §. 17. Arumæ. de Comit. c. 2. §. 29.* qui hujus rei institutum acceptum ferunt Carolo IV. Imperatori, cujus permissu primitùs Electoribus tales Conventus inire licuerit, inque eam rem citant verba, quibus *Carolus in A. B. Tit. 12.* utitur. Ast Imperator textu isto novam quondam his Electorum Conventibus formam quidem præscribit, minimè tamen primitus eo ipso istos instituit, potius longo tempore ante Auream Bullam obtinuisse perspicuis & expressis verbis ibidem testa-

testatur, dum sancit, ut *Electores frequentius solito congregentur*, daß Sie öffter als gewöhnlich ist/ zusammen kommen: Ergò jam olim congregatos de Imperii rebus deliberasse illos satis apparet. Et quidem non ex permissione cujusque Imperatoris hoc jus iis concessum, sed Electores illud ab antiquo bona ex parte sibimetipsis attribuerunt & reservarunt.

IV. Quod Formam sivè Leges in *A. B. cit. Tit. 12. §. 2.* hisce Electoralibus Comitiis à Carolo IV. præscriptas concernit, consistunt istæ in iis, ut Electores [1.] annuatim conveniant, [2.] post Festum Paschatis intra spacium unius mensis proximi, [3.] in aliquâ Civitate Imperiali, i. e. immediatè Imperio subjecta; uti ex additione nominis *Metensis* probabiliter colligere est. [4.] Ab Imperatore designanda, [5.] ut hujusmodi Conventus præsente Imperatore ejusque Legatis celebrentur, [6.] ut Electores personaliter appareant, [7.] ne in his Electorum Conventibus ob Convivia frequentiora retardetur salus publica, ordinatum simul, ut durante congregatione nulla generalia celebrentur Convivia, sed tantùm particularia cum moderamine, quæ Tractatui non obsint. Ita enim sonant verba Aureæ Bullæ: *Quod iidem Principes Electores per singulos annos semel, transactis à Festo Paschæ Resurrectionis Dominicæ quatuor septimanis continuè numerandis, in aliqua Civitatum S. Imperii personaliter congregentur, & Colloquium s. Curia, & Congregatio hujusmodi, in Civitate nostra Imperiali Metensi per nos & eosdem Principes celebretur: & deinceps die quolibet congregationis hujuscemodi locus per nos, quo sequenti anno conveniant, ipsorum consilio statuatur &c.* Et posteà: *Concordi voluntate duximus ordinandum, ut congregatione præfata durante generalia omnium Principum celebrare alicui non liceat Convivia, particularia verò, &c.*

V. Attamen, hæc Puncta aliaque adhuc plura moribus nostris non usque quaque observantur, sed usus penitus recessit à Dispositione Aureæ Bullæ, maximè per Capitulationes Cæsareas. Quod enim Tempus attinet, quando nimirum ejusmodi Collegiales Conventus instituendi, secundum suprà dictas Uniones Electorales & Capitulationes, atque sic hodierno die non necesse est, ut annuatim id fiat, sed ut verba Capitulationis sonant,

nach

nach Ihrer (der Churfürsten) Gelegenheit: Nec ſemel in anno, ſed toties, quoties neceſſitas & utilitas totius Imperii, vel etiam Collegii Electoralis exegerit, zu Ihrer (der Churfürsten) und des H. R. Reichs Nohtdurfft/ und ſo offt Sie beſchwerlich Obliegen haben: Nec ſtato tempore, ſed pro arbitrio Electorum. Deindè quoque Locus non ab Imperatore, ut olim, ſed ab Electoribus determinatur, quorum conſilio & arbitrio ſoli hodiè relictus eſt; nec ſemper in Civitate Imperiali hujuſcemodi Conventus haberi patet ex modò allegata Conſtitutione Unionis Electoralis de anno 1521. §. 4. 7. 9. & 16. ubi præter Francofurtum & Geilnhuſium, Fuldæ quoque & Moguntiæ mentio fit, quod & ibi habiti ſint: quas poſteriores, ut Imperii Civitates eſſe non inficiemur, liberas tamen Imperiales, freye Reichs-Städte/ quæ non niſi Imperatorem ſuperiorem agnoſcunt, & votum & ſeſſionem habent in Comitiis, nequaquam dici poſſe autumamus.

VI. Porrò indicuntur hodiè Collegiales Conventus à Dnis. Electoribus, & nulli mortalium in hoc Sacrum Conclave acceſſus patet, niſi ſeptem (hodiè octo) iſtis Principibus Electoribus tanquam Ephoris Imperii, adeò, ut nec ipſi Imperatori aut ejus Legato ſemper, quod tamen expreſsè vult Aureæ Bullæ diſpoſitio. Undè etiam *Dietericus ad A. B. Tit. 12.* hac de re ita ſcribit: Si ex Aureâ Bullâ ſumenda eſt Deciſio circa quæſtionem, An Collegium Electorale Cæſaris Commiſſarium recipere, eumvè ut Conſilius adſit, admittere teneatur? Facilè apparet, quid ſit dicendum. Nam, inquit, quomodo aditus ad Conventum Electoralem illi præcludi poteſt, quem ipſa A. B. huic intereſſe jubet, cui adſtipulantur *Limn. 9. jur. Publ. l. §. 232. Hær l. de Congr. ſſ. Princ. Tr. 45.* Et fateri nos cogimur, permulta iſtiusmodi Comitia, imprimis in hoc ſeculo peracta fuiſſe, quibus Legati Imperatorii interfuerunt, v. g. Norimbergæ anno 1619. Ratisbonæ anno 1623. Mülhuſiii anno 1627. Ratisbonæ itidem anno 1630. Norimbergæ anno 1640. &c. ad quos Conventus omnes Cæſarei Legati fuerunt admiſſi, ita, ut adhuc hodiè Imperatori, ſi velit, aditus non præcludi poſſe videatur. Nihilominus tamen certiſſimum, poſſe quandoque ea incidere tempora, & talia negocia tractari, à qui-

à quibus meritò excludi queat sivè Imperator sivè ejus Legatus. Sic si non pacata sunt Reipubl. tempora, vel res summi momenti, & quæ ad Imperii administrationem, quæque ad Cæsareæ ipsius Majestatis Munus & Actiones spectant, tractandæ sunt, tunc haud inique detrectant Electores, admittere Imperatorem sivè ejus Legatum, si velint consultationibus istis adesse. Nam unicuique Ordinum liberum est, querelas suas huic Senatui deferre, hujus patrocinium invocare, de injuriâ & injustitiâ sibi à Cæsare ejusque ministris illatâ conqueri: Eò quod ibi examinentur & censoriâ ratione notentur omnia ea, quæ contra Leges & Sanctiones Imperii, contra Immunitates Ordinum, contra libertatem publicam & contra Electorum potestatem & autoritatem suscepta & innovata æstimantur, uti inferius suo loco dicemus. Quæ omnia Cæsar sivè ejus Legatus occupare & prævenire suo vultu & supercilio, si præsens esset, querimonias & liberas de se suisque Actionibus voces, sententias & censuras cohibere & reprimere posset. Nemo enim contra imminentem ne quidem hiscere auderet. Itaque satius utique, ut ab hujuscemodi consultationibus excludatur. Sed quid de Rege Bohemiæ in hoc passu dicendum? Sanè, quamvis & ipse Electoralis Collega sit, tamen ad hujus generis Conventus nunquam vocatur; Et, licet non vocatus, sponte tamen ad istos veniat, nihilominus aditus ipsi haud patet; cujus rei variæ redduntur rationes, quarum nonnullæ videri possunt apud *Goldast. de Regn. Bohem. Limn. J. Publ. Lib. 9. c. 1. §. 91. Arumæ. de Comit. Cap. 4. §. 52.* fortasse nunquam Regibus Bohemiæ jus fuit, ut ad alios præter Electionis Conventus Electorum vocarentur: Vel Imperii negocia, tanquam à suâ Curiâ alieniora, multumque temporis & sumtuum exigentia, à se spontè rejecerunt, & sic suum fortè jus tacitè resignarunt. Quicquid sit, illud certum est, jam pridem ad hos Electorales Conventus Regem Bohemiæ neque vocatum, neque, si spontè apparuit, admissum fuisse. Sic in Conventu Electorali Norimbergæ Ao. 1611. celebrato, Cardinalis Closelius à Matthiâ Bohemiæ Rege ablegatus, locum sibi nomine Regis sui vehementer contendebat, multisque adductis urgebat rationibus; Sed rejectus fuit

 à reli-

à reliquis Dominis Electoribus, præferentibus Dispositioni Aureæ Bullæ contrariam Observantiam & Praxin, & ita pertendentibus, Bohemiæ Regi nullo modo patere admissionem ad ejusmodi Conventus, Vid. *Limn. ad A. B. Tit. 12. §. 2. Obs. 6.* & *in Annotat. ad* Art. *V. Capit. Car. V. Arumæ. de Comit. Cap. 2. §. 31.* Pari quoque ratione factum in Conventu Electorali Mülhus. Ao. 1626. nec non in Ratisbonensi Congregatione Anno 1636. ubi Rex Bohemiæ quidem aderat, sed in Senatum Electoralem ad audienda vel ferenda suffragia non fuit admissus. Et certè, admodum utile ac gloriosum Regi Bohemiæ foret, si his imprimis temporibus, quibus cum Diademate Regio Imperatoriam Lauream conjunctam habet, huic augusto Senatui semper interesse liceret. Sed indè est, quando de Conventu Electorali, extra Diætam Electionis, disponitur in Capitulationibus Cæsareis & Constitutionibus Imperii, & quidem ante Instrumentum Pacis Osnabrugo-Monaster. quod saltem sex Electorum fiat mentio: Post hanc Pacificationem verò, quâ numerus Electorum auctus, in Capitulat. FERDINANDI IV. scilicet LEOPOLDI & JOSEPHI septem tantùm Electores recenseantur. Nuperrimè quidem Sereniss. Elector Hannoveranus, bey Dero erlangten Chur-Würde/ Cæsari tanquam Regi Bohemiæ promisit, eò se allaboraturum esse, ut, quemadmodum ad Diætam Electionis Imperatoriæ, vel Regis Rom., ita quoque ad alios Conventus Electorales admissio & aditus ipsi pateat, atque sic in omnibus Deliberationibus Electoralibus pari cum reliquis Archi-Principibus jure suum adipiscatur Votum, Vid. Der Neben-*Recess* des Hannov. *Tractats Punct. 2.* ibi: Es verspricht auch der Churfürst von Braunschweig dem Käyser als König von Böhmen/ ut in Electione, ita etiam in cœteris Deliberationibus Electoralibus ein Votum zuwege zubringen helffen. Num illud promissum Dn. Elector poterit exsolvere, experientia docebit: hoc quidem verum, quod in re ista jam unum atque alterum è Collegio habeat suffragatorem.

VII. Posthæc, quod punctum præsentiæ Electorum in hisce Conventibus attinet, secundum sæpè *alleg. Tit. 12.* A. *B.* iis in personâ interesse tenentur. Hodiè verò per Capitulationes Cæsar.

liber-

libertatis est & arbitrii, quod ex Aureâ Bullâ necessitatis fuit, & Fraterna Unio inter Electores Ao. 1521. contracta, & Observantia hodierna utique Legatos admittit. Ita enim se habent verba Unionis Electoralis *§. 4. 9. & 16.* Von Ihren eigenen Personen/ oder Ihren trefflichen Rähten zu erscheinen benennen / und auf demselben Tag beyde Theil durch sich selber persöhnlich / oder Ihre vollmächtige Anwäldte / erscheinen / und die andern Vier aus Uns / oder derselben treffliche Rähte / rc. quæ verba ipsis etiam Legibus fundamentalibus passim inserta reperiuntur: ita tamen, ut Legati tales mandatum generale, sufficiens & legitimum, völligen/ gnugsamen Gewald / Collegio Electorali exhibere, & de Absentiæ causis, quo minus eorum Principales his impediti ipsi adesse nequiverint, fidem facere teneantur. Et sic hôc potissimum seculô sæpius practicatum est, nimirum Ao: 1608. Fuldæ, Ao. 1611. & 1619. Norimbergæ, Ao. 1620. Mülhusii, similiter Ao. 1630. & 1636. Ratisbonæ, item Ao. 1652. Pragæ &c. Denique nec durante Conventu Domini Electores hodiè in celebrandis conviviis Legem ab Imperatore, ut olim vi A. B., accipiunt, sed ipsimet sibi ponunt; Et quæ plura alia hujus Sanctionis sunt Capita, quorum mentio fit in *alleg. Tit. 12. A. B.* quæ tamen nunc per contrariam observantiam penitus exoleverunt, de quibus prolixè Vid. *Goldast. in Bohem. Lib. 4. C. 6. §. 22. Limn. J. P. Lib. 9. C. 1. §. 232. & in Annot. ad Capit. Car. V. Art. 5.*

IIX. Quo autem illustrissima hæc Prærogativa, quâ Sereniss. Electores in hisce suis Conventibus Collegialibus celebrandis gaudent, eò magis præfulgeat, videamus adhuc paucis, de quibus plerumque Causis & Capitibus in istis tractari & consultari soleat. Et sanè agunt omninò Dni. Electores, cum conveniunt, de arduis & gravissimis quibuscunque Imperii, imò totius Europæ negociis, puta: de Bello & Pace, de Fœderibus cum Exteris vel etiam aliis ineundis, de amoliendis Seditionibus, Conspirationibus & Ligis contra Imperatorem, de conservandis Imperii, Ordinum & Principum juribus, libertate, bonis: De Constitutione rerum sacrarum & utriusque Religionis libero & per fundamentales Leges sancito Exercitio sarto tecto servando,

de tuenda Collegii Electoralis Autoritate, de defendendis ejus Ditionibus, Regalibus & Prærogativis, it. de Electionibus Imperatoris vel Regis Roman. ejusdemque Coronatione: de Cæsaris honore sublimi protegendo & propugnando, de ejus administratione & gubernatione, de ejus potentia, si exorbitet, frenanda; Quid? quod & de ejus Submotione & Depositione in his Conventibus fuerit deliberatum ex Historiis verosimile sit: Porrò de impedienda tùm Imperii diminutione, tùm hæreditaria in illo Successione: De Legibus, sub quibus Imperatorem eligendi admitti consultum sit: De Alienationibus & Oppignorationibus Bonorum Dominalium Imperii; uno verbo, de omnibus Rebus & Causis, quæ ad decus, honorem, emolumentum & incrementum Imperii, quæque ad Reipubl. universæ salutem, imò totius Europæ tranquillitatem spectant, sicut ex *A. B. sæpè alleg. Tit. 12. & cit. §. 1. & 16. Fraternæ Electorum Unionis de anno 1521.*, in quibus plurima hujus generis Capita, licet generalibus saltem verbis, continentur, itemque Capitulationibus Cæs. & experientia quotidiana cuivis abundè colligere licet. Equidem non fugit nos, quod nonnulli J. P. Doctores, in quibus etiam *Limn. in Annot. ad Capit. Car. V. Art. 5.* verb: Zu Ihrer und des Heil. R. Reichs Nohtdurfft / &c. quem sequitur *Conring. Diss. IX. de Com. Imp. Germ. Th. 64.* aliique, negocia, quæ in hisce Conventibus Electoralibus tractari solent, distinguant, ita, ut alia primariò concernant Electores, ipsorumque Jura: alia, Imperium ipsum. Illa cumprimis in his Conventibus expediri volunt, hæc non indistinctim, eo quod plerorumque negociorum, quæ Imperii Statum concernunt, ea sit natura, ut in illis vix quicquam absque omnium Ordinum consensu statui queat. Et fatemur, quod omninò in immensum Dignitas & Eminentia Collegii Electoralis ampliaretur, si indistinctè ea negocia, quæ omnes Imperii Ordines concernunt, ipsius arbitrio & decisioni relinquantur: qualem autoritatem ipsi Domini Electores neutiquam sibi arrogant. Undè legimus, talia negocia plus vice simplici in Comitiis istis Collegialibus non expedita, sed ad proxima Comitia communi Statuum Consensu decidenda rejecta fuisse: Quod exemplo Conventus Ful-

Fuldensis de anno 1606., nec non Ratisbonensis de anno 1630. probari potest, ubi justitiæ reformationes & negocia bellica ad Comitia Universalia leguntur ab Electoribus rejecta, Vid. Protocoll. Consul. d. 15. August. apud *Londorp. Tom. 2. Act. Publ. Lib. 2. pag. 136. §. 39.* Nihilotamen minus ab Electoribus in hisce suis Conventibus omni tempore Præconsultationes de iis rebus institui possunt, de quibus posteà in Comitiis Universalibus reliqui Ordines suo arbitratu statuunt, *Inst. Pac. Art. 8. §. Gaudeant*, §. *Habeantur.* Imò, si ejusmodi Imperii negocia in deliberationem adducta moram non ferant, wann das Publicum Interesse eine mehrer Beschleunigung desselben erfodert / und die allgemeine Wohlfahrt bey dem Verzug solte Schaden leiden / atque Comitiorum Universalium consilium aut decretum haberi vel exspectari nequeat, non video, quo minus tunc Collegio Electorali in his Conventibus & de iis liceat quicquam decernere, cum alias in quolibet repentino casu, ubi Imperii salus vertitur, ad istos, tanquam ad sacram anchoram recurratur, *Arumæ. c. l. Dietr. ad A. B. Tit. 12. pag. 68.*

IX. Exindè abundè jam colligitur, quod Conventuum horum Collegialium profectò non exigua sit utilitas, ita, ut meritò in magnis Germaniæ tempestatibus, litibus ac tumultibus optima reputentur remedia, quibus S.R.I. possessio adversus hostium aliorumque ejus libertati inhiantium astus & periculosas molitiones sæpius fuit conservata & adhuc conservatur; ut proindè maximè nostræ Reipubl. Germanicæ intersit, ut potestas hæc conveniendi Dominis Electoribus salva permaneat. Atque sic apparet, quanto honore, quantaque autoritate & potestate careant reliqui Imperii Principes, non solùm in eo, quod à tàm arduis consultationibus, quas totius Europæ tranquillitatem & haud raro scipsos concernere ignorare nequeunt, excludantur, sed quod etiam ipsis regulariter absque interveniente consensu Imperatoris nullos hujusmodi agere Conventus liceat, *L. 15. C. de Episc. Aud. L. 5. C. de his qui ad Eccl. L. 1. & 2. ff. de Colleg. & Corp. Clapmar. de Arcan. Rer. L. 3. c. 13. in fin.* cujus rei causam quodammodò demonstrat *Arumæ. ad A. B. Tit. 5. & Carpz. de Leg. Reg. Cap. 5. Sect. 7.*

 Hinc

Hinc tantò major in eô elucet Electorum Prærogativa & Dignitas, quantò minus reliqui Imperii Ordines & de sublimi hoc jure participant. Et quamvis hodiè, & quidem *in §. 6. Capit. Leopold. & noviss. Joseph.* iis indultum sit, quotiescunque necessitas exigerit, so offt es die Noht und ihr Interesse erfodert / per Circulos convenire, nihilominus tamen illi non de arduis negociis Universi Imperii, ejusque salute & incolumitate ad imitationem Electorum deliberant, per *Tit. 12. A. B.* & Capitulat. Cæsar., quæ expressè de solis Electoribus loquuntur, sed tantùm de rebus & negociis Circularibus, *d. §. 6. Capit. Leopold. & Joseph.* Und über die Execution dessen / was auf Reichs-Tägen placidiret / oder Jhro Käyserl. Majest. und die Stände sonst gut finden. De quibus itaque in hujusmodi Conventibus Circularibus deliberatur, sunt e. g. Negotia de Contributionibus, de Redintegratione Breviarii sivè Matriculæ Imperii, de Præsentatione Adsessorum in Camerâ Imperiali, de Monetis publicis probandis & reprobandis, quæ ad Conventus Probations-Täge dictos, pertinent, it. de Sententiarum ac Mandatorum Imperialium executione ac pace publica conservanda, quæ consistit in comprimendis ac sedandis motibus & vi publica, Vid. *Rec. Imp. de Ao. 1555. 1559.* Vel sunt aliæ res extraordinariæ, quando ob subitaneam & præsentem necessitatem Circulis ab Imperio quid expediendum injungitur, *Paurmeist. de Jurisdict. Lib. 2. c. 2.* Idque insuper semper anteà non nisi consentiente Imperatore & interveniente ejus Commissario sivè Legato, donec tandem Ao. 1652. Recessui Conventus Circularis Lüneburg. expressè insertum, daß hinführo in der Fürsten und Stände Freyheit und Gefallen stehen solle / bey befundenen Ursachen für sich Creys-Tage anzustellen / und des Creyses bestes zu beschliessen / davon Käyserl. Majest. vorhero einige Notification nicht zu thun / und es dabey sein Verbleiben hat. Si quid tamen Imperator habeat, quod circa Conventus hujusmodi moneat, id ipsum Jure Majestatis suæ permissum, sicuti urgentibus periculis Conventus Circulares maturare potest, Directores Circulorum compellando & excitando per Rescripta exhortatoria, excitatoria & similia, ut partium suarum memores sint. Commissarium verò adhuc hodiè lici-

licitum est Cæsari ad Conventus istos ablegare, qui quidem Collegii Deliberationibus sese non intromittit, quia quatenus Imperator est, Collegii membrum non repræsentat, sed aliàs cum Collegio jure Majestatis agit & tractat, idque plerumque per libellos. Vid. de his Conventibus Circul. *Pet. Muller. Tract.* **von Creys-Tägen** *per tot.*

X. Cœterum ejusmodi Conventus Collegiales, quos vel Imperator indici voluit vel quos Electores proprio instituerunt motu & soli celebrarunt, modernum seculum XIV. numerat. (1.) Habuimus Fuldæ A. 1608., vel, ut alii, 1606. *Londorp. Act. Publ. Tom. 1. Lib. 1. c. 7. §. 9.* quo non solum de rebus justitiam concernentibus, sed & Hungaricis & Belgicis deliberatum fuit. (2.) Norimbergæ Ao. 1611. mens. Sept. ad quem ipse Imperator Rudolphus II. recursum habuit, eo quod in isto de Electione Regis Rom. præcipuè actum fuisse tradatur. (3.) Itidem Norimbergæ Ao. 1619. qui propter incendium Bohemicum institutus, de quô prolixè *Theat. Europ. P. 1. p. 183.* (4.) Mülhusii in Thuringiâ Ao. 1620. in quo pari ratione de turbulento negocio Bohemico, quomodo istud videl. sopiri posset, deliberatum fuit. Quem in finem ab Electoribus ibi congregatis scriptum non tantùm ad Fridericum Electorem Palatinum, ut Imperatori Regnum Bohemiæ rursus cedat, sed & ad Ordines Unitos, Comites ac Nobiles in Franconia & Wetteravia, itemque ad urbes quasdam Imperii, ne Cæsaream Majestatem in Regno isto recuperando impediant. Similiter Electores literis monuerunt Ordines Bohemiæ, Hungariæ & Austriæ, ut Regi & Principi suo debitam obedientiam præstent. (5.) Ratisbonæ ann. 1623. sub init., ubi de variis Imperii rebus, inter cœtera etiam de Præeminentiis Electoralibus fuit disputatum, Vid. *Act. Publ. Lundorp. Tom. 2. Lib. 6. Cap. 182. p. 730.* add. *Theat. Europ. P. 1. p. 806. seqq.* (6.) Sleusingæ anno 1624. d. 30. Jul. ubi Bavarus in numerum Electoralis Collegii receptus (7.) Mülhusii A. 1627. in quo maximâ ex parte, quomodo Elector Palatinus bonis conditionibus Cæsari conciliari posset, deliberatum fuit, *Lundorp. Tom. 3. lib. 8. Cap. 126. p. 994. & Cap. 142. p. 1012.* (8.) Ratisbonæ anno 1630., ubi iterum de Pace Germaniæ restituenda, causisque Paci-

Pacificationi Universali inservientibus actum fuit. Quo tempore inter alia etiam hoc notatu dignum ab Imperatore Electoribus deliberandum commendatum fuisse legimus, quomodo Batavis fœderatis obviam sit eundum, si fortè imposterum rebus Imperii se miscuerint, *Theat. Europ. P. 1. p. 211. seqq.* Quæ insuper ab Electore Saxoniæ per Comitem à Mansfeld ibi sunt proposita, Vid. apud *cit. Lundorp. Tom. 4. lib. 1. C. 18. fol. 73. seqq.* Et extat de hoc Conventu egregia Epistola in Opusc. Epistolarum Christophori Forstneri. Und haben denselben der Könige von Franckreich und Engelland Gesandten selbst mit beygewohnet / daraus zu schliessen / daß diese Versammlung bey Ausländischen Potentaten in grossen Ansehen gewesen / und sehr wichtige Sachen darauf müssen abgehandelt seyn. Wie dann die damahls versammlete Churfürsten und der Abwesenden Gesandten / die Frantzösische und Engeländische Ambassadeurs, welche notorie wider die Käyserl. Intention negociirten / bey Anwesenheit Käysers Ferd. II. in Ihren Conclavi nicht allein solenniter gehöret / sondern auch Ihre Käyserl. Majest. damahlen dahin gebracht / daß Sie den General **Wallenstein** so fort / wie auch einen guten Theil Dero Armee / welche denen Reichs-Ständen Beschwer zufügte / abgedancket / und die im Reich ausgeschriebene Contributiones aufhuben. (9.) Lipsiæ anno 1631., qui pro libertate Germaniæ jam in extremum adductæ defendenda ab Electoribus Evangelicis, additis etiam aliis Statibus Evangelicis institutus, qui omnes ibi ad se suaque defendenda firmissimum fœdus percusserunt. (10.) Ratisbonæ anno 1636., qui certo respectu pro Conventu Electionis Regis Rom. haberi posset, ubi Ferdinandus II. Filium suum Ferdinandum III. Collegio Electorali commendavit, ut in istum præ aliis dignitatem Imperialem transferre haud dedignarentur. (11.) Norimbergæ anno 1640., in quo unicè de Pace Imperio vel restituenda, vel de bello ejus continuando deliberatum fuit. (12.) Moguntiæ anno 1642., in quo varia magni momenti negocia in consilium fuerunt vocata, conf. *Lundorp. Tom. V. Lib. 2. C. 19. p. 770. seqq.* imprimis magno boni publici amore agitatum fuit, quomodo Tractui Rhenano superiori subveniendum, ne subitanea hostis irruptio metuenda sit: Itemque, qua ratione Imperium in

in eum Statum, quô olim feliciter utebatur, reponi posset. (13.) Pragæ anno 1652., ubi inter cœtera ad deliberandum propositum, quomodo Imperatore adversâ valetudine laborante Romano Imperio prospiciendum, *Theat. Europ. P. 3. pag. 289.* (14.) Mülhusii, anno 1673., qui Conventus per aliquot menses habitus, & consultarunt in eo Domini Electores de gravissimis Imperii negociis. Quibus cum Regis Galliæ tunc Germaniæ bellum inferentis Legatus quoque interesse, & nomine Principalis sui quædam proponere voluisset, ob singularem Status rationem non admissus, sed Ratisbonam ad Universalia Imperii Comitia amandatus est, ut ibidem, si quæ haberet, nomine Regis sui proferret. Et hæc etiam de Insigni ista Electorum Prærogativâ, quæ in Conventibus suis Collegialibus se ostendit, pro ratione Instituti proposuisse sufficiant.

DISCURSUS IIX.

De

Jure Constituendi, Concedendi, Extendendi, Prorogandive Vectigalia, nec non concedendi Stapulam, utroque Imperatori & Electoribus hodie communi.

I.

INter eminentia Serenissimorum Electorum Jura est etiam illud, quod absque eorum consilio & consensu hodie Imperator neque ipsemet nova vectigalia instituere, vel jam instituta augere, (cum Auctio veterum & Constitutio novorum pari passu ambulant, per ea quæ notat *Rosenthal. in Synops. Jur. Feud. de Regal. c. 5. Concl. 44. §. 8.*) neque potestatem nova instituendi, veteraque augendi aliis concedere, nec saltem ejus rei causa promotoriales atque intercessionales dare queat, juxta *Rec. Imp. Ratisbon. de anno 1576. §.* Weiters sind Wir ꝛc. *Inst. Pac. Cæs. Suec. Art. 9. §. 2. Capit. Leopold. Art. 21. & 24. & noviss. Joseph. Art. 20. 23.* ibi: Wir sollen und wollen auch insonderheit ꝛc. nun hinführo keinen Zoll von neuen geben / noch einige alte erhöhen oder prorogiren lassen / es sey dann aller und jeder Sieben Churfürsten Wissen / Willen und Collegial-Raht mit einhelligen Schluß vorgangen / ꝛc. Et mox: Auch alle diejenige / so um neue Zöll / es sey gleich zu Wasser oder Land / oder der ersten Erhöhung / oder auch solcher Erhöhung-Prorogation anhalten werden / einer Collegial-Versamlung zu erwarten erin-

erinnern / und nebst dem Churfürstl. Collegio jedesmahl dahin sehen ꝛc. Imò, nec imminutionem Vectigalium absque Consensu Electorum fieri posse dicendum videtur, quia novum vectigal & illud est, quod minus est, quàm vetus erat, *L. Vectigal. 10. C. de Vectigal. & Commiss.*

II. Olim quidem Jus Vectigalium, tàm quod in eorum perceptione, idque aliàs inter Regalia Minora sivè Fisci rectè numeratur, *L. 6. C. de Vectigal.* quàm quod in novi Vectigalis Institutione, vel Veteris Auctione consistit, utrumque solius fuit Cæsaris, vel potius Regis Germanici. Postquam verò diminutâ sequentibus temporibus Cæsarum autoritate, Imperii Proceres jure superioritatis ditiones suas obtinuerunt, jus quoque percipiendi Vectigalia à Cæsaribus jam instituta, una cum aliis fisci juribus, veluti necessariæ quædam tantæ potestatis accessiones, in privatam possessionem Ordinum Imperii pervenerunt. Primùm autem jus istud à Carolo IV. *A. B. c. 9. §. 2.* concessum est Dominis Electoribus tantùm, sed postmodum alii etiam Status Imperii, vel speciali privilegiô, vel consuetudine, idem jus obtinuerunt, atque ita res in eum Statum sunt deductæ, in quô hodiè sunt, ubi quilibet Imperii Status hujusmodi Vectigalia antiqua jure superioritatis & regalium in Regionibus ac Terris suis percipiunt eâ Lege & forma, quam ex antiquitate habent, *L. 10. C. de Vectigal. & Comm.* Verùm nova Vectigalia instituere, vel præcedentia reformare, & his vel addere vel diminuere, vix unquam licuit ulli absque speciali Imperatoris concessione, *L. 2. & t. t. C. nov. Vectigal. inst. non poss. L. 10. ff. de Public. & Vectigal.* Quo intuitu anno 1666. Imperiale Edictum publicatum, quô occasione belli propria autoritate à Statibus nonnullis instituta Vectigalia & Telonia cassantur, exhibitum *à Frisch. in Addit. ad Instrum. Pac. Art. 9. p. 501. seqq.* Nam quoniam hoc non tàm utilitatem unius territorii concernit, quàm regiones finitimas, atque adeò totum Imperium, imò, magis peregrinos & exteros, quàm Cives & incolas gravat: facilè intelligitur, excedere illud limites istius potestatis, quâ Ordines Imperii ditiones suas regunt, & ad summum Imperium spectare. Hinc quoque hoc jus Reservatum

dicitur solius Imperatoris, & ad majora Regalia sivê Majestatis pertinet, ut est textus *in C. un. quæ sint Regal.* Et exindè olim, ut diximus, non nisi Cæsar liberrimè & pro arbitrio nova vectigalia potuit indicere, vetera augere vel diminuere, aut etiam in totum tollere, si res postularet.

III. Sed, cum res valdè odiosa & periculosa semper fuerit habita, onerare populum tributis, vectigalia instituere nova, vel extendere antiqua: quippè ex quo plus vice simplici seditiones & tumultus gravissimi excitati, & confusio non minima in Republ. orta: insuper per multa instituta vectigalia atque aucta vires Reipublicæ atteruntur, dum onerantur commercia, & sic mercatores prohibentur, ne adportent ea, quibus carere non possumus, & sic, quæ ad victum & amictum pertinent, cariora redduntur, nec illa exportent, quibus abundamus, undè tamen Reipublicæ salus haud minima dependet; Ideò in Capitulationibus Cæsareis potestatem Imperatoris quoad exercitium hujus Juris quodammodò constringere, necessarium Archi-Principibus Electoribus visum fuit: prout quoque pulcherrimo temperamento res eò rediit, ut super erectione novorum vectigalium, vel antiquorum augmento præter Imperatoris Autoritatem, deliberatio in Electorum consilio semper præcedat, adeò, ut ne ipsi quidem Imperatori citra eorum consensum & approbationem ulterius nova vectigalia impertiri, vel vetera extendere, vel potestatem nova instituendi, vel augendi antiqua aliis concedere liceat, Vid. *Capit. Car. V. Art. 18. Ferd. I. Art. 18. Maxim. II. Art. 9. Rudolph. II. Art. 18. Matth. Art. 19. Ferd. II. Art. 17. Ferd. III. Art. 20. Ferd. IV. Art. 20. Leopold. Art. 21. 24. & noviss. Joseph. Art. 20. & 23.* add. *alleg. Rec. Imp. de anno 1576. & Instr. Pac. c. l.* Imò, illud amplius *in Capitulatione Leopoldina alleg. Art. 21. & Joseph. Art. 20.* cautum, ne terra marivè, aut in fluminibus, portis, ripisvè, sub quovis prætextu vel nomine quidquam ab Imperatore concedi vel imponi possit, quod reipsa vel in effectu vectigal sit, nisi prævio unanimi Consensu Electorum, ita, ut eô omissô, concessio vel impositio nulla sit, nullumque effectum habeat. Undè Electores Diplomatibus Concessionum cum Imperatore subscribunt, vel suum

suum consensum specialiter in scriptis attestantur, quæ Consens-Briefe appellantur. Neque etiam debent exemtiones & immunitates à vectigalibus temerè & irrequisitis Electoribus ab ipso concedi, potius omnes libertati & juri Vectigalium Electorali contrarias cassare pollicetur in *Art. 25. Capit. Leopold.* & *Art. 24. noviss. Joseph.* Et hinc in Imperii Recessibus frequens hæc & usitata clausula conspicitur: darüber Wir Uns mit Ihnen / und Sie hinwiederum mit Uns verglichen. Ut meritò jam mireris hominum incogitantiam, qui nihilominus jus illud etiamnùm omni ex parte adstruunt soli Imperatori, ex *L.10. ff. de Public. & Vectigal.* Verum quidem, quod per hanc Restrictionem Reservatum & Regale Cæsaris Electoribus communicatum non censeatur, sed Institutio & Auctio dependet adhùc ab Imperiali Autoritate, & manet jus illud Majestatis Reservatum in Imperatoris personâ: Attamen exercitium juris hujus certo modo est restrictum, & sic eo respectu nulla ratione jus istud solius Imperatoris dici potest, ita, ut liberrimè & pro arbitrio nova vectigalia indicere, vetera augere vel diminuere queat. Idque non novum est in Imperio nostro Romano-Germanicô, sed & apud plerosque Populos, Hispanos, Gallos, Anglos, Polonos, &c. idem Regibus suis in Capitulationibus præscriptum videmus, ut præter experientiam testis est *Buxtorff. ad A. B. Tit. 9. Concl. 91.*

IV. Consensus autem hic Electoralis in nostro Imperio moribus hodiernis non amplius, uti anteà, collegialis est, vel secundum majora æstimatur, ita, ut sufficiat pluralitas Votorum: Quandoquidem majora attendenda non sunt, ubi de præjudicio tertii agitur; sed totalis requiritur, h. e. omnes & singuli Electores, nullô, præter Bohemum, exceptô, in casum novorum Vectigalium indictionis, vel veterum augmenti consentire tenentur, si unus dissensisset, novum vectigal concedi non potest, quod fortè unô ex Collegio dissentiente non ita pridem contigit Regi Daniæ novum vectigal quærenti. Et hoc novissimè ita placuit per *alleg. Capit. Leop. Art. 21.* & *Joseph. Art. 20.* verb: Daß keines Churfürsten Widerred oder Dissens dargegen / sondern alle und jede Dero Collegial-Stim̃en einmühtig seyn / add. *Rec. Imp. de A. 1654.*

Et quidem, quoniam totalis hic Electorum consensus liber esse debet, ideò intercessione Cæsaris sivè Regis Rom. provocare eum vetatur, & sic Imperator interpellatus non debet petenti promittere, se curaturum apud Electores, ut desiderio petentis satisfiat, nec debet literas commendatitias aut promotoriales ad hunc effectum ad Electores impertire, secundum *Art. 23. Capit. Leopold. & Art. 22. Joseph.* Nam juxta proverbium: *Cogit rogando qui cogit potentior.* Imò, non solùm consensus & approbatio Electorum, sed (quod sanè non parum Electoralem præeminentiam in sublimi magis reddit conspicuam) insuper & hoc requiritur, ut, si Cæsar cum Electoribus uni vel alteri Statui Imperii ex justa & rationabili causa vectigalis erectionem vel auctionem velit concedere, puta, ob publicam utilitatem vel necessitatem, ob tenuitatem ærarii, aut sumtuum magnitudinem in sustinendis pontibus ac reficiendis viis &c. ejusmodi Concessio ipsis Electoribus eorumque Legatis, Subditis & Ministris nil quicquam præjudicare debeat. Hinc, si quis vel novum vectigal, vel augmentum veteris velit impetrare cum consensu Electorum, promittere tenetur immunitatem Electoribus eorumque Ministris, aliisque privilegiatis personis, id si non præstaret, etiam Jure Vectigalis carere deberet, per *Art. 23. dict. Capit. Leopold. & Art. 22. Joseph.* verb: Daß Sie mehrgedachte Churfürsten/ deren Gesandte und Rähte/ wie auch Ihre Unterthanen/ Diener/ Zugewandte und andere gefreyete Persohnen/ auch derselben Haab und Güter/ mit solchen von neugegebenen/ erhöheten oder prorogirten Zöllen nicht zu beschweren/ & paulò post: Darüber vermittelst eines sonderbahren verglichenen Revers gegen die Churfürsten kräfftiglich verbinden sollen. Sic cum Ao. 1653. d. 15. Dec. Ratisb. *Julio Henrico*, Duci Saxoniæ Lauenburgensi, augmentum Veteris Vectigalis in Albi zu Lauenburg/ Ertlenburg und Eißlingen/ à Ferdinando III. Imperatore fuerit concessum, Sereniss. Electori Brandenb. *Friderico Wilhelmo*, glorioss. mem. à Duce Saxoniæ Reversales datæ, daß von dieser Zoll-Erhöhung Sr. Churfürstl. Gnaden zu Brandenb. Güter/ Dero Rähte/ Unterthanen/ Diener und Zugewandte/ mit ihren Haab/ Wahren und Gütern/ wie die Nahmen haben mögen/ durch-

durchaus exempt seyn / und in keinerley Weise beschweret; sondern davon allerdings befreyt seyn / und so wohl in der Auf- als Niederfahrt allemahl passiren sollen und mögen / ꝛc. Conf. Hertzog *Julius Henric. Recess. de dato* Cölln an der Spree / den *3. Jul. 1654.*

V. Quod verò in hoc negocio etiam reliquis Imperii Principibus ac Statibus quædam partes sint, in Capitulationibus Cæsareis definitum non legimus, utpotè quæ præter Electores eorum consensum in concedendo ac instituendo novo vectigali, vel veteri augendo, non desiderant, add. *Text. de Rat. Stat. Germ. mod. p. 48.* nisi velis dicere, quod vicini Status & Ordines, quorum interest, aliquo modo etiam audiantur, *Capit. Leopold. Art. 21. & Joseph. Art. 20.* verb: Keinen Zoll von neuen geben / noch einige alte erhöhen oder prorogiren ꝛc. es seyn dann die benachbarte und interessirte Stände / und dero erfodertes / auch in gebührende Consideration ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen / add. *Monit. Princ. ad Cap. Leopold. dict. Art. §. 3.* Daß bey Erkundigung der neuen Zöll auch die benachbahrte und interessirte Stände der Gebühr zu vernehmen. Urgent namque reliqui Status, imprimis Collegium Civitatum, ne Imperator & Electores cuidam, in præjudicium vicini Vectigal permittant. Et indè orta gravissima Controversia inter Comitem Oldenburgensem & Civitatem Bremensem. Cum enim Ao. 1623. prædicto Comiti novum telonium in Visurgi fluvio concessissent Imperator & Electores, & Diploma hujus novi Vectigalis Cameræ Spirensi in vim legis insinuari fecissent, eidem se cum Ordinibus Belgicis magnoperè opposuerunt Bremenses, non tàm armis quàm multis rationibus, quas in compendio exhibet *Burgold. ad Inst. Pac. P. 3. Disc. 12.* Ast his non obstantibus, Ferd. III. in Instr. Pac. Regum interessentium, Daniæ videl. & Sueciæ consensu illud confirmavit. Cui Legi cum tamen Bremenses stare non vellent, A. 1652. d. 12. Oct. Pragæ Civit. in Bannum declarata, eique pœna 200. Marcarum puri auri adjudicata est. Proscriptionis sententiam exhibet *Lymn. Tom. 11. Add. ad L. 7. §. 89.* quâ etiam fuit effectum, ut Civitati Bremensi terror fuerit injectus & sic destiterit. Nihilominus tamen Controversia hæc usque ad Annum sequentem duravit, quo demum Ratisbonæ

à Ban-

à Banno Civitas fuit absoluta, cum Cautione de non amplius Comitem in exactione Vectigalis turbando, atque sic illa controversia penitus finita. Acta huc pertinentia exhibet *Lundorp. T. VI. p. 802. & 896. & T. VII. p. 79.* Totam Historiam etiam habet *Winckelmann* in Opere suo, cui Titulum fecit: *Res Pace & Bello de Comitatu Oldenburgensi gestæ.* Post mortem ultimi defuncti Ducis hæc Controversia iterum fuit tractata, & tùm quæsitum: Utrum istud Telonium ex vigore Privilegii etiam ad ejus hæredes pertineret? Sed nihil effectum est. Equidem, si Concessionem Suecis in *Instr. Pac. Art. 10. §. 13.* circa Vectigalia (vulgò *Licenten* vocata) ad littora portusque Pomeraniæ & Megapoleos factam inspicimus, videtur dicendum, quod non tantùm Cæsaris & Electorum, sed & reliquorum Imperii Ordinum arbitrio vectigalia subesse; Sed cum planè novum & insolitum eâ concessione reperiatur, ideò aliorum quoque Imperii Statuum Consensus tunc fuit necessarius.

VI. Attamen hæc omnia iis præjudicio esse minimè possunt, qui jam possederunt liberum jus imponendi Vectigalia nova, veteraque augendi, antequam Consensus Electoralis fuit introductus per Pacta & Capitulationes: vel, qui gaudent Privilegiis cum consensu Electorum de instituendis extendisque vectigalibus, idque per expressa verba *Art. 21. Cap. Leopold. & Art. 20. Cap. Joseph.* ibi: Doch soll denjenigen Privilegien / welche Churfürsten und Stände des Reichs ꝛc. zur Zeit / da der Churfürsten Consens per pacta & Capitulationes noch nicht also eingeführet oder nöhtig gewesen / rechtmäßig erlanget / oder sonsten ruhiglich hergebracht / hiedurch nichts præjudiciret oder benommen / ꝛc. Sic Archi-Ducibus Austriæ illud Regale ex Cæsareo competit Privilegio, quod Vectigalia nova propriâ autoritate instituere possint, ut apparet apud *Sixtin. de Regal. L. 1. c. 4. §. 33. & c. 5. §. 127.* Pari ratione Sereniss. Electores Brandenb. ex Concessione Frid. IV. Imperatoris de Ao. 1456. in suis terris ac Regionibus speciale Privilegium habent, ut pro arbitrio non tantùm nova Vectigalia instituere, sed & vetera augere queant; Verba Diplomatis Cæs. hac de re ita se habent: Haben Wir darum mit wohlbedachten Muht und gutem Raht ꝛc.

Raht ꝛc. Unseren lieben Oheimen / Churfürsten und Fürsten / und Ihren Erben Marggrafen zu Brandenb. und Burggrafen zu Nürnberg / diese besonder Gnade gethan und Freyheit von neues gegeben / also / daß Sie nun hinführo in Ihren Churfürsten- und Fürstenthumen der Marck zu Brandenburg / der Burggrafschafft zu Nürnberg und in Ihren Landen / wo Sie die jetz haben / oder hinführo überkommen / Ihre Zöll / die Sie jetz daselbst haben / nach Ihren Gefallen erhöhen / die überlegen / und auch in denselben Ihren Landen / wo wenn und wie Sie des Verlust / Zölle von neuen auffsetzen / und auch auf Wein / Bier und anders / das man in Ihren Landen gebrauchet / und durch Ihre Lande führet / Aufläge nach Ihren Gefallen machen und nehmen / ꝛc. Add. *Spreng. Luc. Mod. Stat. Imp. c. 2. p. 108. & Scheplitz. ad Constit. March. P. 4. Tit. 5. §. 3.* ubi recenset Reversales *Johannis Sigismundi*, Electoris de Ao. 1612.

VII. Si qui verò Principes vel Status Imperii ejusmodi privilegio non gaudentes de facto in terris suis citra Imperatoris & Electorum Consensum præcedentem certam quandam pecuniæ vim exegerint, quocunque nomine id fuerit factum, quoniam nil nisi novum vectigal saperet, promittit Imperator, de his omnibus cognoscere, eaque abolere & in immorigeros animadvertere, *a. Art. 21. & 22. Cap. Leop. & Art. 20. Joseph.* Proindè Mandata sine clausula inhibitoria ac restitutoria, præter extraordinariam pœnam decernit, per *L. 10. §. non solutus ff. de Public. & Vectig. L. 3. C. nov. vectig. instit. non poss.* Ipsis etiam Electoribus, Principibus & Statibus, novis hujusmodi exactionibus, sine consensu Collegii Electoralis impetratis, læsis, potestas est, damna & onera ejusmodi proprio arbitrio, quocunque optimè queant modo, à se suisque amoliri, *a. Art. Cap. Leop. & Joseph. circa medium.* Aliud tamen dicendum, quando pro pontium viarumque regiarum refectione, non superflua, sed moderata pecunia exigeretur, id jure denegari non posse videtur, eo quod in viis reparandis, providendis, tutisque reddendis non modicus labor, imprimis verò magni sumtus requirantur: insuper nisi pontes vel viæ reficerentur, personæ aut bona de loco ad locum transferri non possent. Aliàs, si Princeps aut Status Imperii antiquum vectigal,

quod jure ſuperioritatis & regalium in terris ſuis exigere poteſt, nimis exaggeret, Circulis Imperii hac de re deliberare, & ad Judicium Wetzlarienſe referre integrum eſt, ut cognoſcatur de iniquitate aucti Vectigalis, & Executio Circulo committatur.

IIX. Sed quæritur hic: Num etiam Telonii ſivè Vectigalis Translatio de loco ad locum prohibita cenſeatur, ita, ut & iſta absque Imperatoris & hodiè ſimul Electorum conſenſu & approbatione præcedenti fieri nequeat? Et dicimus quod ſic, quia vectigaliorum quoque reformatio ſine Imperatoris & Electorum præcepto fieri non debet, arg. *L. 10. pr. ff. de Publican.* adeò, ut ſi v.g. Pontenagium vel Pontivegium, Brücken-Zoll/ debeatur, ponte tamen deſtructo, & novo ponte alibi facto, à transeuntibus illud nullo modo exigi queat, tùm, quod pons, in quo quæſitum jus illud erat, in rerum naturâ eſſe deſierit; tùm, quod exactio illa alio in loco propriâ autoritate fieri non poſſit, per *L. 13. §. 1. ff. de S. P. R.* Vetera namque Vectigalia licet non aucta, de uno tamen eoque conſueto loco in alium transferre non licet cum præjudicio eorum, qui vectigal pendere coguntur, quibusque fortè prolixiori viâ jam eſt utendum, aliævè difficultates & moleſtiæ indè conciliantur, *L. 9. ff. de Servit. L. 6. ff. Quemadm. Servit. L. 4. §. fin. ff. L. 10. ff. de Public.* cum vix ac ne vix quidem fieri poteſt, quo minus ejusmodi Translatione nemini gravamen inferretur: Allegatur hanc in rem præjudicium apud *Bocer. de Regal. Cap. 2. §. 195.* Quid? quod ejusmodi Vectigalis Translatio pariter nil niſi novum quaſi Vectigal ſapiat; Eorum itaque Conſenſus denuò eſt impetrandus, qui permittere & concedere poſſunt, ut iterum pro tranſitu & uſu illius viæ exigatur, nempè Imperatoris, & quoad praxin modernam, Dominorum Electorum ſimul. Si tamen exiguum gravamen iſta mutatio importet, ea utique ſine Cæſaris & Electorum confirmatione fieri poteſt, per ea quæ habet *Myler. ab Ehrenb. de Prin. & Stat. Imp. P. 2. C. 64. §. 5.* Quod ſi verò Pons in ſuo loco priſtino reficiatur, jus Vectigalis ipſo jure revocatur ſivè in integrum reſtituitur, *L. 14. pr. ff. Quemadm. Servit. amitt.*

IX. Cæ-

IX. Cœterùm, cum bona Vectigalium Institutio insigne Reipubl. & Statui communi afferat emolumentum; mala verò irrecuperabile detrimentum, Lectori non ingratum erit, si pauca quædam ex Politicis, quid & quotuplicia sint vectigalia, deque modo instituenda ea, differam. Sic Telonium sivè Vectigal, de quô hactenus sermo fuit, propriè strictèque sumto Vocabulo est onus reale, quod Fisco vel Reipubl. ex mercibus importatis & exportatis, invectis & avectis, itemque ex iis, quæ circa merces sunt, ut naves, equi, currus &c: etiam personæ transeuntes, penditur solviturque in certo loco in recompensationem præstiti Salvi Conductus, ac reparatione viarum & pontium, *Fritsch. de Vtu Publ. Cap. 8. & 14.* & quidem non ex ipsis mercibus, sed in pecunia numerata *L. universi §. pensitationis C. de Vectigal.* Estque duplex, vel Nauticum sivè Aquarium, quod etiam Licentia, Telonium, Portorium dicitur: vel Terrestre. Illud iterum vel in Mari est, & vocatur Marinum, quod à navibus per mare exigitur: vel in flumine, & dicitur Fluviale, (Floß-Zoll) quod ob transvectionem mercium exsolvitur: Vel etiam in fluminis littore, quod alio nomine Ripaticum dicitur, pro fluminum de ripa ad ripam transitu præstandum, germanicè Fehr-Geld / it. Passage-Geld / quod in Hollandiâ in naviculis vectoriis præstatur. Quibus etiam annumeratur Vectigal Geranii, vulgò der Krahn / quod dicitur Tympanum versatile, quô circumactô in exoneratione navis vasta onera ac ponderosæ merces sustolluntur, & in terram dimittuntur, eum in finem, ne fraus fiat in advectis & vendendis mercibus, wann nemlich die angegebene Wahren besichtiget und gezehlet werden / damit den Zöllen kein Eintrag geschehen möge. Nam qui jure Geranii gaudet, is non modò illas merces, quæ in Civitate ista deponuntur vel exonerantur, ponderari & mensurari curat, sed etiam transeuntes detinere potest, ut prius pondere & mensura examinentur, ut nihil fraudis admittatur, tùm quoad Vectigalia, tùm in ipsa Negociatione: Fides enim tunc habetur isti mensuræ & ponderationi publicæ. Quod Jus Geranii, vulgò die Krahn-Gerechtigkeit inter cætera habet Civitas Linziensis, Ratisbonensis, Argentoratensis

& Berolinum noſtrum. Vectigal terreſtre rurſus diſpeſcitur in Pedagium, quod pedites & equites numerant, & in Vectorium, quod iterum eſt vel Pontivegium, quod ab iis exigitur, qui pontes permeant, Brücken-Zoll: Vel in ſpecie ſic dictum vectorium, Land-Zoll / quod pro transvectione mercium de & in viis publicis præſtatur, cujus ratione mercatoribus & peregrinantibus debetur ſecuritas, ſicher Geleit / deindè tuitio & reparatio viarum publicarum & pontium: Alle / die Zölle nehmen auf Waſſer oder Land / die ſollen den Wegen und Brücken Ihr Recht halten mit Machen und mit Beſſerung / und von denen ſie die Zölle nehmen / ſollen ſie beleiten nach ihrer Macht / als fern ihr Gewalt gehet / daß ſie nichts verliehren / *Goldaſt. Conſt. Imp. P. 2. p. 26.* Quo etiam ſpectat Interdictum illud, ne quid Itinere exſtruatur, immittatur vel agatur aliquid, quo iter publicum deterius reddatur, vel Commeatus impediatur. Hinc Vectigalia Princeps cum exigit, in ſe refectionem viarum recipit, *L. 1. ff. de Public.* nec non, ut vectigalia ſolventes ſint ſub tutelâ Domini territorii, qui eâ lege illa exigit, ut teneat vias ſecuras, ac indemnem tranſitum cunctis & ſingulis vectigal ſolventibus præſtet, adeò, ut ſi quid damni eis in viâ publicâ contingat, puta, ſi deprædentur, niſi Prædonem Princeps vivum exhibeat, isque ſolvendo ſit, ſec. *Bartol. in L. 1. §. famil. ff. de Public.* vel probari poſſit, peregrinantem à viâ ſolitâ deſcendiſſe in inſolitam, *Bartol. in L. cum proponas 3. C. de Naut. Fœnor.* ad præſtationem ſivè refuſionem damnorum teneatur, *Nov. 134. c. 4.*

X. Quænam autem perſonæ vectigal ſolvere teneantur, & an pro omnibus rebus idem ſit ſolvendum, conſilio ſanè opus eſt. Generaliter perſonæ vectigal ſolventes iſtæ ſunt, quæ vel ex loco, vel in ſeu per locum, ubi vectigal conſtitutum, merces portant vehuntque. Nec temerè Principes quenquam ab illius ſolutione immunem facere debent: cum hoc ipſis non ſolùm exiſtat odioſum, ſed & ærario damnoſum. Plerumque enim hodiè, qui divitiis maximè prævalent, & ex Republicâ maxima accipiunt bona, *quales ſunt Nobiles & Magiſtratus* à vectigalibus immunes habentur; quæ abſurda Conſuetudo ex Galliâ in Germaniam no-

noſtram peſſimè translata eſt: Hanc tamen multis in locis, imprimis quoad Nobiles, eviluiſſe, teſtatur *Nolden. de Nobil. c.16. §.42.* Quod concernit Res, quibus vectigalia imponuntur, hæ vel exportantur & avehuntur, vel importantur. Circa exportandas maximè illud notandum: Si Regnum quoddam, aut Respublica ſeu Civitas bonis quibusdam gaudet, quæ ab Exteris deſiderantur, nec aliundè peti queunt, hujusmodi bona ſatis commodè magnis vectigalibus onerari poſſunt; Si autem eadem aliundè etiam petere licet, remiſſius in Vectigali exigendo, ne commercia aliò transferantur, erit agendum. Contra quod Politicum multi Germaniæ Principes & Civitates, magno Subditorum & Civium ſuorum detrimento peccant. Quoad Res importandas & invehendas, & quidem quæ ad neceſſitatem faciunt, nil impedit, quo minus & iis aliquod exiguum vectigal imponatur, quod hodiè in Germaniâ non ſolùm, ſed & omnibus ferè, non Europæ tantùm, ſed etiam Aſiæ Rebuspublicis practicare experientia teſtatur; Illis verò, quæ ad Delicias & Luxuriam faciunt, magna vectigalia imponi & tutum & ſimul juſtum eſt. Ea enim ſi non amplius importantur, Respublica emolumentum potius quam damnum ſentit.

XI. Præter hæc autem Vectigalia ordinaria dantur adhùc alia extraordinaria dicta, quæ non penduntur pro transvectione mercium, ſed more inſolito rebus ad victum neceſſariis, itemque juribus imponuntur, vulgò Impoſten, Acciſen, Umgeld/ Licenten &c. cujus generis ſunt, v.g. Vectigalia de Fundis, Domibus, de Fructibus, de Sale, Carne, Vino, Cereviſia &c. in ſumma de rebus eſculentis & potulentis, quæ ad cujusque Victum pertinent: quibus annumeratur Vectigal Emigrationis, quod incumbit iis, qui vel ex alterius jurisdictione, protectione aut collectatione aliò ſe conferunt, id quod in Germaniæ plerisque locis unicuique licitum eſt, modo id malitioſè non fiat: Vel etiam, qui Titulô lucrativô Hæreditatis, Legati, Donationis &c. quid ex alterius Ditione acquirunt, quod plerumque decima pars eſt ejus, quod ita emigrat, vocatur *Jus Detractionis*, die Nach-Steuer/ quod vectigal etiam approbatum eſt *in R. J.*

restrictum, ut hodiè sine unanimi Collegii Electoralis consensu novas imposterum concedere non debeat; per verba *Art. 21. Capit. Leop. & A. 20. Jos.* Alle unrechtmässige Zoll/ Staffel und Niederlage etc. & paulò post: Und ins künfftige derselben keinen mehr ertheilet werden/ es geschehe dann erstbesagtermassen mit einmühtigen Collegial-Raht und Bewilligung der Sieben Churfürsten. Anteà quidem & in hoc negocio solus collegialis Electorum requirebatur consensus, & primùm istum super *Stapulæ* privilegio requirendum introductum video *in Cap. Ferd. III. A. 20.* qui reiteratur *in Cap. Ferd. IV. A. 19.* Sed in Leopoldinâ & ultimâ Joseph. alleg. loc. in unanimem consensum transiit. Singulare autem quid in hoc jure concurrit, quod, qui eô se gaudere affirmat, simul & titulum allegare teneatur, & ostendere, qua ratione illud sit adeptus; neque enim hic, uti in jure Vectigalium, nuda sufficit possessio, aut diuturna Consuetudo, sed quoniam contra utilitatem publicam est introductum, & commercia turbet, ideò & Concessionem Imperatoris & præcedentem Electorum Consensum ostendere necesse habet: quod si ostendere nequeat, res ad Cameram devolvitur, ut super ea decidat, inque exemplum poterint esse Acta inter Duces Brunsuic. & Lüneb. & Hamburgum. Sed quemadmodum *Stapulæ* absque consensu Electorum ab Imper. hodiè non conceduntur: ita quoque novas in Imperio erigere ipse Imperator sine Electorum consensu non potest; multò minus singuli Status penes se hujusmodi jura introducere possunt propriâ autoritate, sed confirmationem Imperatoris consensu Electorum vallatam accedere necesse est: Ne aliàs singuli Ordines penes se in materiâ, quæ omnes vel plurimos contingere posset, plus posse viderentur, quàm Cæsar in Imperio.

XIII. Est verò hoc jus *Stapulæ* potestas sistendi & restringendi merces invectas in suô forô: Idque pro diversitate locorum diversos habet gradus. Alicubi saltem certos per dies transeuntes cum mercibus subsistere coguntur ad fraudes circa Vectigalis solutionem evitandas, non verò adiguntur, ut merces suas divendant: Et hoc Jus propriè *Jus Gerani* (das Krahn-Recht) dicitur, de quo modo diximus. Alicubi non detinentur tantummodò, sed

in R. J. de anno 1555. §. Wo aber &c. Item, rerum immobilium venditarum, rerum oppignoratarum, Chartarum Sigillatarum, (gestempelte Pappier) destinatarum non tantùm Contractibus & Testamentis, sed & Literis memorialibus, Postulatis, Supplicationibus &c. ita, ut qui in Cancellariâ vel Camerâ Principis quid negocii habet, id non nisi adhibito hujusmodi papyro sigillato exponere possit, cui certa taxa imposita est, quâ redimi debet. Quò spectat etiam parvum & magnum illud à Batavis inventum Sigillum, cui tributum imposuerunt, sancientes, ne Contractus, Instrumenta, aut quicquid in judicium deducitur, valeat, nisi ejusmodi foliis papyraceis sigillo seu majori, seu minori munitis descriptum fuerit. Item Vectigal pro Carrucis, Kutschen / uti in Italiâ & Belgiô, curribus ac jumentis, pro ornatu muliebri, pro pretiosis mulierum gestandis, pro vestibus holosericis, pro Chartis lusoriis, & quæ innumera sunt alia. Idque Vectigalium genus non tàm Exteros quàm Subditos onerat, hinc à quolibet Imperii Statu vi suæ Jurisdictionis territorialis propriâ autoritate in suis Provinciis ac Civitatibus institui & augeri potest.

XII. Denique licet in Capitulat. *Ferd. III. A. 2c. Ferd. IV. A. 19. Leop. A. 21. & J. I. A. 20.* cautum sit, ne Imperatori aut Statibus sub nomine *Stapulæ*, germ. der Stapel- oder Staffel-Gerechtigkeit / it. freye Niederlage / (à deponendo, quia Merces Exotericorum ibi deponendæ sunt,) novum introducere Vectigal liceat, adeoque Jus *Stapulæ* nihil cum jure vectigalium commune habere videatur, tamen, cum occasione juris *Stapularum* vectigalia immane quantum crescant, ideò hujus memores & de eo nonnulla hic subjicienda erunt, imprimis cum eadem ratio, quæ circa institutionem vectigalium, sit etiam circa jus sivè potestatem *Stapulam* concedendi, & sic non minus Electoralem Præeminentiam & in eo deprehendere liceat. Cum enim frequentes *Stapularum* erectiones, ob annexum onus vectigalium, & quia merces invitis Dominis cum eorum incommodo exonerantur, commerciorum libertati admodum graves & molestæ existant, potestas ac arbitrium Imperatoris, cui soli aliàs in Imperio nostro jus erigendi & concedendi *Stapulas* competit, quoad easdem hactenus est re-

restrictum, ut hodiè sine unanimi Collegii Electoralis consensu novas imposterum concedere non debeat; per verba *Art. 21. Capit. Leop. & A. 20. Jos.* Alle unrechtmäßige Zöll/ Staffel und Niederlage ꝛc. & paulò post: Und ins künfftige derselben keinen mehr ertheilet werden/ es geschehe dann erstbesagtermassen mit einmühtigen Collegial-Raht und Bewilligung der Sieben Churfürsten. Anteà quidem & in hoc negocio solus collegialis Electorum requirebatur consensus, & primùm istum super *Stapulæ* privilegio requirendum introductum video *in Cap. Ferd. III. A. 20.* qui reiteratur *in Cap. Ferd. IV. A. 19.* Sed in Leopoldinâ & ultimâ Joseph. alleg. loc. in unanimem consensum transiit. Singulare autem quid in hoc jure concurrit, quod, qui eô se gaudere affirmat, simul & titulum allegare teneatur, & ostendere, qua ratione illud sit adeptus; neque enim hic, uti in jure Vectigalium, nuda sufficit possessio, aut diuturna Consuetudo, sed quoniam contra utilitatem publicam est introductum, & commercia turbet, ideò & Concessionem Imperatoris & præcedentem Electorum Consensum ostendere necesse habet: quod si ostendere nequeat, res ad Cameram devolvitur, ut super ea decidat, inque exemplum poterint esse Acta inter Duces Brunsuic. & Lüneb. & Hamburgum. Sed quemadmodum *Stapulæ* absque consensu Electorum ab Imper. hodiè non conceduntur: ita quoque novas in Imperio erigere ipse Imperator sine Electorum consensu non potest; multò minus singuli Status penes se hujusmodi jura introducere possunt propriâ autoritate, sed confirmationem Imperatoris consensu Electorum vallatam accedere necesse est: Ne aliàs singuli Ordines penes se in materiâ, quæ omnes vel plurimos contingere posset, plus posse viderentur, quàm Cæsar in Imperio.

XIII. Est verò hoc jus *Stapulæ* potestas sistendi & restringendi merces invectas in suô forô: Idque pro diversitate locorum diversos habet gradus. Alicubi saltem certos per dies transeuntes cum mercibus subsistere coguntur ad fraudes circa Vectigalis solutionem evitandas, non verò adiguntur, ut merces suas divendant: Et hoc Jus propriè *Jus Gerani* (das Krahn-Recht) dicitur, de quo modo diximus. Alicubi non detinentur tantummodò, sed

ſed etiam coguntur mercatores certas mercaturæ ſpecies exonerare, ſimul quoque certo temporis ſpacio venum exponere, quæ alioquin mercandi cauſâ ad alias urbes devectæ fuiſſent: neque ad hoc evitandum alias quærere vias valent. Vid. *Loccen. de Jure Marit. L.1. C.ult.* §.13. Lapsô hoc tempore & perſolutis Reipublicæ vectigalibus, merces, quò viſum eſt, avehere ac transportare licet; Et hoc propriè Jus *Stapulæ* dicitur: Aliàs etiam illud jus *Emporii* nomine ſingulari vocatur. Ubi autem Jus iſtud viget, ibi merces exonerandæ non nimis onerandæ ſunt portoriis vel impoſitionibus, tùm etiam juſtum pro iis refundi debet pretium. Suntq; maximâ ex parte Staffelbahre Güter ejusmodi merces, quæ ad victum faciunt, v.g. Vina, Sal, Frumenta & hujus generis alia.

XIV. Gaudent hodiè in Germaniâ hoc jure in Viſurgi, Brema: In Albi, Hamburgum, ut Senatus iſtius Civitatis publicè id deduxit Ao. 1620. Magdeburgum: In Rhenô, Colonia Agrippina, Spira & Moguntia: In Danubio, Ratisbona, Ingolſtadium & Paſſavium: In Moſellâ, Treviris: In Viadrô, Stetinum; Wiſmaria, Uratislavia. Extra Germ. Middelburgum in Zeelandiâ, quoad vinum Hiſpanicum: Et Dordrechtum in Hollandiâ, quoad vinum Rhenanum jus *Stapularum* poſſident: In Belgiô hoc jure gaudent Amſtelodamum, Antwerpia, Brugæ: In Italiâ Venetia, Genua, Neapolis, Liburnum &c. Vid. *Schott. l. de orig. Germ. Jur. C. 26. §. 17.* Imò, jus *Stapulæ* etiam Civitatibus competere, ubi nullus navium eſt appulſus, exemplo Lipſiæ, Naumburgi, Bolzani, indubitatò conſtat. Plura de Jure *Stapulæ* qui deſiderat, Vid. *Guicciard. in Deſcript. Belgii. Leuberum in Disquiſit. Stapulæ Saxonicæ adverſus Magdeburg. Boxhorn. in Theatrô Hollandiæ. Ubbonem Emium in Deſcript. Grœningæ.*

DISCUR-

DISCURSUS IX.

De *Requisito Archi-Principum Electorum Consensu ad concedendum ab Imperatore jus sive Privilegium cudendæ Monetæ.*

I.

JUs concedendi Privilegia indistinctè, allerhand Privilegien zu vergeben / quorum effectus sese diffundat per Imperium, solius esse Imperatoris, docent nonnulli Juris Publ. Doctores; imprimis operosè id contendit *Lampadius de Republ. Rom. Germ. P. 3. Cap. 14. §. 2.* quem sequitur *Limne. de J. P. c. 9. §. 19. Bæcl. in Not. Imp. L. 4. c. 1. Carpz. de Leg. Reg. c. 12. §. 8.* aliique. Sed Conringius hanc opinionem penitus rejicit, dum ita ad *Lampad. c. l.* scribit: *Nimis crudè differunt, qui soli Imperatori tribuunt potestatem concedendorum Privilegiorum. Certè, si hanc habet Cæsar, & quidem illimitatè, poterit utiq; & Legibus publicis Imperii, & Juribus omnium Principum Ordinumq; liberè derogare. Hoc verò si potest, frustrà potestas ferendarum Legum ad Comitia spectat universi Imperii, & in merô est arbitrio Cæsaris collocatum, Jura Principum aliorumq; Ordinum intervertere. Quæ sententia, quia evertit fundamenta nostræ Republ., non ita crudè est accipienda.* Regulariter aliàs qui facultatem habet ferendi Legem, is quoque Privilegia concedit; Privilegia enim sunt quasi Jura singularia, quæ contra generalem Legis dispositionem alicui favorabiliter indulgentur. Ast, in Imperio nostro facultas ferendarum Legum universalium spectat ad Comitia, ubi Imperator Leges præviô consensu Ordinum sancit:

Ergò Conceſſio privilegiorum univerſalium, quæ per totum Imperium valent, ad ſolum Imperatorem etiam non ſpectat, ſed Ordinum conſenſum requirit. Sanè, jam olim Cæſares in privilegiis magni momenti Ordinum conſenſum adhibuiſſe reperimus, quorum Exempla quædam annotavit *Burgold. ad Inſtr. Pac. P. 1. Diſc. 10. §. 15.* & vigore Capitulationis Ferd. II. in omnibus magni momenti negociis (atque adeò etiam in magni momenti privilegiis concedendis) Electorum ad minimum conſenſus requiritur. Nos in definiendâ hac Controverſiâ cum Excell. Dn. Rhetiô in ſuis Inſt. Jur. Publ. dicimus, quòd Cæſar ſolus habeat jus Privilegiorum concedendorum, quà Privilegia Jura Superioritatis Statuum lædere non poſſunt. Sic v. g. habet jus concedendi Privilegii de Non appellando, *§. 115. R. J. de anno 1654.* von Uns den Römischen König und Käyser allein dependire/ ꝛc. quà verò aliorum Statuum Jura territorialia tangere poſſent, quibus jam tùm Imperator propter juratam promiſſionem *in Capit. Leop. & Joseph. A. 3.* per conceſſionem novorum Privilegiorum præjudicium inferre nec poteſt, nec debet, eatenus abſque conſenſu ad minimum Dn. Electorum non conceduntur; uti, inſtituere nova vectigalia, vel vetera augere, it. poteſtas concedendi Stapulam, de quibus in præcedentibus Diſcurſibus hactenus egimus: Et eò etiam ſpectat Jus concedendi privilegium cudendæ monetæ, quod ſimili ratione ſine Electorum conſenſu ab Imperatore non conceditur, juxta *Art. 34. Capit. Leopold. & Art. 33. noviſſ. Capit. Joseph.* ubi optimus Imperator abſque Electorum præſcitu & ſpeciali conſenſu Privilegium cudendæ monetæ cuiquam, cujuscunque Status & Conditionis exiſtat, ſe conceſſurum negat in verbis ſat apertis: Wir ſollen und wollen auch hinführo ohne Vorwiſſen und abſonderliche Einwilligung und Consens der Sieben Churfürſten niemands/ wes Standes oder Weſens der ſeye/ mit Müntz-Freyheiten oder Müntz-Städten begaben und begnadigen/ ꝛc. Quod proindè inter fulgentiſſimas Præeminentias Electorales pariter quoque referendum.

II. Equidem *Jus Monetæ* aliàs triplici ratione poteſt conſiderari: Vel enim eſt in communibus Legibus nummariis, nec non gravaminibus rei monetariæ, & ſic ad Comitia ſpectat, ubi va-

variis modis inter Imperatorem & Ordines Imperii omnes de illo consultationes instituuntur, Conf. *Schweder. in Introd. J. Publ. P. Spec. Sect. 1. Cap. 25. §. 8.* prout etiam in præsentibus Comitiis novissimè iterum de novem Articulis deliberatum & conclusum fuit, cujus tenorem sub dato Regenspurg den 22. Jun. 1680. vide sis apud *Jac. Bernh. Multz. in Repræsent. Imperat. Majest. P. 11. Cap. 12. §. 5. N. 50. p. m. 456. seqq.* Hinc in *Art. 33. Capitulationis Leopoldinæ & Joseph. Art. 32.* Rex Rom. promittit, quod communi consilio Electorum, Principum & Statuum eò allaborare velit, ut defectus rei monetariæ corrigantur; Vel consistit in curâ monetæ publicæ explorandæ, quæ Circulorum Ducibus est commissa, atque sic ad Conventus Circulares sivè Diætas probatoriales Probations-Täge dictas pertinet: Hæ enim instituuntur ad examinandum valorem, & Monetarum qualitatem tàm intrinsecam quàm extrinsecam, & quidem regulariter quotannis duæ, sub initium scil. mensis Maji & Octobris, Vid. *Edict. Monet. Ferd. I. §. 158. seqq.* quamvis potestas Circulis sit relicta, pro arbitrio & causa rei monetalis, semel tantum singulis annis Conventum dicere, *R. J. de anno 1559. §.* Und damit diese Unsere / ꝛc. quod etiam in nuperis Comitiis Circuli Saxon. Super. Mens. Maj. Ao. 1692. Lipsiæ habitis, factum & conclusum; Vel denique in concedendo alicui cudendæ monetæ jure, Müntzen / Müntz-Stadt halten / consistit. Et hæc potestas, ut diximus, hodiè Cæsaris & Electorum in signum Præeminentiæ tantùm est.

III. Quemadmodum autem monetandi Jus in Rebuspubl. omnibus ad eum spectat, qui Majestate gaudet: Ita in Imperio Romano-Germ. olim non nisi Cæsar & Germaniæ Rex exercuit & concessit aliis, ut patet ex *A. B. Tit. 10.* ubi Jus cudendi Monetam auream & argenteam non solùm Regi Bohemiæ confirmatur, sed reliquis etiam Electoribus de novo indulgetur in *verbis fin. dict. Tit. 10.* Und wollen Wir diese Constitution und Gnade / in krafft gegenwärtigen Unsers Käyserl. Gesetzes / auf alle Churfürsten / Geistliche und Weltliche / deren Nachkommen und rechte Erben / auf Maß und Weise / wie vorgemeldet / auch vollkömmlich erstrecket haben. Pariter solus Cæsar & Germaniæ Rex Statibus Imperii id concessit

& Berolinum nostrum. Vectigal terrestre rursus dispescitur in Pedagium, quod pedites & equites numerant, & in Vectorium, quod iterum est vel Pontivegium, quod ab iis exigitur, qui pontes permeant, Brücken-Zoll: Vel in specie sic dictum vectorium, Land-Zoll/ quod pro transvectione mercium de & in viis publicis præstatur, cujus ratione mercatoribus & peregrinantibus debetur securitas, sicher Geleit/ deindè tuitio & reparatio viarum publicarum & pontium: Alle/ die Zölle nehmen auf Wasser oder Land/ die sollen den Wegen und Brücken Ihr Recht halten mit Machen und mit Besserung/ und von denen sie die Zölle nehmen/ sollen sie beleiten nach ihrer Macht/ als fern ihr Gewalt gehet/ daß sie nichts verliehren/ *Goldast. Const. Imp. P. 2. p. 26.* Quo etiam spectat Interdictum illud, ne quid Itinere exstruatur, immittatur vel agatur aliquid, quo iter publicum deterius reddatur, vel Commeatus impediatur. Hinc Vectigalia Princeps cum exigit, in se refectionem viarum recipit, *L. 1. ff. de Public.* nec non, ut vectigalia solventes sint sub tutelâ Domini territorii, qui eâ lege illa exigit, ut teneat vias securas, ac indemnem transitum cunctis & singulis vectigal solventibus præstet, adeò, ut si quid damni eis in viâ publicâ contingat, puta, si deprædentur, nisi Prædonem Princeps vivum exhibeat, isque solvendo sit, sec. *Bartol. in L. 1. §. famil. ff. de Public.* vel probari possit, peregrinantem à viâ solitâ descendisse in insolitam, *Bartol. in L. cum proponas 3. C. de Naut. Fænor.* ad præstationem sivè refusionem damnorum teneatur, *Nov. 134. c. 4.*

X. Quænam autem personæ vectigal solvere teneantur, & an pro omnibus rebus idem sit solvendum, consilio sanè opus est. Generaliter personæ vectigal solventes istæ sunt, quæ vel ex loco, vel in seu per locum, ubi vectigal constitutum, merces portant vehuntque. Nec temerè Principes quenquam ab illius solutione immunem facere debent: cum hoc ipsis non solum existat odiosum, sed & ærario damnosum. Plerumque enim hodiè, qui divitiis maximè prævalent, & ex Republicâ maxima accipiunt bona, *quales sunt Nobiles & Magistratus* à vectigalibus immunes habentur; quæ absurda Consuetudo ex Galliâ in Germaniam no-

noſtram peſſimè translata eſt: Hanc tamen multis in locis, imprimis quoad Nobiles, eviluiſſe, teſtatur *Nolden. de Nobil. c. 16. §. 42.* Quod concernit Res, quibus vectigalia imponuntur, hæ vel exportantur & avehuntur, vel importantur. Circa exportandas maximè illud notandum: Si Regnum quoddam, aut Respublica ſeu Civitas bonis quibusdam gaudet, quæ ab Exteris deſiderantur, nec aliundè peti queunt, hujusmodi bona ſatis commodè magnis vectigalibus onerari poſſunt; Si autem eadem aliundè etiam petere licet, remiſſius in Vectigali exigendo, ne commercia aliò transferantur, erit agendum. Contra quod Politicum multi Germaniæ Principes & Civitates, magno Subditorum & Civium ſuorum detrimento peccant. Quoad Res importandas & invehendas, & quidem quæ ad neceſſitatem faciunt, nil impedit, quo minus & iis aliquod exiguum vectigal imponatur, quod hodiè in Germaniâ non ſolùm, ſed & omnibus ferè, non Europæ tantùm, ſed etiam Aſiæ Rebuspublicis practicare experientia teſtatur; Illis verò, quæ ad Delicias & Luxuriam faciunt, magna vectigalia imponi & tutum & ſimul juſtum eſt. Ea enim ſi non amplius importantur, Respublica emolumentum potius quam damnum ſentit.

XI. Præter hæc autem Vectigalia ordinaria dantur adhùc alia extraordinaria dicta, quæ non penduntur pro transvectione mercium, ſed more inſolito rebus ad victum neceſſariis, itemque juribus imponuntur, vulgò Impoſten, Acciſen, Umgeld, Licenten &c. cujus generis ſunt, v. g. Vectigalia de Fundis, Domibus, de Fructibus, de Sale, Carne, Vino, Cereviſia &c. in ſumma de rebus eſculentis & potulentis, quæ ad cujusque Victum pertinent: quibus annumeratur Vectigal Emigrationis, quod incumbit iis, qui vel ex alterius jurisdictione, protectione aut collectatione aliò ſe conferunt, id quod in Germaniæ plerisque locis unicuique licitum eſt, modo id malitiosè non fiat: Vel etiam, qui Titulô lucrativô Hæreditatis, Legati, Donationis &c. quid ex alterius Ditione acquirunt, quod plerumque decima pars eſt ejus, quod ita emigrat, vocatur *Jus Detractionis*, die Nach-Steuer/ quod vectigal etiam approbatum eſt

in R. J. de anno 1555. §. **Wo aber** *rc.* Item, rerum immobilium venditarum, rerum oppignoratarum, Chartarum Sigillatarum, (**gestempelte Pappier**) destinatarum non tantùm Contractibus & Testamentis, sed & Literis memorialibus, Postulatis, Supplicationibus &c. ita, ut qui in Cancellariâ vel Camerâ Principis quid negocii habet, id non nisi adhibito hujusmodi papyro sigillato exponere possit, cui certa taxa imposita est, quâ redimi debet. Quò spectat etiam parvum & magnum illud à Batavis inventum Sigillum, cui tributum imposuerunt, sancientes, ne Contractus, Instrumenta, aut quicquid in judicium deducitur, valeat, nisi ejusmodi foliis papyraceis sigillo seu majori, seu minori munitis descriptum fuerit. Item Vectigal pro Carrucis, **Kutschen**/ uti in Italiâ & Belgiô, curribus ac jumentis, pro ornatu muliebri, pro pretiosis mulierum gestandis, pro vestibus holosericis, pro Chartis lusoriis, & quæ innumera sunt alia. Idque Vectigalium genus non tàm Exteros quàm Subditos onerat, hinc à quolibet Imperii Statu vi suæ Jurisdictionis territorialis propriâ autoritate in suis Provinciis ac Civitatibus institui & augeri potest.

XII. Denique licet in Capitulat. *Ferd. III. A. 20. Ferd. IV. A. 19. Leop. A. 21. & J. I. A. 20.* cautum sit, ne Imperatori aut Statibus sub nomine *Stapulæ*, germ. **der Stapel- oder Staffel-Gerechtigkeit**/ it. **freye Niederlage**/ (à deponendo, quia Merces Exotericorum ibi deponendæ sunt,) novum introducere Vectigal liceat, adeoque Jus *Stapulæ* nihil cum jure vectigalium commune habere videatur, tamen, cum occasione juris *Stapularum* vectigalia immane quantum crescant, ideò hujus memores & de eo nonnulla hic subjicienda erunt, imprimis cum eadem ratio, quæ circa institutionem vectigalium, sit etiam circa jus sivè potestatem *Stapulam* concedendi, & sic non minus Electoralem Præeminentiam & in eo deprehendere liceat. Cum enim frequentes *Stapularum* erectiones, ob annexum onus vectigalium, & quia merces invitis Dominis cum eorum incommodo exonerantur, commerciorum libertati admodum graves & molestæ existant, potestas ac arbitrium Imperatoris, cui soli aliàs in Imperio nostro jus erigendi & concedendi *Stapulas* competit, quoad easdem hactenus est

re-

restrictum, ut hodiè sine unanimi Collegii Electoralis consensu novas imposterum concedere non debeat; per verba *Art. 21. Capit. Leop. & A. 20. Jos.* Alle unrechtmässige Zoll/ Staffel und Niederlage ꝛc. & paulò post: Und ins künfftige derselben keinen mehr ertheilet werden/ es geschehe dann erstbesagtermassen mit einmühtigen Collegial-Raht und Bewilligung der Sieben Churfürsten. Anteà quidem & in hoc negocio solus collegialis Electorum requirebatur consensus, & primùm istum super *Stapulæ* privilegio requirendum introductum video *in Cap. Ferd. III. A. 20.* qui reiteratur *in Cap. Ferd. IV. A. 19.* Sed in Leopoldinâ & ultimâ Joseph. alleg. loc. in unanimem consensum transiit. Singulare autem quid in hoc jure concurrit, quod, qui eô se gaudere affirmat, simul & titulum allegare teneatur, & ostendere, qua ratione illud sit adeptus; neque enim hic, uti in jure Vectigalium, nuda sufficit possessio, aut diuturna Consuetudo, sed quoniam contra utilitatem publicam est introductum, & commercia turbet, ideò & Concessionem Imperatoris & præcedentem Electorum Consensum ostendere necesse habet: quod si ostendere nequeat, res ad Cameram devolvitur, ut super ea decidat, inque exemplum poterint esse Acta inter Duces Brunsuic. & Lüneb. & Hamburgum. Sed quemadmodum *Stapulæ* absque consensu Electorum ab Imper. hodiè non conceduntur: ita quoque novas in Imperio erigere ipse Imperator sine Electorum consensu non potest; multò minus singuli Status penes se hujusmodi jura introducere possunt propriâ autoritate, sed confirmationem Imperatoris consensu Electorum vallatam accedere necesse est: Ne aliàs singuli Ordines penes se in materiâ, quæ omnes vel plurimos contingere posset, plus posse viderentur, quàm Cæsar in Imperio.

XIII. Est verò hoc jus *Stapulæ* potestas sistendi & restringendi merces invectas in suô forô: Idque pro diversitate locorum diversos habet gradus. Alicubi saltem certos per dies transeuntes cum mercibus subsistere coguntur ad fraudes circa Vectigalis solutionem evitandas, non verò adiguntur, ut merces suas divendant: Et hoc Jus propriè *Jus Geranii* (das Krahn-Recht) dicitur, de quo modo diximus. Alicubi non detinentur tantummodò, sed

ſed etiam coguntur mercatores certas mercaturæ ſpecies exonerare, ſimul quoque certo temporis ſpacio venum exponere, quæ alioquin mercandi cauſa ad alias urbes devectæ fuiſſent: neque ad hoc evitandum alias quærere vias valent, Vid. *Loccen. de Jure M rit. L.1. C.ult. §.13.* Lapsô hoc tempore & perſolutis Reipublicæ vectigalibus, merces, quò viſum eſt, avehere ac transportare licet; Et hoc propriè Jus *Stapulæ* dicitur: Aliàs etiam illud jus *Emporii* nomine ſingulari vocatur. Ubi autem Jus iſtud viget, ibi merces exonerandæ non nimis onerandæ ſunt portoriis vel impoſitionibus, tum etiam juſtum pro iis refundi debet pretium. Suntq; maximâ ex parte Staffelbahre Güter ejusmodi merces, quæ ad victum faciunt, v.g. Vina, Sal, Frumenta & hujus generis alia.

XIV. Gaudent hodiè in Germaniâ hoc jure in Viſurgi, Brema: In Albi, Hamburgum, ut Senatus iſtius Civitatis publicè id deduxit Ao. 1620. Magdeburgum: In Rhenô, Colonia Agrippina, Spira & Moguntia: In Danubio, Ratisbona, Ingolſtadium & Paſſavium: In Moſellâ, Treviris: In Viadrô, Stetinum, Wiſmaria, Uratislavia. Extra Germ. Middelburgum in Zeelandiâ, quoad vinum Hiſpanicum: Et Dordrechtum in Hollandiâ, quoad vinum Rhenanum jus *Stapularum* poſſident: In Belgiô hoc jure gaudent Amſtelodamum, Antwerpia, Brugæ: In Italiâ Venetia, Genua, Neapolis, Liburnum &c. Vid. *Schott. l. de orig. Germ. Jur. C.26. §.17.* Imò, jus *Stapulæ* etiam Civitatibus competere, ubi nullus navium eſt appulſus, exemplo Lipſiæ, Naumburgi, Bolzani, indubitatò conſtat. Plura de Jure *Stapulæ* qui deſiderat, Vid. *Guicciard. in Deſcript. Belgii. Lauterum in Disquiſit. Stapulæ Saxonicæ adverſus Magdeburg. Boxhorn. in Theatrô Hollandiæ. Ubbonem Emium in Deſcript. Groeningæ.*

DISCUR-

DISCURSUS IX.

De
Requisito Archi-Principum Electorum Consensu ad concedendum ab Imperatore jus sive Privilegium cudendæ Monetæ.

I.

JUs concedendi Privilegia indistinctè, allerhand Privilegien zu vergeben / quorum effectus sese diffundat per Imperium, solius esse Imperatoris, docent nonnulli Juris Publ. Doctores; imprimis operosè id contendit *Lampadius de Republ. Rom. Germ. P. 3. Cap. 14.* §. 2. quem sequitur *Limnæ. de J. P. c. 9. §. 19. Bæcl. in Not. Imp. L. 4. c. 1. Carpz. de Leg. Reg. c. 12. §. 8.* aliique. Sed Conringius hanc opinionem penitus rejicit, dum ita ad *Lampad. c. l.* scribit: *Nimis crudè differunt, qui soli Imperatori tribuunt potestatem concedendorum Privilegiorum. Certè, si hanc habet Cæsar, & quidem illimitatè, poterit utiq; & Legibus publicis Imperii, & Juribus omnium Principum Ordinumq; liberè derogare. Hoc verò si potest, frustrà potestas ferendarum Legum ad Comitia spectat universi Imperii, & in merô est arbitrio Cæsaris collocatum, Jura Principum aliorumq; Ordinum intervertere. Quæ sententia, quia evertit fundamenta nostræ Republ., non ita crudè est accipienda.* Regulariter aliàs qui facultatem habet ferendi Legem, is quoque Privilegia concedit; Privilegia enim sunt quasi Jura singularia, quæ contra generalem Legis dispositionem alicui favorabiliter indulgentur. Ast, in Imperio nostro facultas ferendarum Legum universalium spectat ad Comitia, ubi Imperator Leges prævio consensu Ordinum sancit:

Ergò Concessio privilegiorum universalium, quæ per totum Imperium valent, ad solum Imperatorem etiam non spectat, sed Ordinum consensum requirit. Sanè, jam olim Cæsares in privilegiis magni momenti Ordinum consensum adhibuisse reperimus, quorum Exempla quædam annotavit *Burgold. ad Instr. Pac. P. 1. Disc. 10. §. 15.* & vigore Capitulationis Ferd. II. in omnibus magni momenti negociis (atque adeò etiam in magni momenti privilegiis concedendis) Electorum ad minimum consensus requiritur. Nos in definiendâ hac Controversiâ cum Excell. Dn. Rhetiô in suis Inst. Jur. Publ. dicimus, quòd Cæsar solus habeat jus Privilegiorum concedendorum, quà Privilegia Jura Superioritatis Statuum lædere non possunt. Sic v. g. habet jus concedendi Privilegii de Non appellando, *§. 115. R. J. de anno 1654.* von Uns den Römischen König und Käyser allein dependire/ ꝛc. quà verò aliorum Statuum Jura territorialia tangere possent, quibus jam tùm Imperator propter juratam promissionem *in Capit. Leop. & Joseph. A. 3.* per concessionem novorum Privilegiorum præjudicium inferre nec potest, nec debet, eatenus absque consensu ad minimum Dn. Electorum non conceduntur; uti, instituere nova vectigalia, vel vetera augere, it. potestas concedendi Stapulam, de quibus in præcedentibus Discursibus hactenus egimus: Et eò etiam spectat Jus concedendi privilegium cudendæ monetæ, quod simili ratione sine Electorum consensu ab Imperatore non conceditur, juxta *Art. 34. Capit. Leopold. & Art. 33. noviss. Capit. Joseph.* ubi optimus Imperator absque Electorum præscitu & speciali consensu Privilegium cudendæ monetæ cuiquam, cujuscunque Status & Conditionis existat, se concessurum negat in verbis sat apertis: Wir sollen und wollen auch hinführo ohne Vorwissen und absonderliche Einwilligung und Consens der Sieben Churfürsten niemands/ wes Standes oder Wesens der seye/ mit Müntz-Freyheiten oder Müntz-Städten begaben und begnadigen/ ꝛc. Quod proindè inter fulgentissimas Præeminentias Electorales pariter quoque referendum.

II. Equidem *Jus Monetæ* aliàs triplici ratione potest considerari: Vel enim est in communibus Legibus nummariis, nec non gravaminibus rei monetariæ, & sic ad Comitia spectat, ubi va-

variis modis inter Imperatorem & Ordines Imperii omnes de illo consultationes instituuntur, Conf. *Schweder. in Introd. J. Publ. P. Spec. Sect. 1. Cap. 25. §. 8.* prout etiam in præsentibus Comitiis novissimè iterum de novem Articulis deliberatum & conclusum fuit, cujus tenorem sub dato Regenspurg den 22. Jun. 1680. vide sis apud *Jac. Bernh. Multz. in Repræsent. Imperat. Majest. P. 11. Cap. 12. §. 5. N. 50. p. m. 456. seqq.* Hinc in *Art. 33. Capitulationis Leopoldinæ & Joseph. Art. 32.* Rex Rom. promittit, quod communi consilio Electorum, Principum & Statuum eò allaborare velit, ut defectus rei monetariæ corrigantur; Vel consistit in curâ monetæ publicæ explorandæ, quæ Circulorum Ducibus est commissa, atque sic ad Conventus Circulares sivè Diætas probatoriales Probations-Täge dictas pertinet: Hæ enim instituuntur ad examinandum valorem, & Monetarum qualitatem tàm intrinsecam quàm extrinsecam, & quidem regulariter quotannis duæ, sub initium scil. mensis Maji & Octobris, Vid. *Edict. Monet. Ferd. I. §. 158. seqq.* quamvis potestas Circulis sit relicta, pro arbitrio & causa rei monetalis, semel tantùm singulis annis Conventum dicere, *R. J. de anno 1559. §.* **Und damit diese Unsere / ꝛc.** quod etiam in nuperis Comitiis Circuli Saxon. Super. Mens. Maj. Ao. 1692. Lipsiæ habitis, factum & conclusum; Vel denique in concedendo alicui cudendæ monetæ jure, Müntzen / Müntz-Stadt halten / consistit. Et hæc potestas, ut diximus, hodiè Cæsaris & Electorum in signum Præeminentiæ tantùm est.

III. Quemadmodum autem monetandi Jus in Rebuspubl. omnibus ad eum spectat, qui Majestate gaudet: Ita in Imperio Romano-Germ. olim non nisi Cæsar & Germaniæ Rex exercuit & concessit aliis, ut patet ex *A. B. Tit. 10.* ubi Jus cudendi Monetam auream & argenteam non solùm Regi Bohemiæ confirmatur, sed reliquis etiam Electoribus de novo indulgetur in *verbis fin. dict. Tit. 10.* **Und wollen Wir diese Constitution und Gnade / in krafft gegenwärtigen Unsers Käyserl. Gesetzes / auf alle Churfürsten / Geistliche und Weltliche / deren Nachkommen und rechte Erben / auf Maß und Weise / wie vorgemeldet / auch vollkömmlich erstrecket haben.** Pariter solus Cæsar & Germaniæ Rex Statibus Imperii id concessit

primùm per §. 178. *Imp. Ferdinandi Constit. de re Monetariâ Anni 1559.* Verùm postquam eò usque tandem profusa Cæsarum liberalitas evagata est, ut ad Comites Imperii aliosque Inferiores Status non tantùm, sed etiam Civitates Provinciales sivè Municipales, uti v. g. adhuc hodiè in Ducatu Brunsuicensi est Hannovera, Hamelia, Göttinga, it. Halberstad, Monasterium, Hildesheimium, Nordheim, Magdeburgum, Stetinum, &c. Imò ad Nobiles & Doctores nonnullos, aliosque privatos: cujusmodi Monetarii vixerunt Argentorati, Francofurti, Wormatiæ, Spiræ, alibique, à quibus Civitates ipsæ pleræque jus cudendi monetam impetrarunt, quibus tamen Jure Civili jus monetandi erat interdictum, *L. fin. C. de Fals. Monet.* hoc cudendæ monetæ privilegium fuerit translatum, *Rec. Imp. Norimb. de anno 1524.* §. Dergleichen hat der Münz halber ꝛc. *Recess. August. de anno 1551.* §. So haben Wir Uns / *vers.* Dergleichen / ꝛc. *Rec. Spir. de anno 1570.* §. Alsdann auch die Münz-Gerechtigkeit / ꝛc. add. *Krullius de Jure Monet. Cap. 2. §. 97. seqq.* & non parùm illa promiscua monetæ cudendæ potestas Imperio nostro nocere deprehenderetur; Domini Electores e re fore arbitrari sunt, si hanc liberiorem Imperatoris licentiam & facultatem, quoad exercitium hujus juris quodammodò coarctarent. Quem in finem Capitulationibus Cæsareis insertum, ut imposterum Imperatori, citra specialem Electorum consensum, jus monetandi nulli Statui concedere liceat, quod factum esse primùm tempore Rudolphi II. patet ex *Art. ejus Capitul. 29.* idque posteà repetitur in *Cap. Matth. Art. 34. Ferd. II. Art. 33. Ferd. III. Art. 37. Ferd. IV. Art. 35. Leopold. 34. & Joseph. Art. 33.* Videlicet, ne, quod specialiter in usum publicum constat inventum, in privatorum transeat compendium, *Tob. Paurmeist. de Jurisdict. Imp. Rom. L. 1. C. 4. §. 26.* Et certè Majestas Cæsar. valdè diminui videtur, si jus istud sic cuivis promiscuè concedatur: Imò, ubi potestas monetam cudendi adeò multis patet, depravatio monetæ facilè exindè est metuenda; jam autem, sicuti ex jure monetandi non parum subsidii Imperio accrescit, ita contra hujus depravatio multum incommodi affert, & imprimis exindè Commerciorum confusiones & periculosi motus subnascuntur. Certè moneta reproba

haud

haud inter postrema mala est, quibuscum satis diu in Imperio nostro conflictati sumus. Diu quidem est, quod remedia huic malo quæsita sint, & medica manus adhiberi cœperit: Sed hactenus frustrà. Omninò igitur convenit, ut Imperator jus illud parcissimè Membris Imperii, & mediatis Imperii Civitatibus, vi *praecea. allég. Imp. Capit. in fin. dict. Art.* verb: Denen Mediat-Stätten/ so dem Reiche immediatè nicht / sondern den Reichs-Ständen unterworffen/ ferners nicht ertheilet werden / hodiè planè non amplius tribuat. Nec dubito cum *Relsendso Heromontano de Summâ Princip. Germ. Potest. Cap. 6. pag. m. 61.* Principes salvâ conscientiâ hoc jus monetandi Provincialibus Civitatibus aliisque sibi subditis eripere posse, frustrà possessionis suæ Titulis, Donatione videl. & Præscriptione, illis allegantibus. Imò, convenit hodiè quam maximè, ut Cæsar nemini, nisi consensu, approbatione & autoritate Electorum concedat. Distinguit quidem *Anton. Hanffman. Disputat. de Re Monet.* (quæ extat *Vol. 2. Disp. Basil.*) *Resolut. 6. lit. A.* inter Status Majores & Minores, nempè Imperatorem concedere posse Jus monetandi Statibus Imperii Majoribus, Minoribus verò non nisi cum consensu Dominorum Electorum, idque per verba Capitul. suprà allegata. Verùm directè contrariantur hæc verba Hanffmanno, judice *Limnæo in Annotat. ad Capit. Matthiæ Art. 34. §. 2. 3. seqq.* qui Regulam hanc generalem esse, nec ullam admittere limitationem, sed hoc velle existimat: Imperatorem nulli cujuscunque Status vel Ordinis ille sit, nullo habito respectu, Major vel Minor Status sit, posse Jus monetandi concedere sine præscitu Electorum, scilicet in Imperio Germanico: Extra tamen illud, in Bohemiâ videlicet, multis privatis, notæ quidem non inferioris, monetandi jus concesserunt Imperatores hactenus, quod tamen ob defectum auri & argenti exerceri haud potest. Quid? quod nec Imperator hodiè iis, qui jure monetandi per ejus abusum sese privarunt, absque consilio & voluntate Electorum restituere possit. Ad quod quidem olim vi *R. J. Spir. de anno 1570. §. Da aber 127.* Comitiale Statuum Consilium requirebatur, verum, in *Capit. Leopold. alleg. Art. 34. & Joseph. 33.* ad istam restitutionem Electorum consensus sufficit. Consensum tamen singulorum

Electorum hic non desiderari autumamus, sed sufficere consensum Collegialem, non obstantibus alleg. Capit. verbis: Absonderliche Einwilligung der Sieben Churfürsten / quippè quæ videntur opponi juri pristino, quod solus Imperator propriâ autoritate absque consensu & requisitione Electorum jus illud olim concesserit.

IV. Hac occasione non inappositè quæritur: Num tempore Interregni etiam Domini Vicarii, quisque in suo Vicariatus tractu, Regale & Jus cudendæ Monetæ concedere queant? Parti negativæ *Limnæ. in Not. ad Capit. Matthiæ Art. 34. §. 6. & seqq.* suffragatur, ex ratione, quia Vicariorum Officium in eo consistit, ut operam dent, ne Imperii res quid detrimenti capiat: At nihil indè detrimenti nascitur, si cui hujusmodi privilegium non concederetur, donec alius Imperator eligitur. Ast ne dicamus, posse hujusmodi casum incidere, quod necessitas exigeret, Interregni tempore diplomata monetaria indulgere, sed etiam plura alia à Vicariis Imperii fieri hac ratione non possent. Deindè, quoniam Textus *A. B. Tit. 5.* Vicariis non interdixit, ne hujusmodi diplomata concederent, sine Lege eorum potestatem hac in parte coarctare nimiùm esset; idque eò magis, quod multa Jura, in Aureâ Bullâ quidem speciatim non expressa, nec tamen etiam excepta & prohibita Dominis Vicariis etiamnum hodiè competant. Sed quamvis Vicarii Imperii hoc jure quoque gaudeant, sine præscitu tamen & speciali adsensu cæterorum Electorum pariter illud exercere non possunt.

V. At enim verò, quid dicendum de Membris & Statibus Imperii, quibus hactenus Imperatores sine consensu & præscitu Electorum Jus & Privilegium monetandi concesserunt, num illi hac de causa eò ipsò sint privandi? Quod videtur per *alleg. Capit. Leop. Art. 34. & Joseph. Art. 35.* ibi: Sondern denjenigen / so solches Regal mit der Churfürsten Bewilligung nicht erhalten / dasselbe gantz verbieten / und durch die Creys / oder sonsten wider Sie gebührend verfahren lassen. Quod tamen cum grano salis intelligendum esse puto, distinguendo inter illos, qui jus & potestatem monetandi acceperunt tempore antiquò, quò adhuc in solo

Impe-

Imperatoris arbitrio fuit, illam concedere, etiam citra Electorum adsensum; Et inter illos, qui illud jus acceperunt posterioribus temporibus, quibus Cæsaris & Regis Rom. potestas ita fuit limitata, ut non aliter Jus cudendi monetam conferret, nisi cum consensu & approbatione Electorum. Priores sine causa rationabili destituendos non esse privilegio illo, nisi fortè eodem abutantur, aliàs enim plerique Principes & Status monetandi jure privandi essent, quibus tamen hactenus nihil impedimenti objectum; atque hoc ipso consensum Electorum tacitè intercessisse videtur. Benè tamen posteriores.

VI. Ex quibus omnibus itaque luculenter apparet, potestatem cudendæ monetæ Status & Ordines Imperii habere, non jure Superioritatis territorialis, krafft hoher Landes-Fürstl. Obrigkeit/ h.e. non ex eo, quod Principes sunt, & Principatus possident, prout nonnulli sentire videntur, nimirùm, quemlibet Principem tantam potestatem in suo Principatu habere, quantam habeat Imperator in Universo Imperio Romano; sed ex Privilegio & speciali Concessione Cæsaris & nunc Dominorum Electorum; Et qui sine illa monetam cudere audet, arbitrariè punitur juxta *Ordinationem Criminalem Caroli V. Art. 3.* Ubi ergò juris hujus mentio ratione Ordinum fit, speciali Concessioni Imperatoriæ id tribuitur, non juri Superioritatis, quia Jus monetæ est de Regalibus Cæsaris, & quidem Majoribus, quibus Ordines absque speciali Concessione non gaudent, Vid. *R. J. August. de anno 1551. §. 46. R. J. de anno 1570. §. 132.* ita tamen, ne excludatur vel antiqua Consuetudo, vel longissimæ Præscriptionis, quæ est temporis immemorialis, Titulus, rechtmässige Verjährung/ quæ est veluti tacita Imperatoris Concessio; idque firmatur *in alleg. Art. 33. Capitul. Joseph.* verb. Oder sonst rechtmässig und beständig hergebracht/ rc. Habent quidem usu Juris publici vigore juris Superioritatis territorialis etiam Jus monetandi Status Imperii, sed non Monetam Imperialem, die da im Reich gültig sey/ sed tantùm Provincialem, h. e. Landes-Müntze/ & quæ eo intuitu Territorii limites valore suo non excedit, eamque tamen superfluè cudere licet, Conf. *R. J. August. de anno 1566. §. 154.*

VII. Cæte-

VII. Cæterùm ab initio in Imperio nostro Romano hæc potestas, quæ pars est summi Imperii, solius, ut diximus, erat Cæsaris, & principaliter Imperatoriæ Majestati erat commissa, undè antiquitus Imperatores tantùm monetam cudebant, *Rumelin. ad A. B. P. 1. Diss. 8. Cap. 10. Th. 29.* Id quod etiam evincit quæstio Servatoris nostri cum Judæis apud *Matth. Cap. 22. v. 20. 21. Luc. Cap. 20. v. 24.* ubi, ut convinceret Judæos subjectionis suæ, inquit, ostendite mihi numisma census: At obtulerunt ei denarium, & ait, cujus est Imago & Subscriptio? Dicunt ei, Cæsaris; Hinc concludit: Date igitur Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & DEO, quæ sunt DEI. Et hæc quoque ratio erat, quare Romani Imperatores præter Nomen etiam Imagines suas monetis impresserint, *L. 1. C. de Veter. numism. potest.* adeò ut pluribus regnantibus, singulorum vultus nummis impressi fuerint. Et in eo Statu potestas hæc cudendi monetas tempore Caroli Magni Imperatoris adhuc fuit. Dann vor Alters haben die Römische Käyser Deutscher Nation jederzeit darnach fürnemlich getrachtet / daß Sie das Müntz-Wesen so enge / als möglich / einziehen möchten / und je enger Sie dasselbe eingezogen / je bessere Müntze hat man gemacht. Man sehe Ihre Nummos Bracteatos an / was vor schön Silber dazu ist / und wie sie nach viel hundert Jahren so sauber und gantz fein; Dahingegen heut zu Tage Unsere Müntze nicht zweyhundert Jahr dauren wird / so hat sie der Rost und das Kupffer gefressen; Welches alles allein dannenhero verursachet / daß man mit der Concession des Müntz-Schlagens zu mild gewesen. Nam post Caroli M. & insequentium Imperatorum tempora, ut reliqua Regalia, Jus quoque istud, ex speciali Cæsarum beneficio, uni atque alteri Statui in tantum concessum fuit, ut suo proprio caractere quisque monetam penes se insignire possit. Hinc etiam posteà à Carolo IV. hæc potestas non solùm Regi Bohemiæ confirmata, sed cæteris insuper Electoribus omnibus de novo fuit concessa in suprà *alleg. A. B. Tit. 10. §. 1.* idque intuitu solicitudinum & laborum, quos pro quiete publicâ intimi hi Consiliarii sustinent, *Arumae. ad A. B. Disc. 5. Concl. 9.* maximè, cum sic quoque dignitas & potestas cùm Electorum tùm Electoratuum conservetur; Imò, tandem ex sequentium Cæsarum pro-

profusa liberalitate quoque Statibus aliis inferioribus communicata, ut suprà diximus, adeò, ut hodiè istam exerceant Imperator & Status Imperii immediati omnes, quidam etiam, qui mediatè Imperio subsunt, ut Urbes quædam provinciales & municipales: Ut non immeritò jus monetandi privilegii naturam deposuisse statuere possim. Quomodo enim quæso id ipsum, cujus omnes sunt participes, privilegium vocari potest? Quamvis non indistinctè, & in omni monetæ genere jus illud ab omnibus exerceatur, sed soli Electores, & hodiè quidam ex Imperii Ordinibus alii, jus cudendi monetam auream (cujus species Ducaten) habent, ceu patet *ex Constit. Ferd. de anno 1559. §. 64.* add. *alleg. Tit. 10. A. B.* Et si quis de certo genere monetæ cudendo concessionem habet, ad aliam quoque speciem extensio concessionis fieri non debet. Deindè etiam Statibus Imperii Jus illud concessum hac cum conditione, ne id cum aliis quovis modo communicent, neque Locationis, multò minus Venditionis titulo, nisi ipse eô privari velit: nec cum Monetariis pacta illicita contrahant, uti expresè prohibitum in *Rec. Imp. de anno 1551. §.* **So haben Wir Uns auch 2c.** it. *Rec. Imp. anno 1570.* §. *123.* ubi Locatio Monetæ sub pœna perdendi juris monetarii omnibus Statibus interdicitur, & *in* §. *175. alleg. Ferd.* **neue Münz-Ordnung/** quæ maximè hodiè strictissimè servari multum interest totius Imperii. Et quidem olim, qui jure monetandi gaudebant, in signum accepti beneficii & reverentiæ, nec non decus Cæsaris, & quod pes & liga ab Imperio præscripta insit monetæ, **als eine Versicherung der Gütigkeit/** Nomen & Imaginem Imperatoris ab uno, & Aquilam bicipitem cum Globo Imperii alteri lateri imprimebant, sec. *Rec. Imp. de anno 1559. §.* **Wir aber 2c.** Sed hodiè (exceptis paucis admodum Statibus & Civitatibus Imperialibus, quæ ad circumstantiam temporis denotandam Cæsaris Nomen nummis præfigunt) reliqui Ordines Principaliores nulla Imperatoris facta mentione suis Insignibus & Effigie monetam signare consuescunt, ut experientia satis comprobat. Idque non tàm, ut & ipsi hac ratione memoriam sui relinquant Posteris, quia nihil pecuniâ exactiori cum cura adservari solet: Quàm ut & suam Potentiam, Autoritatem & Justitiam his ipsis præbeant Subditis cognoscendam.

DISCURSUS X.

De
Consilio & Consensu Electorum ad Collationem ac Reinfeudationem Feudorum Regalium maximè necessario.

I.

PRo non minimâ Dignitatis & Prærogativæ Electoralis parte habetur, quod Bona Vacantia sive majora Feuda Regalia Imperio aperta, die dem Reich eröffnete und ledig heimgefallene Lehen / quocunque modo eorum apertura contingat, absque Electorum consilio, adsensu & voluntate reinfeudare & ad alios transferre, vel Exspectantias super istis concedere Imperatori fas non sit, id quod in Capitulat. Cæsareâ als ein Præcipuum des Churfürstl. Collegii also expresse bedungen worden; Vid. *Cap. Ferd. IV.* & uberius *Leopold. Art. 30.* itemque *noviss. Joseph. Art. 29.* ibi: Wann auch Lehen dem Reich / und Uns bey Zeit unserer Regierung durch Todfall oder Verwürckung eröffnet / und lediglich heimfallen werden / so etwas Merckliches ertragen / als Fürstenthümer / Graffschafften / Städt und dergleichen / die sollen und wollen Wir **ohne Vorwissen der Sieben Churfürsten** ferner niemand leyhen / auch niemanden einige Exspectantz oder Anwartung darauf geben / ꝛc. & mox: So sollen auch die Lehen-Brief und Exspectantien über des Heil. Röm. Reichs angehörige Lehen / welche bey einer andern / als Unserer

Unserer Reichs-Cantzley/ und ohne Vorwissen der Herren Chur-fürsten ins künfftig ertheilt und ausgefertiget werden möchten/ gantz ungültig seyn.

II. Jure aliàs feudali Dominus Feudum apertum liberè cui velit reinfeudare potest; quod olim quoque in Imperio Romano-Germanico licuisse, Exempla quæ imprimis ante Auream Bullam contigere, expeditum reddunt. Sic Rudolphus I. Imperator Filium suum Albertum Austriâ, tunc temporis Imperio apertâ, proprio jure & voluntate reinfeudavit, undè Archi-Ducum Austriæ origo, *Thom. Michaël. de Jurisdict. Concl. 3.* Pariter in Pomeraniâ cum in discordi Electione Duces renovationem Investituræ neglexissent, Ludovicus Imperator Pomeraniam in feudum concessit alteri Filio Ludovico dicto Romano, ut testis est *Chytræus in Chron. p.156. 365. seqq.* Imò, ipsa Aurea Bulla hanc liberam investiendi potestatem Cæsari concedit *Tit. V. §.1. in fin.* & specialiter quoad Electoratus *Tit. VII. §.5. fin.* in verbis: *Si verò aliquem ex ejusmodi Principatibus* (scil. Electoratibus) *ipsorum Imperio Sacro vacare contingeret, Imperator de ipso, tanquam de re ad se & Imperium legitimè devolutâ providere & potest & debet*, i. e. prospicere & consulere, ut iterum, cui vult, iste conferatur. Verùm, post Auream Bullam à Car. V. usque tempore, Capitulationibus Cæsarum disertè provisum, ne Imperator Bona Vacantia s. Regales Dignitates Imperio apertas, v.g. Ducatus, Principatus, Comitatus &c. (non verò Electoratus, in iis enim incorrectum mansit jus *A. B. Tit. VII.* ut infrà audiemus) cuiquam denuò conferat, sed eas ad publicum Patrimonium sine distinctione referat, quod incorporare vocat Imperator *in Tit. C. de Bon. Vacant.* Conf. *Capitul. Car. V.* A.23. ubi primùm ita dispositum: Wann auch Lehen dem Reich und Uns bey Zeit Unserer Regierung eröffnet werden/ die sollen und wollen Wir ferner niemand verleihen/ sondern zu Unterhaltung des Reichs Unser und Unserer Nachkommen der König und Käyser behalten/ einziehen und incorporiren/ ꝛc. qui Articulus in sequentibus Capitulationibus nunquam fuit omissus, insuper in *Capit. Ferd. II. Art. 28. Ferd. III. Art. 32. Ferd. IV. Leop. Art. 30. & noviss. Joseph. Art. 29.* etiam Datio Exspectantiarum in ejusmodi Feuda prohibita. In

quâ Lege, *quod obiter noto*, & Imperatorum & Principum Imperii Ratio Status vertitur. Cum enim Regum ac Imperatorum Germaniæ reditus valdè erant diminuti, voluerunt hoc ipso Dni. Electores resarcire istum defectum, & labescentes Imperii vires nonnihil restaurare, ut tandem aliquando honestus Cæsaribus constituatur census, undè Splendorem & Dignitatem suam sustentare possent, id quod hactenus propriis cujusque Imperatoris opibus aliquamdiu incubuit. Imò, videntes fortassè Archi-Principes Imperio aliquando exitiosum fieri, quod Imperatoria Dignitas in Domô Austriacâ, interruptâ successione & serie, tot annos, à Friderici videlicet III. temporibus, fuerit continuata, (quæ adhuc hodiè in Sereniss. istâ Familiâ continuatur) non tamen esse quendam Principem in Imperio, qui propriis viribus Coronam Imperatoriam portare, Majestatisque splendorem ostentare possit, omnia Feuda Imperio aperta & caduca nulli iterum conferenda, sed ad publicum Patrimonium referenda censuerunt, quò, si aliquando alium quendam Principem extra Domum Austriacam ad Solium illud contingat evehi, habeat, undè Dignitatem illius tueri queat. Sed quomodo hujus Articuli Dispositio fuerit observata, experientia, optima civilis prudentiæ Magistra, docuit, ita, ut ne unum quidem apertum Feudum in eum usum fuisse impensum, Acta publica referant. Observantes namque Imperatores hanc Rationem Status Dnorum. Electorum, nunquam, licet juratò promiserint, Feuda illa retinuerunt, sed semper in alios transtulerunt. Hinc cum Anno hujus Seculi 28. Duces Mecklenburgenses, Adolphus Fridericus & Johannes Albertus, quod Daniæ Regi, Christiano IV., contra Imperatorem Ferd. II. militanti adstitissent, ditione pellerentur, Ducatum illum in Wallensteinium, *Germaniæ Sejanum*, contulit Imperator. Quare Principes gravissimè protestati sunt (1.) quod hoc factum sit contra Leges Capitulares, (2.) quod regulariter in Marchiones Brand. Ducatus sit transferendus, utpotè quibus de Successione in Feudum illud vacuum jamdudum fuerit cautum à variis Cæsaribus, Electorum consensu, & ab ipso Ferd. II. non multò ante, Anno videlicet 22. confirmatum. Quas justas Principum quere-

querelas, cum surdis præteriisset auribus Ferdinandus, easdem tamen Deus exaudivit, & hos optimos Principes per immortali laude dignum Sueciæ Regem, *Gustavum Adolphum*, in avitas ditiones Ao. 31. restituit. Quam restitutionem etiam Ferdinandus non solùm in Pace Pragensi Ao. 34. approbavit, sed & in *Instr. Pac. Art. 12.* Ferdinandus III. confirmavit.

III. Interim autem, cum saluberrima ista Lex in omnibus Capitulationibus nullam pateretur exceptionem, & simpliciter Feuda quovis modo vacantia Cæsareo Patrimonio sivè Fisco Imperii vindicaret, nulla Electoralis voluntatis facta mentione, prout istud ex alleg. Car. V. & seqq. Imperatorum usque ad Ferd. III. inclusivè Capitulationibus omnibus clarescit: jam cœpit à Serenissimorum Electorum consilio atque consensu suspendi, dum hæc prohibitio tandem ita fuit limitata, ut Feuda Imperio aperta ab Imperatoribus iterum possint conferri, modo id fiat *consensu & voluntate Electorum*, secundum alleg. *Cap. Ferd. IV. Leop. Art. 30. & noviss. Joseph. Art. 29.* in quibus primùm hæc verba expressè inserta leguntur. Et prælusum aliquo modo huic Legis mutationi videtur jam Anno hujus seculi 30. per Dnos. Electores, eò quod in suis ad Ferdinandum II. Cæsarem exhibitis gravaminibus, conquesti de non observata Capitulari isthac Lege, addiderint: Sondern habe wider den Inhalt seiner Capitulation dem Reich durch Todfälle oder Verbrechen verfallene / oder durch die Käyserl. Armada eroberte Fürstenthümer / Graff- und Herrschafften / ohne Vorwissen der Sieben Churfürsten versetzt / verpfandt / transferirt und alienirt. Optimâ sanè ratione, cum illud res sit maximi momenti, quâ Interesse totius Imperii adeoque omnium Statuum vertitur; ut non abs re quis ad exercitium hujus negocii requiri existimaverit curam pariter & consensum Electorum, tanquam qui Cæsari in partem sollicitudinis, curarum, consiliorumque quasi constituti. Equidem, in adductis locis Capitulationum *Voluntatis* aut *Consensus* expressè non fit mentio, sed tantùm *Præscientiæ*, Vorwissen / uti propriè ibi sonat; attamen Dominos Electores per istam non nudam certiorationem, quasi Imperator conferre pro lubitu, & deindè demum eos certiores reddere possit, ceu

nonnulli volunt, ſed conſenſum & voluntatem denotare voluiſſe, probabile eſt.

IV. Quibus omnibus ſic ſeſe habentibus, in promptu ſimul eſt pronunciare, quid de eô judicari debeat, ſi Imperator de Bonis Imperii Feudum de novô conſtituere velit, num etiam ad ejusmodi Infeudationem Approbatio & Conſenſus Electorum accedat? Ubi tamen prius non inappoſitè disquiſitionem meretur: Utrum de Bonis Imperii Imperatori Feudum de novo conſtituere licitum ſit? Qua de re ſanè magna eſt concertatio inter Feudiſtas, ita, ut haud pauci reperiantur, qui illud negare non verentur, ex hac potiſſimùm ratione, quod Infeudatio quædam ſpecies Alienationis ſit juxta *Tit. 3. lib. 2. F.* jam autem Cæſaris Officium ſit, augere, non diſtrahere aut alienare, *Nov. 11. princ.* quin potius eò allaborare, ut Bona quovis modô publico Imperii Patrimonio detracta eidem quamprimum adjungantur, ſecundum *Capit. Leopold. & noviſſ. Joſeph. Art. 12.* undè *Semper Auguſtus*, allezeit Mehrer des Reichs dicitur. His tamen non obſtantibus, contrariæ opinioni, quod imò Imperator de Bonis Imperii Feuda dare queat, firmiter putamus inhærendum, modò ejusmodi Infeudatio primùm fiat ex motivo boni publici & neceſſitate exigente publica: Deindè non vergat in gravem Imperii læſionem: Porrò fiat potius in Imperii Subditum, quàm in Extraneum; potius in Perſonam quàm in Collegium & Univerſitatem: potius in Principem & ejus Deſcendentes, quàm in Principatum & quemlibet ejus Succeſſorem: Et denique, quod maximum requiſitum, cum unanimi omnium Electorum conſenſu, *arg. L. 9. ff. ad L. Rhod. de Jact.* Hôc enim ipsô, quô Alienatio Bonorum & Jurium Imperii absque Conſenſu & Conſilio Electorum facta in Cap. Cæſ. improbatur, quô de mox in Diſcurſu ſequ., eorundem quoque Infeudatio haud obſcurè prohibita cenſetur, quia Infeudatio, ut diximus, Alienationis eſt ſpecies, *alleg. Tit. 3. Feud. 2.* Proindè, quemadmodum non valet & ſubſiſtit Reinfeudatio feudorum regalium Imperio apertorum, videlicet Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, aliorumque magni momenti ſine conſenſu & approbatione Electorum in aliquem facta: Ita nec absq; eodem de Bonis Imperii Inveſtitura

ſivè

five Infeudatio de novo. In quantum autem his omnibus, etiam reliquis Principibus & Statibus Imperii quædam partes sint, ita, ut eorum quoque adsensus accedere debeat, definitum legitur *in A.44. Capit. Leop. & noviss. Joseph. A.43.* ubi Imperator promittit, keinen neuerhöheten Fürsten/ Grafen und Herren/ dem Fürstl. Collegio, es seye gleich auf selbiger/ oder der Grafen Bäncken/ ad sessionem & votum wider deroselben Willen aufzudringen/ es sey dann auch neben dem Churfürstlichen/ dasjenige Collegium oder Banck/ darin Sie aufgenommen werden sollen/ vorher gnugsam gehöret worden.

V. Sed quid dicendum de Vacantibus Feudis Electoralibus, num & eorum Reinfeudatio vicissim ab Imperatore, & quidem cum cæterorum Electorum consilio & consensu fieri debeat? Sanè, quod in solo Electoratu incorrectum adhuc manserit jus vetus in suprà *alleg.* A. *B. Tit. VII. §. fin.* & Imperator sivè Rex Rom., qui pro tempore sit, Electoratum Secularem Imperio apertum, (si videl. Linea aliqua & integra Familia esse desinit) alteri rursus conferre & possit & debeat, omni dubio caret, atque sic Capitulationibus vel *Caroli V. Art. 24.* vel *Ferd. I. Art. 23.* vel subsequentium Imperatorum illud neutiquam immutatum; cùm quod istæ de Principatu, Ducatu, Comitatu aliisque Feudis Regalibus tantùm conceptæ, & nihil de Electoratibus in specie in iis sit constitutum: Nec sub voce *Principatus* etiam *Electoratus* Churfürstenthum ibi comprehendatur, *Schütz. Colleg. J. P. Vol. I. Disp. 7. Th. 17. lit. b.* quia specialiter privilegiata sub generali Dispositione non comprehenduntur, *L.3. C. de Silentiar.* tùm etiam, quod illud probet ipsa Capitul. ratio, quæ in restauratione virium & accremento Bonorum Imperii consistit, uti luculenter innuunt verba: Sondern zu Erhaltung des Reichs/ Unser und Unserer Nachkommen der König und Käyser/ behalten/ einziehen und incorporiren/ ꝛc. quæ vel propterea ad Vacantia Feuda Electoratus minus ritè accommodabimus, quod horum Reinfeudatio nunquam omitti queat, suadente utilitate publicâ, ne videl. Electorum numerus, qui olim septenarius fuit, per Instrumentum Pacis verò Octonarius factus, & ante triennium ad Nonarium transiit, cum variis Imperii incommodis imminuatur, quod apertè fieret, si Electoratus bo-

Bonis Imperialibus adjicerentur, *Arum. ad* A. *B. Dis. 4. Th. 70.* licet in salutem Imperii numerus augeri possit, ut nostro tempore factum.

IV. At enim verò, quamvis hac ratione vetus Aureæ Bullæ in Reinfeudatione Electoratus vacantis potestas Imperatoribus adhuc sit relicta, exindè tamen ejusmodi Translatio ac Reinfeudatio à solorum eorum libero arbitrio minimè pendet, sed omninò & hìc Serenissimorum Electorum consilium atque consensus hodiè intervenire debet. Fateor quidem, neque Lege aliquâ expressâ in specie requiri, ut Electoratus Vacans consensu Electorum conferretur, neque etiam Capitulationibus quid in specie de isto consensu adhibendo contineri, quod mirum videtur, cum id ipsum, quod in Collatione Electoratus Palatini contigit, occasionem præbuisset, ut ad minimum Capitulationibus Ferd. *III.* & *IV.* nec non LEOPOLDI & noviss. JOSEPHI aliquid de Vacantibus Electoratibus consensu Dominorum Electorum conferendis inserendum fuisset, quod tamen hactenus nondum factum; nihilominus arg. *Art. 39. in fin. & cit. Art. 44. Capit. Leopold. & noviss. Joseph. Art. 43.* ex verbis: Und über solches alles / dasjenige Collegium, in welches Sie sollen aufgenommen werden / gnugsam gehöret/ ꝛc. hæc res omni dubio carebit. Quamvis enim hæc de Principatibus & Collegiis Imperii in genere disponant, neminem tamen dubitaturum facilè credo, magis id in Collegio Electorali, tanquam supremo, mereri fidem, und also der Käyser vielmehr obligirt / das Churfürstliche Collegium darüber zu vernehmen / wann ein neuer Churfürst in dasselbe gesetzet werden solle. Add. *Art. 11. Perpetuæ Capitul.* quæ Ao. 1664. in Comitiis ab Electoribus projecta & Principibus cæterisque Statibus Imperii tradita fuit, quam exhibet *Fritsch. in Addit. ad Limn. Lib. 1. c. 12.* ibi expressè: Daß die erledigten Churfürstenthümer der Käyser allein mit des Churfürstl. Collegii Wissen und Consens verleihen solle. Scio nonnullos Doctores dissentientes, inter quos etiam *Carpz. ad L. Reg. c. 7. Sect. 3. §. 27. Arumæ. ad* A. *B. Disc. 4. Th. 16. Diet. ad* A. *B. c. 7. p. 55.* itemque Adelreuter *in suis* Ao. *1644. contra Johan. Joachim. à* Rueßtorff *Vindic. Palat. edita Adsertione Electorat. Bav. c. 1. p. 1.* aliique, qui omnes Electoratum ad

ad Imperium devolutum solum Imperatorem, absque consensu Electorum, in alium transferri posse statuunt, per sæpius alleg. text. *A.B. Tit. VII. §. fin.* & quod Imperatori ex primævâ Feudorum naturâ illud competeret, per *C. unic. vers. callidis de prob. Feud. alien. per Frid. & 1. Feud. 24.* Verùm, horum argumentorum fidem suprà ex Capitulat. adductæ rationes & promissa generalia, nec non jus ipsum, itemque Praxis & Observantia labefactant, adeò, ut firmô hodiè stet talô, Electoratus vacantis Reinfeudationem, non nisi cum consensu & approbatione cæterorum Electorum, ab Imperatore fieri posse. Imò, si rem pensius examinemus, non obstat huic sententiæ *alleg. Text. Tit. VII. A.B.* ubi dicitur, *Imperatorem hoc in casu providere debere*: Nam Provisio hæc non tollit consensum Archi-Principum Electorum, quippè qui, ut propinquiora Cæsaris membra, *A.B. Tit. 2.* in partem solicitudinis & Consiliorum constituti, Imperatori adsistunt, *A. B. Tit. 5.* Nec adversatur, quod, ex Juris Feudalis præscripto, Feudum vacuum ad Dominum reverti debeat: Etenim, Cæsarem Imperii Feuda dominio directo non tenere, sed saltem administratorem esse constat. Hinc ad Imperium ea revertuntur, atque tali casu Imperator providere debet, ut per Imperii Ordines denuò eidem conferantur.

VII. Itaque, licet concedamus, illa Feuda ad Imperatorem redire, & ab eo conferenda esse, attamen nec sic absque Electorum consensu conferri possunt, quia Serenissimorum Electorum quam maximè interest, non tantùm, ne hujusmodi Electoratus vacans vel iniquè distrahatur, vel inidoneis concedatur; sed &, ne sibi insciis ac invitis Collega adjungatur. Et sanè, ad Corda Archi-Principum Electorum in sinceræ caritatis concordia conservanda, ad quod præcipuè Cæsaris meditatio dirigenda juxta *pr. C. 7. A. B.* satius utique, ut proprio consilio talem accipiant, quem non modò dignum hoc augusto Axiomate æstiment, sed etiam Amicitia & Fraternitate Collegiali amplecti sint parati. Et hanc sententiam etiam pluribus defendit *Limn. Tom. V. J.P. in addit. ad L. 1. c. 12. p. 347. seqq.* Nec aliter, quàm cum Electorum consensu & approbatione quoque Exspectantias in Electoratum

die Anwartschafft/ Lehens-Exspectantz, h. e. jus succedendi in eô conditionaliter, videl. in casum mortis, alicui concedi posse, rectè autumat Excell. Dn. Rhetius in *Comm. ad Jus Feud. Com. Lib. I. Tit. 3. §. 24.* Insuper varia succurrunt exempla & præjudicia variorum Imperatorum, qui in conferendis Feudis Electoratibus semper cæterorum Electorum arbitrio ac consensu solenniter usi sunt. Sic adducamus Concessionem Electoratus Saxoniæ, quæ anno 1422. post mortem Alberti III. ultimi ex Familiâ Ascaniâ Electoris Saxon:, Friderico I. Bellicoso Marchioni Misniæ, à Sigismundo Imperatore, mit wohlbedachtem Muht/ gutem Raht Seiner und des Reichs Geistl. und Weltlichen Churfürsten/ facta, Vid. *Hortleder.* Von Ursachen des Deutschen Krieges/ *Lib. 4. c. 8. §. 107. Dresser. in Chron. Saxon. de anno C. 1423.* Undè hodierni Electores & Duces Saxoniæ. De Reinfeudatione Electoratus Brandenburgensis, per mortem Jodoci Marchionis Moraviæ Imperio aperti, anno 1415. in Fridericum V. Burggravium Noribergensem & Comitem Hohenzollerensem (à quo moderni Sereniss. Electores nostri Brandenburgici) Vid. *Pencer. Lib. 5. Chron. in Sigismund. & Cernit. in actem è Familiâ Burggrav. Norimb. Elect. p. 17.* ubi quoque ejus investituram, anno 1417. d. 18. April. in Concilio Constantiensi cum unanimi consensu & approbatione Johannis Moguntinensis, Werneri Trevirensis, Dieterici Coloniensis Archi-Episcoporum: itemq; Palatini Ludovici, & Rudolphi Ducis Saxoniæ, als sämtlicher Churfürsten/ factam cernere licet. Nec minus idem observavit Car. V. Imperator in Reinfeudatione ac Translatione Electoratus Saxoniæ ad Mauritium Saxoniæ Ducem, uti inter alia patet ex literis Electoris Saxoniæ 1623. in Conventu Ratisb. exhibitis apud *Lundorp. Tom. 2. Act. Publ. lib. 6. Tract. 24.* ibi: Auch Churfürst Moritz von denen sämtlichen Churfürsten/ durch einen sonderbahren Consens, daß es alles mit Ihren guten Vorbewust und Approbation geschehen/ in das Collegium Elect. recipiret worden/. Add. *Hortleder. c. l. L. 3. c. 72. p. 582. seqq.* Hinc Translatio Electoratus ac Palatinarum ditionum ad Bavarum Ratisbonæ anno 1623. 25. Febr. facta Saxoni pariter ac Brandenburgico Archi-Principibus Electoribus non usquequaque visa est legitima, eò quod ista Ratisbonæ per modum

nu-

nudæ intimationis non verò consultationis fuerit proposita, ut videre est ex modò allegatis literis Saxonis, in verbis: Da die Churfürsten nicht befraget werden solten / wann ein Churfürst in das Churfürstl. Collegium gesetzet wird / wüßte Er nicht / worin die Churfürsten Würde bestünde / atque sic hoc tanti æstimavit Dn. Elector, ut pro maxima præeminentiæ Electoralis parte habuerit. Et Sereniss. Elector Brand. in votô suô sub eodem dato apud *Lundorp. c. l.* ita: Ihr Käys. Majest. vergebe kein Lehen / auch keine Städt / so sich erlediget / ohn Vorbewust der Churfürsten: Und wie viel mehr / da eine Churfürsten-Würde / und so vornehme Reichs-Lehen solten conferiret werden / wolte vonnöhten seyn / daß es mit Vorbewußt und Consens zu gienge. Quo referri quoque possunt ea, quæ per Legatos suos Saxoniæ Elector in Conventu Ratisbonensi A. 1626. exponi fecit apud *Lundorp. c. l. p. 1162.* ibi: Es wäre anfänglich diese Translation ohne Vorbewußt der Churfürsten geschehen / ohnangesehen / daß es eine unter den wichtigsten und grössesten Sachen des Reichs / darum die Churfürsten gefraget werden sollen.

IIX. Quemadmodum autem hæc omnia in Reinfeudatione vacantis Electoratus indubitatæ nunc veritatis sunt, pari quoque ratione in Constitutione ac Creatione novi alicujus Electoris, idque eò magis, sine ulla discrepanti opinione locum obtinent, adeò ut, si ex motivo boni publici Principi cuidam Imperii, decorando Imperio nato, Electorale Diadema sit deferendum, omninò inter alia & hoc potissimùm desideretur, ut Imperator ad Electorale Collegium ea de re referat, omniumque Sereniss. Electorum expetat suffragia. Et in hoc Sacratiss. Imperator lubenti quoque animo consentit, und hat darin keinen Anstand / id quod novissimum Sereniss. Dni. Electoris Brunsuicensis & Lüneburgensis Exemplum luculenter satis probat, dann der Käyser hat an alle und jede Churfürsten damahls geschrieben / darinnen Ihnen die Ursach und Intention, dem Hertzog zu Braunschweig-Lüneburg die Chur-Würde zu ertheilen / eröffnet / darüber Ihre Meinungen zu vernehmen / und ausser Zweifel gestellt / weiln Sie selbst vorhero diese Sache recommendiret / Sie werden auch concurriren / damit gedachter Hertzog zum völligen Genuß der Chur-Würde bald

gelangen möge / uti ex ipsis Imperatoris literis de dato Wien d. 27. Maji 1692. hæc prolixius patent. Num verò præter autoritatem & approbationem Dn. Electorum, reliquorum etiam Principum ac Statuum Imperii Consensus ac Consilium ad novum Electoratum invehendum requiratur, Controversia est, quæ jamdudum quidem nata, sed hodiè potissimùm causa novi Electoris Guelphici, non in umbris Scholarum, sed Aulis maximè mota fuit. Qui sub Principum vexillis militant, affirmativam stabilire satagunt imprimis per Art. IIX. §. Gaudeant. Instr. Pac. ubi cautum legitur, Ordines omnes toties gaudere jure suffragii, quoties agitur de Negocio Imperii, in verbis: *Gaudeant sine Contradictione jure suffragii in omnibus Deliberationibus super Negociis Imperii, præsertim ubi Leges ferendæ, vel interpretandæ, &c. vel alia Negocia Imperii peragenda fuerint; nihil horum aut quicquam simile fiat vel admittatur, nisi de Comitiali liberoq; omnium Imperii Statuum suffragio & consensu, &c.* Ergò, volunt concludere, gaudeant etiam si novus Electoratus in consultationem veniat, quia Negocium Imperii Augmentatio Collegii Electoralis videtur, à quô Electio Supremi Capitis Imperii dependet. Sed inter omnes istos casus, qui in modò allegato, ut & sequenti §. Instr. Pac. adducuntur, hic casus, videl. Imperatorem & Collegium Electorale de novo Membro adsciscendo, suffragia quoque Principum & Civitatum expetere teneri, non exprimitur, cum tamen Electionis Regis Rom. ac perpetuæ Capitulationis ibi mentio fiat. Ut adeò utique juris adhuc dubii, num Creatio novi Electoris sit inter Negocia Imperii referenda. Si enim non censetur Negocium Imperii, si Collega aliquis in Senatum Principum cooptetur, neque ille Actus accensendus est Negociis Imperii, si Princeps aliquis cooptetur in Senatum Electorum. Imò res Collegii Electoralis domestica potius videtur hoc Negocium, cum Electorum maximè intersit, si novus consurgit Electoratus, & sic ad eos imprimis pertinet dispicere, an adoptare novum Collegam sibi expediat, pro ratione omnium Collegiorum, penes quæ arbitrium est recipiendi in numerum ordinemque suum quos velint. Attamen posito, quod novi Electoris Constitutio publicum Imperii Negocium dici possit, non obstat; Neminem enim

enim fugit, Electores Imperii cum Imperatore de communibus etiam Negociis plus simplici vice decernere, eamque in rem ipsis Conventus Electorales habere permissum esse. Ut itaque fallat aliquando Conclusio, est Negocium Imperii, ergò de eo seorsim Electores deliberare nequeunt. Nam & sunt causæ nonnullæ, quæ etsi omnes Ordines & Status Imperii tangunt, per solos tamen Electores privativè expediuntur. Siquidem Instrumentum Pacis expressam Aureæ Bullæ Sanctionem non tollit, in cujus *Tit.12.* sancitum, daß die Churfürsten in Ihrem Collegio von Reichs-Sachen absonderlich tractiren und handeln mögen: Prout quoque Capitulationes Cæsareæ & Observantia abundè docent, Dominos Electores de arduis nonnullis & sæpè gravissimis Imperii Negociis solo cum Cæsare, aut vacante Imperio, inter se ipsos absque aliorum Principum & Statuum interventu consilia conferre atque decernere, qualia v.g. sunt Electio & Coronatio Cæsaris: Jus cudendæ Monetæ: Concessio privilegiorum novorum Vectigalium: Præconsultatio de Comitiorum habendorum Tempore, Loco & Causis: Banni Imperialis Processus, & quæ plura adhuc sunt alia, de quibus hactenus in præcedentibus, & mox in sequentibus Discursibus acturi sumus. Ut proindè suprà allegatus locus ex Instrumento Pacis aliter intelligi haud queat, quàm cum exceptione omnium eorum Negociorum, quæ Collegio Electorali privativè competunt, quò etiam novi Electoris Creatio meritò spectat. Et in universum Imperator Capitulatione promittit, se in omnibus magni momenti rebus ante alios Consilio Electorum usurum esse, Conf. *Capit. Leopold. Art. 39. Joseph. Art. 38.* ibi: Der Käyser solle und wolle in wichtigen Sachen / welche das Reich angehen / und von hohen Præjudiß sind / zuvor der Churfürsten / und alsdann nach Gelegenheit der Sachen / der Fürsten und Stände Rahts pflegen.

IX. Sed porrò ab iis, qui Principum causam sustinent, allegatur pro præjudicio, quod Ao. 1647. Osnabrugæ in Tractatibus Pacis actum: ubi videlicet Electoratus Octavus unanimi consensu Imperatoris Ferdinandi *III.* & omnium Ordinum, Und also nicht allein mit der Churfürsten / sondern auch mit aller Ständen

Einwilligung invectus fuit, *Instr. Pac. Art. IIX. verſ. Quod ad Domum Palatinam, &c.* Aſt accuratè Negocium hoc conſideratum nullo modo videtur eſſe præjudicium. Præterquam enim, quod ibi non de novo Membro ſivè Electore adſciſcendo, utpotè novâ Electoratus Collatione tunc temporis non opus erat, ſed de reſtituendo ac dividendo Electoratu, da die Chur-Pfaltz gleichſam getheilet / und aus einer zwo Curen gemacht werden ſolten / actum fuerit, id quod etiam glorioſiſſ. Imperator Ferd. III. contra tenorem Aureæ Bullæ declaravit, in cujus *Tit. 20.* Diviſio aut Extenſio Electoratuum expreſsè prohibetur, in verbis: Es ſollen aus Einem nicht mehrere Churfürſtenthümer gemacht werden / damit derſelben Splendor und Macht durch dergleichen Diviſion nicht gemindert / und ein Churfürſtl. Haus dem andern mit mehrern Votis nicht überlegen werde. Inſuper Octavus Electoratus ex eo tempore emerſit, quô fervebant Pacis Conſilia, atque ſic iſte ab Imperatore tunc non in Comitiis, ſed in Tractatibus Pacis, ut medium aliquod vel conditio Pacis propoſitus eſt, quâ de re ſtatuere utique omnium Statuum interfuit, cum indubitati ſit juris, abſque Conſenſu Ordinum Pacem Imperii ejusque Articulos conſcribi non poſſe. Propterea Imperator ad eos retulit, & hanc Pacis conditionem, ſicut aliàs hujus generis Propoſitiones Statibus Imperii, ſine diſtinctione Collegiorum ad deliberandum tradidit, ita tamen, daß darüber nicht erſt ein Reichs-Gutachten ſolte gefaſſet / oder eine Deliberation über die Quæſtio An? & Quomodo? gehalten werden / ſondern Ihre Käyſerl. Majeſt. eröffneten denen Deputirten Ständen Ihre Meinung / daß Sie das Mittel zur Beruhigung des Reichs durch Einführung des Achten Electorats für das Verträglichſt erachtete / als eine ſchon gefaſte Reſolution, und begehret gnädigſt / damit ſolches deſto eher ad Effectum möchte gebracht / und der hochverlangte Fried im Röm. Reich befodert werden / in ſolche Friedens-Condition ohne Weitläufftigkeit zu conſentiren. Jam verò ejusmodi factum, quod neceſſitas temporum & Pacis amor ſuaſerat, ad diſſimiles caſus, & ubi non de coaleſcentis Pacis mediis diſputatio inſtat, ſed cum fine alio, ex motivo nimirum boni publici, nempè, ut incolumitati Imperii & Splendori Collegii Electoralis conſuleretur,

Ele-

Electoratus novus invehendus, & opibus ac virtute inclytus Princeps Imperii, ob egregia in Rempublicam merita, aut spe & fiducia futurorum, Electorali Diademate decorandus est, nequaquam trahi debet.

X. Quæ cum ita sint, non video, quomodo probari queat, quod novi Electoris Constitutio sit tale Negocium Imperii, quod ad omnium Ordinum Imperii consultationem pertinet. Quid? quod Collegium Principum, si novum Collegam cooptare velit, nullo modo teneatur expetere Collegium Civitatum, wann ein neuer Fürst / Graf oder Herr in das Fürstl. Collegium kommen soll / darff das Reichsstädtische Collegium darüber nicht vernommen werden; Prout quoque non legimus, licet post Pacem Westphalicam multi à Ferd. III. Imperatore & nostrô LEOPOLDO è Comitivâ vel aliâ etiam minus grandi Dignitate ad Principatum evecti in Comitiis Ratisb. anno 1654. 1664. 1667. 1671. &c. jus Sessionis & Voti nacti fuerint, Civitates tamen Imperii unquam petiisse, ut ad se simul eâ de re referretur. Ergò etiam non opus est, si Collegium Electorale felici consilio novum Membrum velit adsciscere, ut Principum Consensus & Approbatio requiratur, aliàs Senatus Electorum, tanquam Summum Imperii Collegium, deterioris foret conditionis Senatu Principum, Collegio Imperii minori. Quibus adjungi potest, quod in suprà allegatâ perpetuâ Capitulat. Cæs. Art 11. positum: Daß die erledigten Churfürstenthümer der Käyser allein mit des Churfürstl. Collegii Consens, die Fürstenthum hergegen nicht nur mit des Fürstlichen / sondern auch des Churfürstl. Collegii Consens verleihen solle. Idque plerique Seculares Principes in suis tùm temporis congestis monitis ad hanc perpetuam Capitulationem alternis vicibus ita comprobarunt. Et nil refert, quod ibi de Translatione ac Reinfeudatione Vacantis Electoratus tantùm sermo sit; non verò de Creatione novi Electoris, ab isto enim casû ad hunc commmodè argumentari hìc licet. Denique; si usus & observantia Imperii spectetur, Exempla quoque non desunt, quæ satis arguant, ad Collationem novi Electoratus consensum omnium Statuum non requiri. Sanè, Maximilianus I. & Princeps Transsylvaniæ, cum novo Electoratui studerent,

apud

apud solos Dominos Electores, non apud Collegium Principum, neque Senatum Civitatum, Negocium hoc urserunt, ideò procul dubio, quod agnoscerent, consensum reliquorum Statuum videri superfluum. Et Imperator Carolus V. Mauritium in locum Johannis Friderici surrogaturus illum in Electorum Consessum, nemine Principe accersito, accedere jussit. Sed hæc omnia salvô rectius sentientium judiciô, & sine cujusque injuria. Quæ verò de Pontificis Confirmatione, ut Dignitas Electoralis ab Imperatore & Electoribus ritè collata intelligatur, dicuntur, mera commenta redolent; Consistit Dignitas Electoralis in merè secularibus, in quæ Pontifex non habet, quod se intromittat, sicuti in A.B. nulla ejus fit mentio, ubi Electorum Institutio in ordinem redacta est. Neque etiam Elector Bavariæ, nec novissimus Elector Hannoveranus hujusmodi Confirmatione opus se habere crediderunt.

DISCURSUS XI.

De

Alienatione & Oppignoratione Bonorum ac Provinciarum Imperii, irrequisitô Electorum Permissu & Voluntate ab Imperatore nunquam faciendâ.

I.

SErenissimi Electores in Republicâ nostrâ Germanicâ haud levi præ reliquis Principibus Eminentiâ sunt conspicui & ideò, quod Imperator absque eorum Consilio, Voluntate & Permissu non possit Bona Imperialia vel alienare vel obligare quocunque Titulo, neque Venditione, neque Donatione, neque in solutum Datione, neque Pignoris & Hypothecæ Constitutione, neque aliis modis; Prout de his pactum est in *Art.12. Capit. Leopold. & noviss. Joseph.* hisce verbis: Zu deme und insonderheit sollen und wollen Wir dem Röm. Reich und dessen Zugehörungen/ nicht allein ohne Wissen/ Willen und Zulassen gemeldter Churfürsten sämtlich/ nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/ versetzen/ noch in andere Wege veräussern.

II. Ut autem de sensu hujus Articuli, quô Electoralis ista Dignitas radicatur, eò facilius constare possit, munienda nobis est via hoc modo, ut consideremus, quidnam sine consilio & permissu Electorum Imperatori interdicatur quocunque Titulô alienare vel oppignorare: Nimirum Res seu Bona Imperialia. Illa

 verò

verò duplicis sunt generis, quædam enim sunt Patrimonialia, sivè in Patrimonio Principis, quæ à Romanis vocantur Res privatæ, privatum Ærarium, privatæ Largitiones, item Res Cæsaris; Videlicet omnes illæ res, quæ in privato Principis cujusvis Patrimonio sunt, non quatenus est Princeps seu Imperator, sed ut est FERDINANDUS, LEOPOLDUS, JOSEPHUS, & quæ vel à Majoribus per Hæreditates, Contractus, Jure Belli, vel aliis modis sibi acquisiverat, uno verbo, Domanium, uti hodiè vocatur, quod sunt Regna Patrimonialia, Feuda sivè Bona hæreditaria. Sic modernæ Imperialis Majestatis Domanium consistit in suis Provinciis Hæreditariis, in die Oesterreichische Erb-Länder / nimirum, Austria, Styria, Carinthia, Carniola, in Regno Bohemiæ, Moravia & Silesia, atque, ni fallor, in Regno Hungariæ. Quædam autem Res & Bona sunt Fisci, quæ Principi ac Cæsari ad tuendam Dignitatem & Majestatem Imperatoriam serviunt, nec minus ad potentiam necessariam, adque vim externam propulsandam; Romanis Res sacri Ærarii, Largitiones sacræ, Thesauri Majestatis Imperatoriæ, *L. 2. C. de Palat. Sacr. Larg.* *L. 1. C. de Quæst.* *L. 2. C. ut Dign. Ord. serv.* Et de hoc posteriori rerum genere, quod rectè Res Imperii, ut Galli, Rex Coronæ, dixeris, Articulus noster 12. Capitulat. Leopold. & noviss. Joseph. loquitur; cum ejusmodi Bona non jure proprietatis Imperator teneat: Sed ex voluntate populi delata velut usufructuario, atque administratoris jure. Qualia non possunt pro lubitu à Principe alienari. Contra naturam enim administrationis est, facere ne administrare possis. De priori autem rerum genere intelligi vix potest, quippè quod pleno proprietatis jure Imperatoris est, ideoque plenam & summam ipsius pro sua voluntate alienandi potestatem habet: Dann der Hertzog von Oesterreich Macht hat sein Land zu vergeben und zu verkauffen / wem Er will / woran Er durch das Reich nicht kan / noch soll verhindert werden. Nec ad rem facit, quod liberorum hominum non sit commercium. Nec enim alienatô Imperiô homines alienantur, sed jus imperandi, ut rectissimè *Grot. de J. B. lib. 1. c. 3. §. 12.*

III. Equi-

III. Equidem olim ante tempora Caroli V., quin licuerit Cæſari vel Regi Rom. pro arbitrio, nullô conſenſu Ordinum adhibitô, Res & Bona Imperii non patrimonialia quoque alienare vel oppignorare, nullum eſt dubium. Et ſanè Aquila Romana in tantum non eſſet deplumata, niſi liberiori poteſtate quàm hodiè circa Alienationem vel Oppignorationem Ditionum & Bonorum Imperii olim Cæſares gaviſi fuiſſent. *Conringius* quidem, rerum aliàs accuratiſſimus indagator, *in Tract. de Finibus Imp. Cap. 19. §. 8. p. 375.* jamdudum ante Carolum V. & potiſſimùm à Friderici II. Cæſaris ævo usque nihil ritè ſine Electorum ad minimum conſenſu, Imperatores alienare potuiſſe tradit: Cui tamen hac in re vix accedere poſſumus, eò quod plurimi inter ipſos fuerint, qui facto longè aliud conteſtati. Multas enim Provincias, multaque Jura accepto pretio eos vendidiſſe, vel Donatione, vel in ſolutum Datione, vel aliis modis prodegiſſe, probant tot Exempla, quæ ſuppeditat horum temporum Hiſtoria, Vid. *Strauch. Diſſ. de Oppign. Rer. Imp. Th. 25. ſeqq.* Et præ cæteris Carolus IV. maximam Bona Reipubl. alienando jacturam fecit Imperio, ita, ut Maximilianus I. Imperator ſæpius dixerit, Carolum *Diſſipatorem & Vitricum Imperii* fuiſſe, referente *Wahrem. ab Ehrenberg. de Regn. Subſid. c. 5. §. 42.* qui etiam Regnum Arelatenſe cum Delphinatu, ab Ottone *III.* Imperio Romano adjectum, unius prandii gratia, in Villâ novâ propè Avenionem Galliæ Regi tradidiſſe dicitur, ſi credimus *Lehmanno in Chron. Spir. L. 7. c. 40.* Nec minus ejus Filius *Wenceslaus* ingens Imperio damnum intulit, qui non tantùm Ducatum Mediolanenſem, aliasque Reipublicæ Germ. Provincias pro vili pretio vendidit, ſed & Pontifici Gregorio XII. urbem Tridentinam tradidit, inſuper Saliaco, Comiti Papiæ totam Lombardiam in feudum conceſſiſſe, & ſic utile Dominium Imperii alienaſſe, *Auctor. M. Chron. Belg.* teſtatur, welches eine Urſach mit geweſen / daß Er vom Reich iſt abgeſetzet worden / uti etiam in Sententia ejus Exauctorationis expreſsè hujus fit mentio, add. *Goldaſt. Tom. 1. Conſt. Imp. p. 379.* qui etiam *in Epiſtolâ Dedicatoriâ Conſtit. Imp.* de ejusmodi Bonorum Imperialium Alienatione ita ſcribit: Daß von Anbegin der Regierung Käyſers Rudolphi I. bis auf ſeine des Goldaſti

 Zeit /

Zeit / sich bey 200. und mehr Orden und Stände / von Ertz- und Bisch-thümen / Hertzogen- und Fürstenthümen / Marg- und Land-Graff-schafften/ rc. so dem Königlichem Stuhl zu Aachen unterworffen / dem Deutschen Reich einverleibet / mit Eyde und Lehens-Pflichten zugethan/ in der Matricul angeschlagen / auf die Reichs-Täge erfodert/ rc. von demselben Reich eximirt und entzogen / und weder ohne / noch durch Mittel mehr verwandt seyn; Et Catalogum eorum, quæ Pontifex ab Imperatoribus acquisivit, videre licet apud *Bodinum lib.1. de Republ. C.9. p.212.* Quæ procul dubio quoque fuit causa, quare Sueviæ Civitates, ut & quædam ex Rhenanis, se Privilegio de non oppignorando vel alienando munierint, quod Civitates cunctæ Imperiales in necessitatem Imperii servarentur, quâ emergente, oppignorari aliove modo distrahi invitæ ab Imperatore poterant, ut rectè scribit *Spreng. in Luc. Mod. Stat. p.228.* Quale Privilegium fuit Caroli IV. Civibus Francofurtensibus datum, ne videlicet liceat Urbem alienare vel oppignorare, daß Sie vor den Käyser und das Reich niemand pfandbahr seyn sollen um keinerley Sache / und daß der Käyser und das Reich / keine Pfand-Briefe über Sie geben/ oder die gegebene Krafft haben sollen / uti illud exhibet *Limnæ. L.7. Jur. Publ. C.16. §.14.*

IV. Sed cum res hæc fuerit valdè periculosa, quæque Imperio non mediocres dederit difficultates, Electores metuentes, ne forsan imposterum Imperatores, Caroli IV. aliorùmque vestigiis insistentes Bona Imperii vel alienent, vel alio quovis modo dissipent, è re fore arbitrati sunt, si hanc Cæsarum licentiam & potestatem hac in parte nonnihil coarctarent, & liberam Rerum Imperii rationem certô quasi frenô constringerent. Quod etiam factum per Capitulationem Caroli V., cui primitus insertum, ut imposterum Imperatori Bona ac Jura Imperialia irrequisito Electorum consensu & consilio quôcunque Titulô alienare vel obligare nunquam liceat, Vid. *Capit. Car. V. Art. 9.* idemque repetitur in *Capit. Ferd. I. Art. 8. Maxim. II. Art. 6. Rudolph. II. Art. 8. Matth. Art. 8. Ferd. II. Art. 8. Ferd. III. Art. 9. Ferd. IV. Art. 9. Leop. Art. 12. & noviss. Joseph. Art. 12.* in tantum, ut etiam ad Alienationem Rerum Imperii modicarum idem requiratur; Si enim minimarum

par-

particularum Venditio aut Donatio vel Obligatio Cæsari concederetur, eô ipsô eidem aperiretur aditus ad magnæ & totius partis Alienationes. Nec excludit consensum hunc Electoralem casus necessitatis, maximè propter generalitatem verborum alleg. Capit. casum necessitatis haud excipientem, quâ omninò meritò standum; Imminente siquidem necessitate eadem facilitate, quâ Bona Juraque Imperii solenniter distrahuntur, Electorum quoq; Consilia & Auxilia impetrare, cumque iis hac de re conferre licet. Nec refert denique, num Bonorum Imperii alienatio fiat in Imperii Subditum, seu in Extraneum: Quamvis horum distributio inter Principes & Status haud magnum afferat detrimentum, eò quod Bona taliter alienata Imperio non eximantur; ab extero contrà potente Rege vel Principe difficilior eòrum sit recuperatio. Et hac in re certè Capitulationes Cæsareæ gravissimâ nituntur ratione: Non enim Imperium in marsupio Imperatoris est, ut Ditiones & Bona ejus pecuniæ instar pro lubitu per fenestram ejaculari ei liceat, sed est omninò res maximi momenti, in qua Interesse non solius Cæsaris, sed totius Imperii corporis vertitur.

V. Exindè Juris Publ. Doctores certas quasdam causas ostendunt ad Alienationem sivè Oppignorationem Rerum Imperii habiles, quarum præcipuæ: *Honestas*, si propter egregiam Reipubl. navatam operam remuneratio fortasse facienda sit: *Utilitas*, ob quam Permutationem & Venditionem licitam esse, ratio suadet: Et *Necessitas*, cui nulla Lex data est. Harum intuitu, sivè separatim, sivè conjunctim adsint, Bona Imperii alienari rectè poterunt, & causam dare possunt, ut Electores in ejusmodi Alienationem consentiant, & pro re nata consentire cogantur; sicuti Gubernator navis, ut naufragium evitet, jactu id redimit, *t. t. ad L. Rhod.* &, ut vitam conservet æger, manum, brachium, pedem sibi avelli non recusat, & trunco corpore gaudet. In Hypothesi Exemplum est per omnia considerari dignum in Cessione, Regno Liligero imprimis & Coronæ Suecicæ factâ, quibus videlicet anno hujus seculi 48. in casum necessitatis, & utilitate publica exigente (cum aliter diu desiderata pax reduci

non posset) variæ ditiones & jura Statuum Imperii à Cæsare in compensationem sumtuum & bellicam satisfactionem fuerunt delatæ, de quibus prolixè *Instrum. Pac. Suec. Art. 10—13. Instr. Cæs. Gall. §. 79. 80.*

VI. Requiritur autem omnium Electorum (excepto Bohemo, qui in ejusmodi Negociis non attenditur) consensus unanimis, si Alienatio justa esse debeat. *Sprengerus* tamen *L. 1. C. 6.* & cum ipso *Schweder. in Introduct. Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 1. C. 23. §. 3.* majoris Collegii Electoralis partis adsensum sufficere putant; Sed si hoc, additum fuisset dict. Art. Capitul. Mit Wissen und Willen der Churfürsten sämtlichen / **oder den Mehrentheils aus Ihnen**/ ut in *Art. 7. Capit. Car. V.* factum, & sicuti de Electorum consensu circa Comitia in *Art. 7. Capit. Ferd. III.* ita legimus; Verùm posteriora verba hic non reperiuntur. Consensu itaque Electorum & quidem unanimi deficiente, hodiè Rerum & Bonorum Imperii non tantùm Donatio & Venditio & Alienatio pura, sed etiam conditionata, item Pignoris & Hypothecæ datio nulla censetur, *arg. L. fin. C. de Reb. alien. non al. C. Imperialem 2. F. 55. C. 2. X. de reb. Eccl. non alien.* licet enim hæ ab initiò veræ Alienationes non sint, indè tamen eæ sequi solent, *Grot. de J. B. P. Lib. 2. C. 6. §. 9.* si scilicet debitum non solvatur, res Hypothecæ subjecta non luatur, adeoque distrahatur juxta *L. 4. ff. de Pign. Action.*

VII. Sed quid & hic dicendum de reliquis Inferioribus Imperii Principibus, num, præter Consensum Dominorum Electorum, ad hoc Negocium & eorum quoque consensus & consilium accedere debeat? Et videtur non sine magnâ ratione posse dici, illud nuspiam ita definitum esse, ut aliâ potius quàm Capitulationum Imperatoriarum Autoritate standum sit. Limnæo quidem omnigenæ eruditionis viro ad *Capit. Car. V. Art. 9. §. 5. & 7. verb.* **verschreiben/ verpfänden/ 2c.** *& ad Capit. Leop. Tom. V. J. P. p. 246.* placet, quod utique in exercitio hujus Negocii suæ etiam partes sint reliquis Imperii Ordinibus, atque sic, si quæ fiat Imperii bonis detractio, ad omnium judicium pertineat. At enim verò, quæ ad hanc suam opinionem stabiliendam affert ex generali politicâ, verosimilibus & conjecturis efficta, vix sufficiunt: in

in ſpecie, inquam, probandum id erat de Alienatione & Oppignoratione Rerum Imperii particularium, quod tamen non præſtitit. Ponit quidem, quod exteri Reges & Principes, ſi in eos fiat alienatio, ſibi ſatis cautum non putarint, niſi omnium Procerum conſenſus & probatio acceſſerit. Sed, pace tanti viri, dixerim, hæc ratio nimis debilis eſſe videtur; Non enim, quæ majoris cautionis & prudentiæ ſunt, ideò neceſſaria abſolutè ſunt. Deindè reperiuntur alii, qui arg. *Art. IIX. Inſtr. Pac. Cæſar. Suec. verſ. Habeantur*, generalibus verbis, SIMILIUM NEGOCIORUM, affirmativam quæſtionis propoſitæ ſtabilire ſatagunt: Rectius tamen Patroni contrariæ ſententiæ adſerunt, quod non ſit veroſimile, Imperium, cum minora Negocia expreſsè nominarit, hoc maximum Negocium iſtis generalibus verbis determinaſſe. Præ cæteris autem partem affirmativam ſuadere videtur, & pro præjudicio etiam allegari ſolet ab iis, qui ſub Principum vexillis militant, quod videlicet in Conventu Monaſter. & Oſnabrugenſi, cum de alienandis quibusdam inter Cæſarem & Gallum Suecunque fuerit actum, delatum illud Negocium ſit ad Conventum Publicum, definitumque conſenſu non Electorum tantùm, ſed omnium Ordinum, *Inſtr. Pac. Gall. §. 79. 80.* Verùm agitatum & hoc eô temporis tractu, quô fervebant pacis Conſilia, atq; ita Negocium iſtud tunc non in Comitiis, ſed in Tractatibus Pacis, ubi Ordines non per modum Comitiorum, ſed ut Partes paciſcentes comparuerunt, tanquam medium aliquod publicæ tranquillitatis propoſitum fuit; Jam verò pax Imperii ſine conſenſu & conſultatione omnium Procerum tangi non poteſt. Exindè ejusmodi res ad diſſimiles caſus nullo modo trahi debet. Quid? quod Principes & Status Imperii ipſi conſenſus ſui requiſitionem *in monitis ad Capit. Leopold. Art. 9.* urſerint: ſed fruſtraneo hactenus conatu. Quare Capitulationum verba, quæ nullâ aliorum Statuum factâ mentione ſolorum Archi-Principum Electorum judicium & approbationem in vim ſingularis Præeminentiæ, poſtulant, tamdiu, prout jacent, intelligenda, donec contrarium liquidò probetur.

DISCUR-

DISCURSUS XII.

De

Potestate Electorum acquirendi Bona & Feuda Imperialia absque consensu Imperatoris.

I.

AD Præeminentias Electorales non immeritò quoque refertur, quod Archi-principibus Electoribus ex speciali Cæsaris gratia in *A. B. Tit. 10. in fin.* concessum, ut citra Domini, puta Imperatoris, consensum, à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus & personis aliis, quascunque Terras, Castra, Possessiones, Prædia sivè Bona emere, vel in Dominium ex quacunque causa, aut in obligationem recipere queant, sub talium terrarum, castrorum, possessionum, prædiorum, seu bonorum conditione & qualitate consueta, ut videl. propria recipiantur vel comparentur ut propria, libera velut libera, & ea, quæ dependent in Feudum, similiter emantur in Feudum, seu comparata taliter teneantur, indeque consueta jura Imperio exhibeantur.

II. De jure communi feudali aliàs bona feudalia à Vasallo vendi, vel ab alio emi, aut in obligationem recipi absque consensu Domini Feudistici non possunt, *2. Feud. Tit. 24. 52. & 55.* Si verò ita fuerint alienata, sine ulla pretii refusione ab emtore ista revocari posse, iidem textus volunt. In Marchiâ nostrâ Brandenburgensi Feuda sine consensu Dn. Electoris à Vasallo vendita, vel

vel quocunque modo alienata Electori cedunt, *Köpp. Quæst. 54. passim per tot. Scheplitz. Consuet. March. P. 1. Tit. 8. §. 3. 4. N. 1. 2.* Nec sufficit, consensum petere, sed necesse est, ut impetretur: Tacitum tamen Domini consensum in Alienatione vel Oppignoratione Feudi sufficere, crebriorem esse opinionem attestantur *Frid. Pruckman. Cons. 15. §. 43. lib. 1. Qu. 1. & Andr. Fachin. Controv. Lib. 7. C. 8. vers. sed contraria.* Hinc, cum in Republicâ Germanicâ Status & Ordines Imperii territoria sua plerumque titulo feudali habeant, ac eo nomine Cæsari pariter & Imperio teneantur, sine consensu quoque ipsius Cæsaris nec alienari, nec oppignorari, & consequenter nec ab iis vendi, vel emi ab aliis possunt, non magis, quàm Vasalli ex juris feudalis præscriptô sine consensu Domini Feuda in alium transferre nequeunt: In tantum, ut consensus Imperatoris ne quidem omittendus sit, licet alienatio non fiat abdicativè, sed Dominium supremum penes Cæsarem & Imperium remaneat. Quæcunque autem alienationes Feudorum Imperialium, quocunque nomine fiant, Imperatoriis confirmationibus & consensu non muniuntur, invalidæ sunt: & si qua eorum fit oppignoratio, jus reluendi locum habet, ut dispositum *in Instr. Pac. Art. 5. §. 9. sub fin.*

III. Verùm, hujusmodi Juris feudalis Regulis & Consuetudinibus derogatum est suprà allegatô Privilegiô, in Constitutione Carolinâ, ex singulari Cæsaris gratia, Dnis. Electoribus concessô, vigore cujus nimirum ipsis permissum, Bona & Feuda Imperii à Principibus & Statibus, citra Imperatoris consensum, emere vel quocunque titulo comparare, dummodo in Feuda ea tenere velint, & salvis de cætero juribus Imperii. Nam textum Aureæ Bullæ non tàm de Allodialibus, quàm Feudalibus potius loqui, cuilibet satis manifestum est. Territoria enim, quæ nullô Titulô feudali à quibusdam Statibus & immediatis Membris Imperii possidentur, ex naturâ allodiali liberè alienantur, *arg. A. 39. Capit. Leop. & A. 38. Capit. Joseph. verb.* So von dem Lehenthum kein *Dependentz* haben; Modò non in dispendium Imperii alienantur in Extraneos, quod nec fieri posse rationi conveniens est: ne aliàs licentia ipsis daretur, Imperium periculo exponendi,

adeoque ſe eminenti dominio eximendi, qui Imperii incrementis invigilare deberent. Undè, ſi Dn. Electores hujusmodi territoria, quæ ut Allodium habent, emant, Jure communi, ex quô Bona non feudalia, quæ in commercio ſunt, emere & comparare iis licet, res peragitur, nec ulla ſpeciali Imperatoris gratiâ hîc opus erit: Cui enim bono ſpecialis gratia vel privilegium, ubi jure communi utimur, *arg. L. unic. C. de Theſaurô lib. 10.* Itaque hæc licentia, ſpeciali privilegio à Carolo Imperatore in Aureâ Bullâ cit. loc. Electoribus conceſſa, imprimis Bona, quæ Feudi jure maximè in Imperio poſſidentur, concernit: Id quod hac ratione utique libertatis ac potentiæ incrementum quoddam ſpirat ac ſapit. Neque autem iſtud iniquum quis autumet. Nam, ſi Conſuetudine, *Schrad. P. 8. de Feud. c. 2. §. 54.* vel Statuto, *Schrad. c. l. §. 55.* vel Privilegio quodam introduci poteſt, ut feuda citra Domini conſenſum alienare & comparare liceat: Quemadmodum Domui Auſtriacæ ſpeciali privilegio conceſſum eſt, ut pro re nata ultimus poſſeſſor ſine conſenſu Cæſaris integram ditionem, in quemcunque velit, transferre poſſit, quod tetigit *Monzambano de Stat. Imp. Germ. c. 2.*; quantò magis expreſsâ Imperatoris omniumque Ordinum Imperii conſenſu & auctoritate latâ Conſtitutione, quæ hodiè pragmatica Sanctio & Lex Imperii fundamentalis exiſtit, quibusdam, & quidem Eminentiſſ. Archi-Principibus Electoribus, qui Cæſareæ Sublimitati in partem ſollicitudinis conſtituti, *Tit. fin. A. B. §. 1.* indulgeri poterit, ut illi à quibuscunque Imperii Statibus absque confirmatione & conſenſu Domini, puta Imperatoris, Bona ac Feuda imperialia comparare queant?

IV. Anſam verò ſingulari huic Sereniſſimorum Electorum Privilegio *Buxtorff. ad A. B. Cap. 10. Concl. 93.* autumat dediſſe id, quod Rudolphus I. Imperator Primislao Ottogaro *III.* Regi Bohemiæ, in quô Rudolphus gravem æmulum habuit, Carinthiam, Carniolam & Styriam (quas Ottogarus ab Ulrico, ultimo Carinthiorum Duce, titulo Emtionis ſine conſenſu Cæſaris conſecutus erat) ob defectum hujus Privilegii, & rationem communis juris feudalis, (quo videlicet Bohemo non licuerit iſta Imperii Feuda absque conſenſu Domini, puta Imperatoris, acquirere) rurſum eri-

eripuit. Quam ob causam etiam Ottogarus bellum annunciavit Rudolpho, ac prælium in Austriâ commissum; cæsis Bohemorum 14000. & ipse Ottogarus ad mortem vulneratus paulò post obiit Anno 1278. Vid. *Æn. Sylv. Hist. Bohem. c.27.* Atque ita Ottogaro has provincias cum vitâ ademit Rudolphus. Carolus igitur IV. Imperator Bohemiæ suæ plurimùm favens, eique illustrandæ admodum intentus, in dem derselbe jederzeit mehr Böhmisch als Reichisch gewesen / hac Constitutione providere voluisse videtur, ne Bohemis Feuda absque consensu Imperatoris emta hac ratione amplius aufferri queant: Cumque fortasse timeret, reliquos Archi-Principes Electores huic speciali Gratiæ difficile adsensum præbituros, idem illis privilegium indulsit.

V. Num autem hæc Carolina Dispositio ad alia, quàm Imperii Feuda, immediatè ab Imperio dependentia, extendi possit, in ambiguo versatur. Attamen, ut istam ob verbum *Sacro Imperio, in fin. dict. Tit. 10. A. B.* & vulgarem aliàs regulam: *Beneficia contra jus commune & tertii non interpretanda, L. 40. ff. de Minor. Tutor. & L. 22. C. de Testam.* ad Feuda tantùm Imperialia & majora, dependentia ab Imperio immediatè, non verò ad alia ab inferiori Domino dependentia cum *Buxtorff. c. l.* restringamus, vix ac ne vix quidem patiuntur verba generalia: *Personis aliis, quibuscunq;,* item, *quascunq;, dict. Tit. 10.* Pari ratione cum mica salis accipiendum puto, quod idem *Buxtorff. c. l.* contendit, quod proximi agnati Feudum hoc modo in aliquem Electorum alienatum, post mortem alienantis, non obstante hoc textu, revocare possint: procedit hoc, inquam, si citra consensum Agnatorum Alienatio facta sit.

 DISCUR-

DISCURSUS XIII.

De

Archi-Principum Electorum Immunitate ab exsolutione Laudemii sivè Taxæ pro Investituris Feudorum suorum Electoralium, confirmandisque Privilegiis.

I.

PRærogativis, quibus Serenissimi Electores præ aliis Germaniæ Principibus gaudent, non minima etiam hæc adscribitur, quod ab iis invitis nil quicquam, vel pro Confirmationibus suorum Privilegiorum, vel, quod maximum, pro Investituris numeretur, sivè Officiariis Imperii, sivè ejus Cancellariæ, quotiescunque videlicet tàm Electoratum, quàm reliliqua sua Feuda & Regalia ab Imperatore vel Rege Roman. recipiunt & cognoscunt, daß Sie vor die Empfängniß Ihrer Reichs-Lehn und *Regal*ien dem Käyserl. Lehn-Hofe die sonst gewöhnliche Lehen-Tara und *Regalien* nicht bezahlen dörffen. Quod singulare Privilegium Electoribus tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus concessum in A. *B. Tit. 29.* in verbis: Wann die Churfürsten Ihre Lehen und Regalien von dem Käyser oder Könige empfangen/ daß Sie derowegen etwas zu geben und zu zahlen nicht schuldig und verbunden seyn sollen.

II. Hæc

II. Hæc insignis Electoralis Præeminentia ut in sublimi magis sit conspicua, operæ pretium fortè fuerit, breviter huic Discursui adjicere, quid sit Feudorum Imperii Regalium Investitura, in quibus ista consistat, & quibus ritibus peragatur. Sic novimus, quod in genere Feudum sine investiturâ nullo modo constitui possit, etiamsi Domino jubente non nemo alicujus rei nomine Feudi possessionem nanciscatur & obtineat, *Vultej. de Feud. L. 1. c. 9. §. 4.* Investitura autem ista, germanicè Belehnung/ Lehens-Empfahung / quâ scil. quis solennibus ceremoniis introducitur in Feudum, fit tàm de Feudo Novo, quàm Veteri: Undè illa Nova, hæc autem Vetus seu Renovatio Investituræ appellari consuevit, *2. Feud. Tit. 32.* Nova Investitura est ea, per quam primùm Feudum aliquod acquiritur, *d. Tit. 32. vers. novam &c.* Investituræ Renovatio verò nihil aliud est, quam Feudi jam constituti & accepti Recognitio, quâ id agitur, ut Feudum in personâ petentis confirmetur & quasi redintegretur. Hic namque Principalis ejus est effectus, quod videl. eâ ipsâ jus Vasalligium corroboretur, & Vasallus & possessionis & juris sui, quod habet, plenissimam assecurationem accipiat. Nihil enim novi juris hæc addit, sed id, quod invenit, confirmat: Undè perhibent, renovari debere Feudum per Investituram sub eadem formâ & pacto, quo prima Investitura facta fuit, *Bartol. in L. quod dicitur 9. ff. de Impens. in rem. dot. fact.* Et hujusmodi Investituræ Renovationem, quæ à solo Imperatore fit, in Republicâ nostrâ Germanica requirunt omnia Feuda immediata, sivè sint Feuda Regalia, eaque vel Secularia, ut Electoratus, Ducatus, Comitatus &c. vel Ecclesiastica, ut Archi-Episcopatus, Episcopatus, Abbatiæ &c. sivè non Regalia, quæ minora vocantur, *arg. Tit. 5.* A. *B.* Equidem, licet in Imperio Romano ipsâ Successione acquiri Feudum Imperiale nonnulli dicant, nihilominus tamen petitio Investituræ necessaria est, non quidem realis & solennis, sed renovativæ & confirmativæ; tùm, ut signum hoc reverentiæ primùm exhibeatur Domino, eoque Vasallus quasi fateatur, se Feudum potius beneficio Domini & primi acquirentis, quàm Successione habere: Cùm etiam, ne longinquitate temporis, aut ignorantiâ Vasalli Domino

jus ſuum, quod ipſi competit, intervertatur; Imò, quod juramentum à defuncto præſtitum, tanquam perſonale cum ipſo exſpiret, atque adeò de novo à Succeſſore præſtandum ſit. Et licet Vaſallus juraſſet pro ſe & Succeſſoribus, nihilominus ejus Succeſſores Renovationem petere, & juramentum fidelitatis præſtare tenentur, *Vultej. C. 7. de Feud. lib. 1. §. 88.* Exindè quoque Imperator in Capitulat. Cæſ. obſtringitur ad Conceſſionem Inveſtiturarum de Feudis earumque Renovationem, Vid. *Capit. Leop. Art. 31. & noviſſ. Joſeph. Art. 30.* ita, ut hæredi feudali legitimo, ſub pœnâ privationis Dominii directi, iſtam concedere teneatur, licet Ferd. *II.* ejectis Megapolitanis Ducibus, in Wallenſteinio, præterito proximo hærede Electore Brandenburgico, contrarium obſervarit.

III. Petunt autem regulariter Imperii Principes & Status hanc Inveſtituræ Renovationem, quando vel Imperatore mortuô alius ejusdem in loco ſuffectus; Aut quando perſona Vaſalli, qui Feudum habuit, mutata, ſo offt ſich ein Fall begiebt / ſcilicet, quandocunque vel novus Dominus, vel novus Vaſallus conſtituitur, *C. 1. in. pr. 1. F. 22. Struv. Syntag. Jur. Feud. Cap. 10. Aph. 1. ſeqq.* Et quidem primùm intra terminum à Legibus præſcriptum, h. e. hodiè æque uti de jure communi intra annum & diem, innerhalb Jahr und Tag / *per text. in C. 1. quæ fuit princ. cauſa ten. & amitt. 2. F. Tit. 24.* quod diei ſpacium non naturaliter, ſed civiliter, i. e. cum menſis adjectione intelligendum eſſe per *alleg. 1. F. 22.* cenſet *Heig. 1. Qu. 16. §. 20.* Idque pari modo in Feudis Regalibus tàm Secularibus quàm Eccleſiaſticis: Ita tamen, ut in illis terminus iſte à die Vacantiæ, ſivè à tempore ſcientiæ currat, *C. un. pr. Feud. 24.* in his verò à die Electionis vel Poſtulationis tempus computetur, ſecundum *§. 21. Art. V. Inſtr. Pac. verb. intra annum à die Electionis vel Poſtulationis, &c.* Quem præfinitum terminum ſi Vaſallus negligat, Feudo cadit, illudque Imperatori & Imperio aperitur, negligentia tamen ejus Agnatis in formulâ Inveſtituræ comprehenſis non nocet, ac ipſe quoque juſta aliqua cauſa, puta propter abſentiam, aut ignorantiam, minorennitatem, inimicitias, peſtem, imò etiam propter bellum, *arg. Art. 4. verſ. & quæ alia Feuda Inſtr. Pac.* add. *Carpz. Part. 1. Conſt. 45. def. 18. ſeqq.* excuſatur, & celeri ſatis-

ſatisfactione prætereà moram purgare poteſt, juxta *Mylerum de Stat. Imp. Cap. 91. §. 14. Struv. Syntag. J. Feud. C. 10. §. 9. circa fin.* Quamvis hodiè in Praxi receptum experientia evincat, quod non rarò ad Principum inſtantiam & implorationem, quandoque etiam ſolius Imperatoris nutu terminus iſte prorogetur & uberior indulgeatur, cujus Conceſſio vocatur *Indultum*, quod ab arbitrio Cæſaris dependet, an & in quantum illud permittere velit. Sed quoad Novi Feudi Inveſtituræ tempus, quemadmodum de jure feudali communi, *2. F. 24. §. 1.* ita uſu juris publici, intuitu Feudorum Regalium ab arbitrio Conferentis illud dependet: Adeoque Vaſallus exſpectare debet, donec à Domino ad eam accipiendam vocetur, & quidem tribus vicibus.

IV. Deindè tenentur etiam Status Imperii Vaſalli Inveſtituræ Renovationem petere congruo loco: Nimirum, Jure Communi feudali in Curiâ Domini, ac moribus Imperii antiquis frequentius in Comitiis ſivè ſolennibus Curiis Feudorum Regalium Inveſtituræ aut earundem Renovationes fieri conſueverunt, *Tit. 29. A. B.* Aſt hodiè, poſtquam Comitia rarius haberi cœperunt, ſi Inveſtituras nonnullas novorum Feudorum exceperis, eæ ut plurimùm in Aulâ fiunt Imperatoriâ: Niſi Imperator per Privilegium alicui remiſerit, ut ratione loci commoditatem in petendâ Inveſtiturâ habeat; ſicuti Duces Auſtriæ ſingulari quodam privilegio extra metas Auſtriæ Feuda requirere non tenentur, ut teſtis eſt *Limn. J. P. lib. 5. Cap. 2. §. 30. & Limn. Enucl. lib. 3. c. 20. §. 13.* quod commune habent cum Rege Boh., utpotè qui ultra decimum quintum milliare germanicum extra Regnum Inveſtituram petere adſtrictus non eſt, *Goldaſt. de Regn. Bohem. lib. 3. Cap. 3. §. 4. p. 390.* Et quidem Feuda ſi majora ſint, Electoratuum, Ducatuum aut Principatuum, ex obſervantiâ Imperator ipſemet inveſtituræ Actum peragit, idque modernâ ætate non amplius in Comitiis, in Theatro ſub dio exſtructo, uti olim, ſed in conclavi illo, quod vocant die Ritterſtube ſivè Anti-Cameram Secundam, quæ immediatè Conclavi Cæſar. Majeſt. conjuncta, ubi Cæſar in Thronô elevatiore ſedens recto Capite conſpicitur & nemo ingreſſu prohibetur. Si verò Comitatus non Principales, ſo nicht gefürſtete

Graff-

Graffschafften / & Baroniæ, Consilium Aulicum sivè Consiliarii Imperii, die Reichs-Hof-Rähte Investituram concedunt, uti se id aliquoties in Aulâ Cæsareâ observasse notat, *Reinck. ac R. S. E. L. 1. cl. 4. C. 16. §. 29. Warem. ac Ehrenb. 2. de Fœd. Chp. 5. §. 164.*

V. Quin nec Principes ac Status Imperii Feudi Recognitionem petentes ipsimet semper comparere tenentur, sed & per Procuratorem istam impetrare possunt, nisi fortasse Imperator ob sonticas causas ipsius Vasalli præsentiam requirat, *Rosenthal. de Feud. C. 16. Concl. 37. §. 5.* quod fieri solet quam maximè, cum novum Feudum alicui confertur, ita tamen, ut ab Imperatore comparendi necessitas remitti possit. Aliàs hodiè communiter per Legatos suos, quibus speciale mandatum dandum est ad jurandum in animam ipsorum Principalium, Investituram semper accipere solent, observatis iisdem solennibus in Legatis, quæ & ipsis Principalibus adhibentur, nisi quod Electores & Principes, si ipsi personaliter investiuntur, adsistentes habeant Principes, qui illos comitantur, & Symbola Majestatis, Corona, Sceptrum, Pomum cum aliquot Heraldis, aliàs Ensis tantùm, cum per Legatos Investitura petitur, conspiciuntur, uti hoc omne Praxis manifestum reddit. Quâ in re politicum arcanum deprehendere est, ne videlicet Proceres ipsimet, qui Status Reipublicæ sivè Jurium Majestatis Imperii sunt participes, sese adeò humiliare & in genua projicere teneantur, quod generosa Ordinum Imperii pectora haud leviter afficere posset. Undè etiam Carolus V. inductus Archi-Ducibus Austriæ concessisse creditur, ut tecto Capite, equo insidentes, Investituram accipere queant, *Münster. in Cosmograph. lib. 3. Cap. 399. in Privileg. Archi-Duc. Austriac.* Etenim, sivè Principes ipsi, sivè per Legatos compareant, in utroque genu ante Cæsarem procumbere, & tacto SS. Evangelio fidelitatem & subjectionem jurare eos oportet: Cujus juramenti formula habetur apud *Limn. J. P. lib. 4. C. 7. p. 430, & Carpz. Disp. Feud. 6. Th. 30.* ejusque Copia ab investiendis ex Cancellariâ liberè peti potest, antequam juretur. Ubi hoc unicum tamen notandum, aliquando Augustanæ Confessioni addictos noluisse illud jurare, so wahr mir GOtt helffe / und das H. Evangelium (NB. das H. Evangelium / nicht alle Heiligen) sed solùm, so wahr mir GOtt helffe. VI. Non

VI. Non autem amplius conferuntur Feuda Regalia traditione Vexillorum, in welchen die Insignia des Investiendi Fürstenthümer und Herrschafften / mit welchen Er belehnt zu werden verlangte / gemahlet waren / dergestalt / daß / nachdem derselbe den Käys. Thron ein oder mehrmahl mit solchen Fahnen berennen lassen / und darauf das Lehen mit gewöhnlichen Ceremonien empfangen / nach demjenigen Actu, in welchem dem Vasallo der Hefft-Knopf des Schwerdts zu küssen gegeben wird / sothane Fahnen erstlich dem Käyser / von denjenigen / welche Sie in Nahmen des Investiendi getragen / dargereicht / von dem Käyser aber hernach dem Vasallo zur Bedeutung / daß Ihm hierdurch die Lande und Herrschafften / deren Insignia darin stunden / conferiret würden / solche von unten her zu fassen / in die Hand gegeben / und endlich alten Gebrauch nach / nach solcher Verrichtung / unter das Volck ausgeworffen worden / uti apparet ex Descriptionibus quarundam Investiturarum apud *Goldast. Polit. Imp. P. IV. Cap. 3. 4. 5. p. 363. 364. seqq.* qui mos remansit usque ad tempora Car. V., à quô Mauritius Elector Saxoniæ Anno 1530. in Comitiis Augustanis eo modo & quidem publicè coram omni populo investiebatur, prout notat *Sleidan. lib. 20. de Stat. Relig.* Hodiè verò hic mos investiendi exolevit in Germaniâ, & remissis Vexillorum pariter ac Sceptri solennibus in horum locum successit Gladius, (majoris fortasse splendoris gratia, cum aliàs ex effato *Otton. Frising. de Reb. gest. Friderici lib. 2. Cap. 5.* sola Regna per gladium tradita fuerint) qui Principi vel absentis Legato Feudum recognoscenti, post præstitum fidelitatis vasallliticæ juramentum, Reichs-Lehen-Eyd / genu procumbenti à Mareschallo Aulæ porrigi solet, cujus capulum is apprehendens eum deosculatur. Sic Maximiliani Bavariæ Ducis Investitura absque Vexillis peracta est, & Elector non nisi gladii Imperialis ei à Cæsare porrecti Capulam osculatus, & pallio mitraque Electorali ornatus fuit, apud *Lundorp. Act. Publ. Lib. 6. C. 159. p. 1063.* Eodemque modo nuperrimè Sereniss. Electorem Brunsuico-Lüneburgensem per Legatos suos Investituram accepisse novimus. Et denotatur hujusmodi Gladii osculo ab una parte emolumentum Vasalli: Et ab alterâ parte Vasalli onus, quasi hac ipsa Exosculatione Jurisdictionem Cæsaream, quam Gladius exprimit,

reverenter agnoſcat. Hac autem ratione per Compendium tàm Renovationes Feudorum Regalium Secularium quàm Eccleſiaſticorum fiunt, ut uſus docet. Sicque Electorem Moguntinum Ao. 1654. etiam Gladio inveſtitum refert *Limn. Tom. 2. Addit. ad Lib. 4. Cap. 7. §. 247.* quem tamen Conum gladii non deoſculatum fuiſſe, ſed in manum tantùm gladium ſuſcepiſſe ex relatione ſibi facta meminit ibidem, undè varietas in hiſce Inveſtituræ ceremoniis notatur. Attamen, cum res hæc meræ ſit facultatis, & in arbitrio Imperatoris, potentia Vexilla nimirum in Inveſtituris adhibendi ſemper ſalva manet, licet hodiè non deducatur in actum. Imò ſunt nonnulli J. P. Doctores, qui in eâ verſantur opinione, quod exiſtiment, Inveſtituras novorum Feudorum Regalium Secularium adhuc per Vexillum, & Eccleſiaſticorum Sceptro fieri debere, Renovationes verò utrorumque tantùm per Gladium, Conf. *Rhet. Inſt. Jur. Publ. Lib. 2. Tit. 29.* De quorum Ceremonialium veritate aliiſque Inveſtiturarum regalium ritibus more hodierno uſitatis videri poteſt *Limn. Tom. 1. in Addit. ad Lib. 4. C. 7. p. 430. Arumæ. de Comit. C. 8. Carpz. de Leg. Reg. C. 10. Sect. 9. §. 25.* itemque *Multz. in Repræſent. Majeſt. Imp. P. 2. Cap. 14. §. 39. ſeqq.* ubi Actus Inveſtituræ cum antecedentibus & conſequentibus accuratè exhibentur.

VII. Cæterum, peractis omnibus hiſce ſolennitatibus publicum Inſtrumentum renovatæ Inveſtituræ, tenori Inveſtituræ primordiali conformandum confici ſolet, Vid. *Cap. Ferd. IV. A. 43. Leop. A. 39. Joſeph. A. 38.* Man verfertiget und erneuert die Lehen-Briefe/ quod Jure feudali, *breve teſtatum* i. e. *brevis annotatio* vocatur in *§. 1. L. 1. Feud. 2.* pro quibus ex conſuetudine Imperii in Aulâ Imperatoris redimendis, aliaque opera adhibita, quilibet inveſtitus Princeps ſivè Eccleſiaſticus ſit, ſivè Secularis, vel Mandatarius ejus nomine tenetur certam pecuniæ ſummam, non tàm ſub Laudemii nomine hodiè, quàm ſub Titulo Taxæ, vel magis Honorarii, Lehen-Regalien/ exſolvere Officiariis Imperii vel Imperatoris, nec non Cancellariæ, ac denique inferioribus Aulæ Cæſareæ Miniſtris: nos dicimus, den Lehen-Brief aus der Reichs-Hof-Cantzley zu löſen/ und den Lehen-Tax zu erlegen/ wie auch die Verehrung/ ſo gebräuchlich/ auszurichten. Et Sportulæ hæ ſivè Diſcretiones (uti hodiè

hodiè potiſſimùm vocant) tàm præcisè & amarè aliquando exiguntur, ut nemo Inveſtituram realem exſpectare auſit, niſi anteà Senatui Aulico fidem fecerit: Daß die Aembter ihr Gebühr empfangen haben. Eo enim facto, tùm demum Senatus iſte Conſilio Secretiori renunciat, præſtanda jam præſtita eſſe, adeoque Inveſtituram indulgeri poſſe.

IIX. Juri quidem aliàs feudali communi contrariatur, pro Inveſtituræ Cognitione quicquam ſolvere, eò quod Inveſtitura gratis fieri neceſſe ſit, nec Vaſallus amplius quid debeat, quàm ad quod tenetur ex juramento, nimirum ad Fidelitatem Vaſalliticam, dem Herrn getreu / hold und gewärtig zu seyn / *C. 1. de Nov. form. 2. Feud. 7. c. un. 2. F. 5. Schneidw. P. 5. de Feud. §. 61.* quod intelligendum, ſi Inveſtitura tantùm renovatur. Attamen uſu & conſuetudine quin contrarium introduci queat, nil habet dubitationis, prout & ubique ferè locorum ita obſervari cernimus: licet non ubivis *Laudemium* ſivè *Relevium*, Lehen-Wahr / Lehen-Geld / exſolvatur, ſub Laudemii tamen nomine *Honorarium* exigitur; *Webner. in Obſ. Pract. verb.* Hand-Lohn. Solet namque nonnunquam Domino quid præſtari in Recognitionem, nec non pro redimendis Literis Inveſtituræ, quod *Taxam Feudalem* appellant, quæ juxta antiquam obſervantiam ſolvitur abſque augmento vel diminutione. Et ſic quoque more & conſuetudine Imperii noſtri contra Jus commune invaluit, ut Inveſtitura ejuſque Renovatio hodiè in Aulâ Imperatoris peragatur ſolutâ Taxâ ſeu certâ pecuniæ ſummâ. Undè & Imperator Carolus IV. *Tit. 29. & 30.* A.B. ipſe ſe ad Conſuetudinem refert, & in eo loco ſe veluti fundat in verbis: So man gewöhnlich zu geben / ſivè, ut Latina habet Editio: *Quæ ſolvi in ſuſceptione Feudorum ſueviſſent.*

IX. Hæc autem ſecundum Diſpoſitionem *A. B. Tit. 29.* eſt ſexaginta trium Marcarum argenti cum uno fertone ſivè Vierdung / Vierling / h. e. quarta Marcæ parte (vier Loht) *Diet. ad A. B. T. 25. p. 119.* quæ in pecuniâ numeratâ fecerunt quingentos ſexaginta novem Imperiales cum dimidiô; Hodiè auctô Officialium numerô, cum additamento Octavi & Noni Electoris, decem Marcæ amplius pro Archi-Theſaurario, & decem pro Archi-Vexillifero

Imperii (si Officium hoc Imperiale ipsi manebit) præstandæ sunt: De quibus quilibet Electorum Vicarius sivè Sub-Officiarius Hæreditarius, si videlicet Investituræ præsens in suo Officio ministrans, accipit marcas decem. Quod si abfuerit unus aut alter, absentis portionem accipit is, qui in Aulâ quotidianâ Cæsaris ejusmodi Officio defungitur, & in Investituræ Actu absentis munus supplet. Quod reliquum est, distribuitur inter cæteros Imperii ejusvè Cancellariæ Officiarios & Ministros; Uti in *alleg. Tit. 29. A. B.* à Car. IV. provisum. Verùm, quoad Praxin modernam, de Taxâ illâ ordinariâ, quam Princeps & Status Imperii investitus pro Investiturâ feudali ejusque Renovatione in Aulâ Cæsareâ, hodiè *Taxatori*, non amplius *Supremo Aulæ Magistro*, **den Obersten Hof-Meister des Käyserl. Hofs**/ uti juxta Auream Bullam solvere tenetur, debetur sua pars non tantùm hæreditariis Electorum Sub-Officiariis, so die Erb- und Hof-Aembter haben/ itemque Cancellariæ ejusvè Ministris, Secretariis, Notariis, Taxatori, Registratori, und andern Cantzley-Persohnen/ sed etiam aliis inferioribus Aulæ Imperialis Ministris, v. g. den Cammer-Thürhüttern / den Ritterstuben-Thürhüttern / den Herolden / den Harischierern und Trabanten / den Trompetern und Pauckern / rc. de quibus omnibus in Aureâ Bullâ altum silentium. Designationes autem de Quanto, nach den heutigen Reichs-Hof-Cantzley-Tax / Vid. apud *Limn. J. P. ad Lib. IV. Cap. 7. in Tom. 1. Addit. p. 436. Spreng. Luc. Mod. Stat. p. 160.* quæ tamen variant, & summam hanc cum onere Principum Imperii indies crescere à quibusdam questum fuit. Sub-Officiales Imperii quidem ordinariè hodiè accipiunt singulos 120. florenos, quam summam etiam, cum post conclusam Pacem Monasteriensem illis propter Octavum Electoratum accesserit novum munus, nimirum *hæreditarii Thesaurarii*, Comes de Sinzendorff, qui hodiè illud Officium gerit, prætendit, quamvis unus atque alter è Statibus Imperii hoc ægrè ferat, stetque in eâ sententiâ, Officium quidem novum ab Imperatore tribui, sed Taxam præter solitum augeri non posse. Et cum equus hodiè non adhibeatur, Vice-Mareschallo Imperii, vel Mareschallo Aulæ equus, ut A. B. vult, non datur, sed pecunia pro eodem, cujus summa itidem est

120. Gül-

120. Gulden / Conf. *Multz. in Repraes. Majest. Imp. P. 3. Cap. 12. §. 43.* ubi novissima istarum expensarum designatio.

X. Atque ad hanc feudalem *Taxam* seu *Honorarium* exsolvendum, hæcque *Jura* Officialibus debita præstanda, omnes, ut dixi, Imperii Principes sivè Ecclesiastici sint, sivè Seculares, prædicto modo Feuda sua ab Imperatore vel Reg. Rom. suscipientes vi *A. B. Tit. 29.* sunt obligati atque adstricti; exceptis istis Bonis feudalibus, quæ ex permutatione, juxta Instrum. Pac. Osnabrug. acceperunt per *Capitulat. Leopold. Art. 17.* ibi: Auch sollen diejenige Churfürsten und Stände / welche Vermöge des Friedens-Schlusses Länder haben abtreten und dafür andere annehmen müssen / zu keiner neuen Cantzley- oder Lehn-Gebühr vor die überkommene Hertzog- und Fürstenthume und Landen vor das Mahl angehalten werden / oder darzu einigerley Weise verbunden seyn. Extra hunc autem casum tenentur omnes prædictum *Honorarium* solvere, nisi fortè aliquis eorum singulare quoddam ob Privilegium sivè Indultum Imperiale vel Regale se ab ejus solutione exemtum probare queat, per §. Es sey dann *alleg. Tit. 29.* A. *B.* Et quidem, quod bene notari meretur, specialiter circa Principes Ecclesiasticos ex Augustanâ Confessione, ne videlicet illi electi vel postulati Episcopi nimium commodi sentirent, in Instrum. Pacis cautum est, pro Infeudatione sivè Renovatione Investituræ teneri ipsos, ultra Laudemii Ordinarii Summam h. e. consuetum Taxæ ordinariæ, insuper ejus dimidium exsolvere, per *§. 6. Art. V. Instr. Pac. Osnabrug.* add. *Struv. in Syntag. Jur. Feud. c. 3. Th. 7.*

XI. Sed aliter in Archi-Principibus nostris Electoribus Ecclesiasticis pariter & Secularibus. In horum enim Gratiam ac Præeminentiam singularem à Carolo IV. in *A. B. sæpè cit. Tit. 29.* hæc facta est Provisio, quod illi Feuda sua sivè Regalia ab Imperatore vel Rege Rom. recipientes ab Exsolutione dicti *muneris* consueti à reliquis Statibus & Principibus offerendi, & inter Officiales Aulæ Imperatoriæ, so die Erb- und Hof-Aembter haben / distribuendi, prorsus immunes atque exemti esse debeant. Cujus Exceptionis ratio *c. l. A. B. §. 1.* hæc adducitur: Quia pecunia, quæ propter Investituram persolvitur, Officiariis debetur. Cum

autem jam ipſi Principes Electores cunctis Imperialis Curiæ præſint Officiis, ſuos etiam habentes in ejusmodi Officiis Subſtitutos, videtur abſurdum, quod Subſtituti Officiales à ſuis Superioribus quocunque quæſito colore Xenia poſtularent. Attamen, licet juris neceſſitate ad hoc non queant cogi, poſſunt tamen, ſi ſponte & liberalitate ducantur, aliquid ſub nomine *Honorarii* Cæſareis Officialibus & Miniſtris Aulicis largiri; quanquam hodiè liberalis & ſpontanea hæc Solutio frequentior ſit, quàm olim in primâ Aureæ Bullæ ætate fuerit: Imprimis cum non amplius in publicis Comitiis ſivè Curiis ſolennibus, ſed plerumque Aulâ Imperatoriâ Inveſtiturarum Actus peragantur.

DISCUR-

DISCURSUS XIV.

De

Requisito Collegii Electoralis Consensu ad Bannum Imperiale, sive Proscriptionem Statuum Imperii.

I.

Non mediocrem quoque arguit Electorum potestatem, ac præ reliquis Imperii Principibus Eminentiam, quod Proscriptionis sivè Banni Imperialis Processus adversus Proceres & Status Imperii, hodiè insciis & non consentientibus ipsis ab Imperatore non fit agitandus; sed, ut celerior atque expeditior esset via, cum res moram non patitur, per Capitulationes provisum, ut soli Electores in Consilium præmittantur à Cæsare, antequam ad evibrationem tanti fulminis procedat, uti mox pluribus audiemus.

II. *Bannum*, vel magis latinè *Proscriptio*, die Acht / in genere aliàs judicialis est censura, quâ Rebellibus sivè Violatoribus pacis publicæ omnis libertas ac securitas personæ & rerum adimitur. Et dividitur usu nostri Imperii in *Minus & Majus*, in die Acht und Oberacht: Illud *Provinciale*, quod in terris & provinciis nonnullorum Statuum Imperii tantummodò obtinet, & ditionem sive territorium non egreditur, *arg. L.3.ff. de Offic. Præf.* rectiusque *Exilium vel Relegatio*, Stadt- oder Lands-Verweisung / appellatur; Ac hinc, qui hôc Bannô est implicatus, præter jura & pri-

privilegia isti, è quâ proscriptus est, Provinciæ specialiter competentia, regulariter non amittit, sed ea, quæ juris communis sivè generalis sunt, salva ipsi remanent. Hoc *Imperiale Bannum* dicitur, **des Heil. Röm. Reichs Acht oder Bann/** vel, **des Reichs Ungnade/** quod Bannitum totius Imperii hostem, transfugam ac rebellem declarat: Extra Imperium autem inviolabilis est tàm in personâ, quàm suis bonis, quia Bannum Imperiale extra fines Imperii ordinariè se extendere nequit, *arg. L. ult. ff. de Jurisd.* add. *R. J. Erfurtdensis de Anno 1567. §.* **Wir wollen auch** *37.* Ex quô constat, à vicinis Regibus, Hispaniæ, Galliæ, Daniæ, Poloniæ & Sueciæ, nec non ab Helvetiis requisitum fuisse, ne Bannitos reciperent: quod fortè ita intelligendum, ut de jure vel ordinariè effectus Banni Imperialis usque eò sese non extendat. Idque imperiale Bannum iterum à Publicistis communiter dividi solet in *Bannum Imperiale strictè dictum, & Privationem omnium Bonorum & Jurium Imperii. Prius* est coërcitio, quâ quis ita ab Imperio Romanô excluditur, ut sit extra ejus Protectionem, Clientelam & Fidem, & sic à nemine, nisi qui ejus sortem experiri velit, urbe, domo, hospitiô, mensavè recipi, aut ullo modo sustentari, ab omnibus verò impunè tàm in personâ, quam Bonis sub eodem Imperio sitis offendi queat, ut ex Recessibus Imp. de A. 1521. 1548. & 1555. & subsequentibus aliquot patet, wer so geächtiget wird/ der ist an allen Orten des Reichs geächtiget/ und mag als ein erklärter Missethäter weder gehauset noch geherberget werden/ **Landrecht** *lib. 3. Art. 24.* Et si in Bannô ultra annum & diem persistit, Censuram etiam Ecclesiasticam patitur & Spirituali Communione æque indignus censetur, juxta *Ordinationem Cameræ Part. 2. Tit. 9.* Ubi quoque, & quidem *Tit. 10. §.* **Und wo es derhalben** *rc.* ejusmodi Bannitus **Vogelfrey** dicitur, ex ea sine omni dubio ratione, weil er so frey als der Vogel in der Lufft/ non quidem, ut istum liceat occidere, ut nonnulli volunt, sed verba ista hunc possunt habere sensum, ut à quovis capi & Superiori sisti debeat Bannitus. Quæ sententia etiam humanior ac conscientiis tutior esse videtur; nisi Superior in Literis Banni interfectionem expresse permittat, daß er entweder lebendig oder todt geliefert werden soll/

tùm

tùm non dubitandum, quin occidi possit. *Posterius* Præscriptionis genus est censura, quâ quis ita ab Imperio excluditur, ut à nemine in Clientelam recipi, in Rebus verò sub Imperio sitis (non in corpore sivè personâ) ab omnibus offendi queat,

III. Quod utrumque Banni fulmen, uti pœna sane gravissima, ita non inconsultò & temerè ad hanc properandum, nec contra inauditum ea decernenda. Proindè in ejus Processu nunquam negligenda vel saltem summaria causæ cognitio & sententia declaratoria, juxta *Ordin. Pac. Publ. de A. 1521. Tit.* **die Poen aller Friedbrecher.** Sententiam autem declaratoriam præcedere debet legitimus Processus, *Capit. Leopold. Art. 27. & noviss. Joseph. Art. 27.* In atrocioribus quidem & notoriis delictis Banni declaratio absque Processu judiciario fit, præconibus Bannum publicè proclamantibus, sonantibus tubis, *Gail. de Pac. Publ. lib. 2. Cap. 3. §. 24.* Formula sententiæ hæc ferè esse solet: Nach dem Beklagte aus Ursachen dem Land-Frieden zuwider gehandelt/ derhalben denunciiren und erklären Wir dieselbe als offenbahre Aechter in der Käyserl. Majest. und des H. R. Reichs Acht. Setzen sie aus den Frieden in den Unfrieden/ und erlauben Ihr Leib/ Haab und Güter jedermänniglich. Quâ sententiâ latâ sequitur Executio, Vid. *Strauch. Diss. Exot. 6. Th. 18.*

IV. Competit autem hoc proscribendi Jus soli Imperatori, ceu totius Imperii summo Administratori, eoque absente, Regi Rom., imò Cameræ quoque Imperiali, videl. in causis privatis, & casibus lege publicâ sibi concessis, *Rhet. Instit. Jur. Publ. Ex. ult. Cap. ult. §. pen.* & quidem in omnes tàm mediatos quàm immediatos Imperii Status & Cives, qui ratione Dignitatis, Regalium & Feudorum Imperialium universali jurisdictioni Imperatoris & Imperii subjecti, vel pacem publicam violant aut turbant, vel adversus Imperium contumaces sunt: Veluti, si Imperii Constitutiones in uno vel pluribus Articulis negligant, iisque non pareant, aut si Citationibus, Mandatis & Sententiis non obtemperent. Quamvis enim hæc Contumacia cæteroquin non tàm grave sit delictum, ut Violatio Pacis publicæ, quemadmodum peccata commissionis majora sunt, quàm ea, quæ omittendo fiunt: quia

privilegia isti, è quâ proscriptus est, Provinciæ specialiter competentia, regulariter non amittit, sed ea, quæ juris communis sivè generalis sunt, salva ipsi remanent. Hoc *Imperiale Bannum* dicitur, **des Heil. Röm. Reichs Acht oder Bann** / vel, **des Reichs Ungnade** / quod Bannitum totius Imperii hostem, transfugam ac rebellem declarat: Extra Imperium autem inviolabilis est tàm in personâ, quàm suis bonis, quia Bannum Imperiale extra fines Imperii ordinariè se extendere nequit, *arg. L. ult. ff. de Jurisd.* add. *R. J. Erfurtdensis de Anno 1567.* §. **Wir wollen auch** *37.* Ex quô constat, à vicinis Regibus, Hispaniæ, Galliæ, Daniæ, Poloniæ & Sueciæ, nec non ab Helvetiis requisitum fuisse, ne Bannitos reciperent: quod fortè ita intelligendum, ut de jure vel ordinariè effectus Banni Imperialis usque eò sese non extendat. Idque imperiale Bannum iterum à Publicistis communiter dividi solet in *Bannum Imperiale strictè dictum, & Privationem omnium Bonorum & Jurium Imperii. Prius* est coërcitio, quâ quis ita ab Imperio Romanô excluditur, ut sit extra ejus Protectionem, Clientelam & Fidem, & sic à nemine, nisi qui ejus sortem experiri velit, urbe, domo, hospitiô, mensavè recipi, aut ullo modo sustentari, ab omnibus verò impunè tàm in personâ, quam Bonis sub eodem Imperio sitis offendi queat, ut ex Recessibus Imp. de A. 1521. 1548. & 1555. & subsequentibus aliquot patet, wer so geächtiget wird/ der ist an allen Orten des Reichs geächtiget / und mag als ein erklärter Missethäter weder gehauset noch geherberget werden / **Landrecht** *lib. 3. Art. 24.* Et si in Bannô ultra annum & diem persistit, Censuram etiam Ecclesiasticam patitur & Spirituali Communione æque indignus censetur, juxta *Ordinationem Cameræ Part. 2. Tit. 9.* Ubi quoque, & quidem *Tit. 10.* §. **Und wo es derhalben** *rc.* ejusmodi Bannitus **Vogelfrey** dicitur, ex ea sine omni dubio ratione, weil er so frey als der Vogel in der Lufft / non quidem, ut istum liceat occidere, ut nonnulli volunt, sed verba ista hunc possunt habere sensum, ut à quovis capi & Superiori sisti debeat Bannitus. Quæ sententia etiam humanior ac conscientiis tutior esse videtur; nisi Superior in Literis Banni interfectionem expresse permittat, daß er entweder lebendig oder todt geliefert werden soll / tùm

tùm non dubitandum, quin occidi possit. *Posterius* Præscriptionis genus est censura, quâ quis ita ab Imperio excluditur, ut à nemine in Clientelam recipi, in Rebus verò sub Imperio sitis (non in corpore sivè personâ) ab omnibus offendi queat,

III. Quod utrumque Banni fulmen, uti pœna sane gravissima, ita non inconsultò & temerè ad hanc properandum, nec contra inauditum ea decernenda. Proindè in ejus Processu nunquam negligenda vel saltem summaria causæ cognitio & sententia declaratoria, juxta *Ordin. Pac. Publ. de A. 1521. Tit.* **die Poen aller Friedbrecher.** Sententiam autem declaratoriam præcedere debet legitimus Processus, *Capit. Leopold. Art. 27. & noviss. Joseph. Art. 27.* In atrocioribus quidem & notoriis delictis Banni declaratio absque Processu judiciario fit, præconibus Bannum publicè proclamantibus, sonantibus tubis, *Gail. de Pac. Publ. lib. 2. Cap. 3. §. 24.* Formula sententiæ hæc ferè esse solet: Nach dem Beklagte aus Ursachen dem Land-Frieden zuwider gehandelt/ derhalben denunciiren und erklären Wir dieselbe als offenbahre Aechter in der Käyserl. Majest. und des H. R. Reichs Acht. Setzen sie aus den Frieden in den Unfrieden/ und erlauben Ihr Leib/ Haab und Güter jedermänniglich. Quâ sententiâ latâ sequitur Executio, Vid. *Strauch. Diss. Exot. 6. Th. 18.*

IV. Competit autem hoc proscribendi Jus soli Imperatori, ceu totius Imperii summo Administratori, eoque absente, Regi Rom., imò Cameræ quoque Imperiali, videl. in causis privatis, & casibus lege publicâ sibi concessis, *Rhet. Instit. Jur. Publ. Ex. ult. Cap. ult. §. pen.* & quidem in omnes tàm mediatos quàm immediatos Imperii Status & Cives, qui ratione Dignitatis, Regalium & Feudorum Imperialium universali jurisdictioni Imperatoris & Imperii subjecti, vel pacem publicam violant aut turbant, vel adversus Imperium contumaces sunt: Veluti, si Imperii Constitutiones in uno vel pluribus Articulis negligant, iisque non pareant, aut si Citationibus, Mandatis & Sententiis non obtemperent. Quamvis enim hæc Contumacia cæteroquin non tàm grave sit delictum, ut Violatio Pacis publicæ, quemadmodum peccata commissionis majora sunt, quàm ea, quæ omittendo fiunt: quia

tamen ista vergit in Contemtum Cæsaris, quô jurisdictio ipsius læditur, meritò ejus pœna atrocibus delictorum pœnis æquiparatur, *Gail. lib. 2. de Pac. Publ. C. 5. §. 44. Carpz. Pr. Crim. P. 3. Qu. 140. §. 23.* At enim verò, hodiè potestate in Bannum declarandi Proceres & Status Imperii ob læsæ Majestatis vel fractæ pacis publicæ crimen, aut propter contumaciam, nec Camera, nec Imperator sivè Rex Rom. solus pollet, sed in partem hujus juris veniunt quoque Sereniss. Dn. Electores, quorum omnium, qui delicti participes se non reddiderunt, præscitu, consilio atque consensu Cæsar necessariò opus habet, antequam Proscriptionem Imperialem, rem tanti momenti delinquenti intentet: quod expresse cautum est in *Capit. Ferd. III.* Art. 30. *Ferd. IV.* Art. 28. *Leopold. Art. 28. & noviss. Joseph. Art. 27.* Ita enim Rex Rom. ibi jurat: Wir sollen und wollen auch fürkommen / und keineswegs gestatten / daß hinführo jemanden / hohen und niedern Standes / Churfürsten / Fürst / Stand oder anderer ohne rechtmäßige und gnugsame Ursach / auch ungehört / und NB. **ohne Vorwissen / Raht und Bewilligung des Heil. Reichs Churfürsten** / welche sich des Wercks nicht theilhafftig gemacht / in die Acht und Oberacht gethan / gebracht und erklärt / etc. Idque non tantùm obtinet in Processu legitimô & ordinario, quando causa cognitionem requirit, sed etiam in Negociis claris & manifestis, & quando causa notoria, quâ contra pacem publicam aut aliàs fuisse peccatum omnibus constat, ita, ut ordinario Processu opus non sit, sed delinquens ipso facto pœnam Proscriptionis incurrat, juxta *Rec. Imp. de anno 1559. §.* **Damit dann hinführo etc.** prout illud indicant verba *dict. Art. Capit. Joseph.* finalia: Wäre es aber Sach / daß die That an sich selbst gantz notori und offenbahr etc. so wollen Wir jedoch auch in diesem Fall mit Zuziehung des H. Reichs erstgemeltermassen un-interessirter Churfürsten / ehe und bevor Wir zu der würcklichen Achts-Erklärung schreiten / communiciren / und (quod notandum) ohne deren erfolgten Raht und ausdrückliche Einwilligung damit nicht verfahren. Ad quod Praxis, quæ tempore Ferdinandi *II.* Imperatoris radices agere cœpit, Dominos Electores permovit, *Limn. ad Capit. Ferd. III. Art. 30. pr.*

V. Et

V. Et ſanè, quicquid alii ſentiant, nec ab omni retrò memoria apud antiquos Germaniæ Populos, Reges Procerum & Perſonarum Illuſtrium cauſas merâ ſuâ voluntate diremiſſe, ſed eas ſimul communi omnium Principum ſivè *Parium Curiæ* ſuffragio in Comitiis fuiſſe dijudicatas, fateri nos neceſsè habemus. Idque enim non ſolùm teſtatur Imperator Sigismundus in Epiſtolâ & Proteſtatione ſua ad Concilium Baſilienſe, quam vide ſis *in Electis Jur. Publ. Curioſis de anno 1694. Cap. 1. §. 1. p. m. 13.* ſed & Elector Saxoniæ Joh. Georgius, qui, cum Fridericus V. Elector Palatinus inſciis Electoribus à Ferdinando *II.* Imp. exauctoraretur, in Conventu Ratisbonæ 1623. habito, propoſuit ſequentia: Die vorige Röm. Käyſer ſind darin (in Proſcriptione ſcil. Principum) ſo behutſam gangen / daß Sie nicht allein die Chur-und Fürſten / ſondern auch das gantze Reich hierunter zu Rahte gezogen / und darauf die Acht / und derſelben Execution angeordnet: Quemadmodum etiam prolixè illud Exemplis ex omnium ſeculorum ſcriptis collectis probant *Carpz. Quæſt. 1. ad.* A. *B. ſubjuncta Diſp. Feud. 7.* it. *in Comment. in Leg. Reg. Cap. 9. Sect. 9. §. 11. 12. ſeqq. Conring. Exerc. de Judic. Reip. German. Th. 48. ſeqq.* it. *Exercit. de Negoc. Convent. Imp. Th. 57. ſeqq. Limn. Annot. ad Capit. Ferd. III. Art. 30. Burgold. ad Inſtr. Pac. P. 2. Diſc. 20. p. m. 181. & P. 3. Diſc. 6. §. 2. p. m. 49.* Et ex his principiis enatum puto Jus illud, quod vulgò noſtro idiomate vocant **das Fürſten-Recht** / (aliàs nominatum **das Deutſche Herkommen**) quod ſingulare erat Privilegium, Principibus Germaniæ ab antiquo competens, vigore cujus Imperator in cauſis & controverſiis, ipſos Principes & Status, eorumque bona, honorem aut vitam concernentibus, in Sachen / die eines Fürſten Land / Leute / Fürſtenthum und Lehnſchafft / oder Leib und Ehre betreffen / abſque conſilio & votis Electorum & Principum Imperii, tanquam *Parium Curiæ*, cognitionem & ſententiæ dicendæ poteſtatem non habebat. Atque hic in Imperio receptus mos, videlicet, Imperatores Status Imperii ad conſultandum de Proſcriptionis Negocio convocaſſe, & eorum cum adſenſu ſtatuiſſe, quod Imperio utile viſum, usque ad Maximiliani I. Imperatoris tempora fuit obſervatus, Vid. *Hyppoly. à Lap. de Rat. Stat. P. 1. c. 11. Sect. 2.* Noluerunt namque Cæſares Banni fulmen

proprio marte vibrare, ne odium incurrerent eorum, quorum amori velificandum. Quin potius, cum indè Matricula Imperii mutetur, & Bannitus pro hoste judicetur, ipsa quoque Executio speciem belli involvat, consilia Procerum prærequisiverunt, ut Proscriptio ab Imperiali Aulâ ritè procederet: Ejus enim Executionem faciliorem fieri, si nemo sese opposuerit, sed junctis viribus contra Proscriptum procedatur, nunquam dubitatum.

VI. Verùm, post Maximilianum à centum & quinquaginta jam annis Imperatores aliquot, imprimis Carolus V. nonnullique sequentes etiam nostro seculo potentiâ suâ freti cœperunt, Exemplo planè novo, de Electorum & Principum bonis, imò vitâ & omni fortunâ propriâ autoritate contra consuetudinem receptam decernere. Sic Superiori seculo anno 1546. Carolus V. in *Johannem Fridericum* Electorem Saxoniæ, tùm & *Philippum Hassiæ* Landgravium, ob violatæ pacis & perduellionis crimen, non auditos imò non citatos Banni fulmine percussit, illum captum etiam instinctu Hispanicorum consiliorum capitis damnavit. Pariter nostro seculo anno 1621. die 19. Jan. Cæsar Ferdinandus *II.* in *Fridericum V.* Electorem Palatinum, *Johannem Georgium*, Marchionem Brandenburgensem, *Christianum* Principem Anhaltinum, *Georgium Fridericum* Comitem Hohenloicum, & quosdam alios Principes, inconsulto Electorum Collegio & Statibus, cum nonnullis saltem Electoribus re communicata Imperiale Banni fulmen evibravit, ut videre licet apud *Horlederum* von Anfang und Fortgang des Deutschen Krieges *lib. 3. Cap. 16. p. 273. Cap. 29. & 30. Londorpium in Act. Publ. Tom. I. lib. 6. Cap. 2.* & incertum est, quid passuri fuissent, si eos post prælium Pragense in irati victoris manus pervenire contigisset.

VII. Hoc ipsum tamen indignè non pauci Principes ac Status Imperii tulerunt, & seriò indè imprimis contra Electoris Palatini Proscriptionem protestati sunt, eò quod putarint, Cæsarem intuitu modi & Executionis hujus tàm ardui Negocii Articulum 26. Capitulationis suæ non probè observasse, quippè cujus efficacia, servato juris ordine, Palatinus citari prius atque audiri, quàm Proscriptionis notâ affici, & ad minimum coram Electorali

Col-

Collegio, re publicè deliberatâ, hæc cognitio fieri, & sic ejus consensus adesse debuisset, juxta *Art. 39. dict. Capit. Ferd. II.* ubi expresse jurata hæc promissio: Se nihil, quod magni momenti est, absque Electorum consilio expediturum, Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen / so das Reich betreffen / bald Anfangs der Churfürsten Rahts und Bedenckens Uns gebrauchen / etc. Idque omne urgent quoque literæ Electorum Saxonici & Brandenburgici ad Imper. Ferd. *II.* de dato 12. Jan. 11. 23. Febr. &c. Anno 1623. apud *Lundorp. c. l. fol. 1068. seqq.* Conf. *Autor* des *Manifests* **Carl Ludwigs Pfalzgrafen bey Rhein an die Käyserl. Majest. und andere Königen / Churfürsten / etc. Seiner Churfürstl. Durchl. Erb- und** *Successions*-**Rechte an den Chur- und Fürstenthum der Pfalz-Graffen bey Rhein betreffent.** it. *Autor Enodationis Responsorum & Rescriptorum in causâ Palatinâ datorum, Londini 1637.* Nec non *Justus Asterius in Germaniæ Pacis deploratione.* it. *Autor Eversionis Bavarici Electoratus contra Johan. Adelzreiterum Consiliarium Bavaricum*, aliosque, qui hanc bannitoriam sententiam contra Fridericum Palatinum latam satis doctè occuparunt. Atque hinc præ cæteris Domini Electores quasi Piscatores icti sapere diversa cœperunt, & publicæ salutis solliciti tempestivè huic malo obviam esse eundum judicarunt; quem in finem Capitulat. Ferd. *III. Art. 30.* disertis verbis inserere æquissimum fuit visum, ne quisquam imposterum ex Statibus Imperii, inconsultis & invitis Electoribus, in Bannum declaretur. Quod maximè emphaticum additamentum in omnibus anteriorum Imperatorum Capitulationibus non erat, quibus nihil magis insertum legimus, quàm quod ab illis promissum, se citra cognitionem causæ se non processuros, Vid. *Cap. Car. V. Art. 22. Ferd. I. Art. 2'. Maxim. II. Art. 22. Rudolph. II. Art. 23. Ferd. II. Art. 26.* Sed in Capitulatione Ferd. *III.* primitus, ut diximus, expressè cautum, ne Cæsar absque legitimâ eaque sufficiente causâ, nec sine Electorum, qui sese Negocio non immiscuerunt, deliberatione & consensu Proscriptionem Statui Imperii, sivè cujuscunque conditionis, intentet. Et voluerunt hac ratione Electores sibi & aliis prospicere; Scilicet, non solùm prævenire placuit querelis, quasi Processus non rectè institutus fuisset,

 tùm

tùm ut motibus indè pullulantibus: Sed & cavere, ne qui forsitan in rem privatam Imperatoris quid deliquisset, tanquam hostis Reipubl: statim plecteretur. Imò, est Bannum Imperiale res maximi momenti, digna accuratiori Electorum deliberatione atque consilio, quippè quod, præsertim si Princeps aut Status potentior istô notatur, Interesse non solius Cæsaris, sed totius Imperii ejusque tranquillitatem concernit. Idque abundè demonstrat Saxoniæ Elector in votô suo Ratisbonæ Ao. 1623. apud *Lundorp. c. l. p. 1161.* In des Pfaltzgraffen Achts-Procefs hätte billig ein ander Modus procedendi gehalten / und die Churfürsten des Reichs Inhalts der Capitulation, als in einer schweren/ wichtigen/ weitaussehenden Sache/ daraus die Ruin des H. R. Reichs/ wie die Erfahrung und Augenschein bezeuget / erfolget / hierum befraget werden sollen. Sanè, quid Imperio Germanico profuerint præteritæ Principum Proscriptiones in propatulo est. Hinc fundi nostri Germanici deplorabilis calamitas, quam vix integro adhuc seculo concoquere possumus. Quid? quod ratio hujus juris & hæc dari potest, ne Principes & Status Imperii deterioris sint conditionis, quàm Nobilis Polonus, qui non nisi in Comitiis coram toto Senatu proscribi potest, *Cromer. lib. 2. in Polon.* Undè etiam non immeritò Elector Brand. in eodem Conventu Ratisbonensi Ao. 1623. excepit: Es würde auf diese Weise ein Churfürst und andere Stände des Reichs weit deterioris conditionis als ein Edelmann in Pohlen seyn / dann derselbe nicht als auf offenen Reichs-Tage in der Acht erkläret werden könne. *Lundorp. c. l.*

IIX. At enim verò, cum allegato Articulo 30. Capitulat. Ferdinandi *III.* cæteri Principes & Status Imperii suo juri & incolumitati, vigore antiquæ libertatis, plenariè esse provisum persuaderi sibi non fuerint passi, ipsi tamen simul etiam hìc in consilium admitti voluerint, ideò, iis procul dubio potissimùm urgentibus, hac de re in *Instr. Pac. Cæs. Suec. Art. 8. §. 2.* constitutum est, ut in futuris Comitiis de Modo & Ordine in declarando uno vel altero Statu Imperii in Bannum, præter eum, qui aliàs in Constitutionibus Imperii præscriptus est, ex communi Statuum consensu agatur & statuatur; Quem tamen adhuc exspectamus, cum

in

in proximis secutis Comitiis Ratisb. A.1654. & Com. Ratisb. A.1663. quæ hodienùm durant, nihil de eô fuerit actum. Quare Status Circuli Sax. Inferioris hac de re ita judicarunt: Bannum Imperii ist/ wie vielfältige Exempel geben/ eine gefährliche Sache/ damit auch zuweilen geeilet/ manches Verbrechen für ein Crimen læsæ Majestatis gedeutet/ und unterm Vorwandt der Notorietet/ ehe das beschuldigte Theil genugsam gehöret/ geschwinde verfahren worden. Weil aber solch ein Werck ist von schädlicher Consequentz/ und gleichwohl gnugsam bewußt/ daß vormahls die Declaratio Banni anders nicht/ als bey Versammlung der Reichs-Stände geschehen/ so ist dahin zu trachten/ daß dem Instrumento Pacis ein Genügen geschehen/ und ins künfftige Mißbrauch desfals verhüttet bleiben/ *Contin. Theat. Europ. de Ao. 1652. p.306.* Ex quo introductum reor, ut nonnulli probare conati fuerint, communi omnium Principum & Statuum consensu in Comitiis, rem tanti momenti, undè varii motus & bella oriri solent, dirimendam esse. Attamen hoc non obstante, nihilominus Ao.1623. die 12. Octob. Pragæ à Cæsare, consensu & consilio Electorum tantùm adhibito in Bannum declarata est *Civitas Bremensis*, eique pœna 200. Marcarum puri auri adjudicata, quod se Vectigali, Comiti Oldenburgico in Visurgi ab Imperatore concesso, opposuisset, Executioque Banni Electori Moguntino injuncta: Et huic rei in Comitiis non adeò in Senatu Principum obviam itum, Vid. *Theat. Europ. ad* Ao.1653.*p.369.* Imò verba dicto Art. 39. Capit. Ferd. *III.* inserta posteà in *Capit. Ferd. IV. Leop. Art.28. & noviss. Joseph. Art. 27.* strenuè uberius sunt repetita, ita, ut etiam in causis notoriis Banni pœnam habentibus solus Electorum consensus sufficiat, prout suprà fusius hoc expeditum reddidimus. Monuerunt quidem nonnulli Ordinum Imperii tàm Evangelici, quàm Catholici circa *Art. 28.* Capit. Ferd. IV. & Leopold. Ao.1658., antequam Capitulatio Francofurti concipiebatur, ut expresse insereretur, Executionem sententiæ in Proscriptos debere fieri ex Legibus receptis per Membra Circuli, in quô isti sunt siti, daß die Execution nach Inhalt der Executions-Ordnung/ durch die Creyse/ darin solcher Stand gesessen und angehörig/ fürgenommen und vollstrecket werden solle. it. ut post verba: Ohne Vorwissen/ Raht

Raht und Bewilligung des H.R. Reichs Churfürsten / addatur Fürsten und Stände: Nec minus, ut casus facti notorii non excipiatur, & sic verf. Wann es aber Sache / daß die That notori &c. omittendus, & quæ plura circa eundem Articulum erant monita, quæ videri possunt apud *Eitel.* Friderich von Heerden in der Grundfeste des Heil. R. Reichs *P. III. pag. 208. 254. seqq.* Verùm, Domini Electores ista una cum aliis à Principibus & Statibus tunc temporis ad Capitulationem Leopold. congestis tantùm pro veris monitis habebant, nec è re Imperii erat aliter statuere; Undè quoque his ipsis ab illis parum aut nihil impetrarunt, sed Cognitio & Sententia Banni in *cit. Art. 28. Capit. Leopold.* ut *& Joseph. Art. 27.* nihilominus Imperatori & Electoribus solis hactenus reservatur: Cujus Decisioni etiam acquiescendum, ita, ut Prærogativa Collegii Electoralis, quæ in hoc puncto apparet, ei usque in hunc diem sarta tectaque maneat. Licet cæteri interim Principes & Status Imperii protestando sua sibi jura integra servare velint, de quâ protestatione legi potest apud *Aut.* der Grundf. *c. l. pag. 256.*

IX. Cum tamen in Capitulationibus expresse ad rem istam non requiratur Collegialis Electorum Consensus, h. e. ut singuli consentire debeant, resque moram non patiatur, utilitatis publicæ ergò concordem majoris partis consensum sufficere videtur *Limnæo ad dict. Art. 30. Capit. Ferd. III. cum Sinoldo in Colleg. Publ. de Stat. Rei Rom. Disp. 4. Th. 17. lit. B. pag. 194.* ubi tamen subintelligendum, Electoribus singulis, nullô prætermissô, nisi qui causæ se immiscuerit, rem communicari debere, *Cap. Leop. & Joseph. Art. 27.*

X. Executio autem Banni hodiè mandatur illis, sub quorum jurisdictione bona Banniti sunt sita, ne jurisdictionum confusio fiat. Et si Status Imperii Banno notatur, Executio Præfectis atque Præsidibus sivè Ducibus Circulorum committitur, aut etiam Directoribus in casu necessitatis, nomine & autoritate Imperatoris & Electorum. Nam contra Bannitos tanquàm Imperii hostes judicatos, quilibet Princeps & Status arma capessere tenetur, & quidem, si bona Banniti non sufficiant, communibus Imperii sumtibus, Vid. *R. J. Ratisb. de A. 1567. §.* So haben sie sich *51. seqq. Ord. Cam. P. 3. Tit. 49.*

XI. Quem-

XI. Quemadmodum verò aliàs nihil tàm naturale eſt, quàm unumquodque eodem modo, quô colligatum eſt, rurſus diſſolvi: Ita quoque Abſolutio à pœnâ Banni æque ac ipſa Denunciatio non niſi conſilio & deliberatione Electorum fit: Sic, ut Imperator, ſicut in declaratione Proſcripti, ita & in relaxatione ejus Collegii Electoralis conſenſum adhibere teneatur, cujus enim eſt Bannum irrogare, ejus etiam eſt Bannitum in eum ſtatum, quem ante Bannum habuit, ritè iterum reſtituere, utpotè cujus hoc ſit connexum. Deſiderarunt quidem Status Evangelici in monitis ad Capit. Leopold. *Art. 28.* exhibitis, ut ei ſequentia infererentur: Daß hinführo kein Stand des H. R. Reichs ohne Vorwissen und Bewilligung gesammter Stände in die Acht und Oberacht gethan / gebracht oder erklärt / und hinwieder aus derselben erledigt und gesprochen werden solle / rc. Sed Electores & illud pro monitis tantùm habuerunt, Vid. *ipſum Art. 28. d. Capit. Leopold.* Fit autem hujuſmodi Reſtitutio vel per modum juſtitiæ, vel per modum gratiæ; Utroque abſolutus à Bannô non ſolùm bonis, verum etiam famæ & honoribus reſtituitur, nam tantum valet indulgentia ad reſtitutionem, quantum ſententia valuit ad correctionem, arg. *L. fin. §. fin. C. de Sentent. paſſ. & reſtit.* quod tamen non extenditur ad bona alienata, nec ad honores alteri delatos: nam Reſtitutio nemini jus quæſitum aufert, ut pluribus id deducit *Gaillius lib. 2. de Pac. Publ. Cap. 19.* niſi tamen Reſtitutio fiat pleniſſimè ad bona etiam alienata, aut per modum juſtitiæ, veluti ſi deductâ innocentiâ quis abſolvatur, ut eſt textus in *L. 1. & fin. ff. de Quæſt.* Imò, nonnunquam ob publicam tranquillitatem etiam in bona alienata & in locum honoris ab alio occupatum fit Reſtitutio, cum pax aliter obtineri non poteſt, quo caſu utilitas privata cedere debet publicæ.

XII. Cæterùm claudat hunc Diſcurſum quæſtio aliàs maximi momenti, & quæ optimè huc quadrat, nimirum: An etiam Status Imperii Eccleſiaſticus, e.g. Archi-Epiſcopus, Epiſcopus vel Prælatus, ſi contra pacem publicam peccet, aut contra Imperium vel Imperatorem aliquid committat, ab ipſo, conſentientibus Electoribus, Banni pœnâ affici queat? Ut in paucis conferantur

 dicen-

dicenda, cum non sit instituti nostri ex merito hoc argumentum exponere, agitata est hæc quæstio acerrimè inter Proceres Imperii in præsentibus Comitiis Ratisbonensibus, cum videlicet de perpetuâ Capitulatione conscribendâ & Banni declaratione ageretur, Conf. *Lib. Anonym. cui Titulus: Ominosa rerum series in præsentibus Imperii Comitiis gestarum.* Negant enim hoc Ecclesiastici & Status Germaniæ Catholicæ Religioni addicti, qui nolunt, cuiquam de personis suis esse cognitionem, quàm Summo Sacrorum Præsidi vel Metropolitano. Nec desunt ejus partis Theologi pariter & Juris Canonici Doctores, qui hanc sententiam palàm & ore & scriptis acriter defendunt, imprimis per *Concil. Trident. Seß. 24. C. 5.* omnes, ut alios Clericos, ita & Episcopos & Archi-Episcopos seculari Imperio & jurisdictioni Reipublicæ prorsus subtrahentes, eò quod Ecclesiam peculiarem esse Statum fingant, planè independentem & imperio Civili nulla ratione obnoxium, ut loquitur *Illustris de Puffendorff in Tract. suo Posthumo de Consensu & Dissensu Protestant. §. 5. p. m. 19.* atque sic huic Statui addictorum hominum causæ ad solius Ecclesiastici adeoque Papalis vel Metropolitani fori imperium referri debeant. Sed contrarium Principes Seculares & Protestantes Ordines meritò mordicus propugnant, præsertim cum hoc tempore Ecclesiastici tractare etiam arma soleant, undè turbandæ publicæ pacis materies; quamvis nuperrimè in Comitiis per oppositionem Ecclesiasticorum nihil potuerit impetrari, imprimis cum Austriaci eorum causam tutarentur: Ut proindè in tanti momenti Negocio videatur Respublica quasi in ancipiti hactenus collocata. Attamen, quemadmodum nunc obtinet in Germaniâ, ut Archi-Episcopi, Episcopi, & Prælati, ratione Bonorum feudalium, Privilegiorum, Regalium, aliorumque ab Imperio jurium possessorum, Imperatori, à quo ea recognoscunt, subjecti sint, ei obedire, forumque ipsius sortiri teneantur: ita meritò quoque solus Imperator eorundem ratione, jurisdictionem in illos exercet, ipsos coërcere, mulctam dictare & bona iis auferre potest: Et si quoddam delictum grave commiserint, aut pacem publicam violaverint, à Cæsare, Consilio Electorum adhibito, Banno affici & Feudis suis regalibus ac beneficiis secularibus pri-

privari possunt, ut testatur *Gaillius Lib. 1. de Pac. Publ. Obs. 1. §. 13.* Id quod etiam à Cæsaribus plus simplici vice fuisse practicatum multis Exemplis ex Ottone Frisingensi aliisque confirmat *Conringius Exercit. XI. de Judic. Reip. Germ. §. 68. seqq.* add. *Bechman de Forô compet. Imperat. & Stat. Imp. Th. 12. §. 31. 32. 33.* Atque hac ratione Clerici delinquentes ad Judicem Ecclesiasticum remittendi non sunt. Differente tamen inter Personas Seculares & Ecclesiasticas condemnationis modo. Adversus enim Seculares sub dio, adversus Ecclesiasticos in ipso Consistorio, judice sedente pro tribunali sententia pronunciatur, *Blum. Proc. Camer. Tit. 29. §. 86. seqq.* Quod si delictum sit tàm atrox, Ordo delinquenti moribus adimitur, ut posteà Curiæ seculari tanquam abjectum & profanatum membrum puniri queat. Facta degradatione contra ejus personam quoque ad pœnam Capitalem procedi posse, idem *Gaillius, rerum Imperialium ex usu & observantia peritissimus, Autor est dict. Observ. 1. §. 30.* Imò aliquando etiam sine degradatione Executionem fieri posse contra personas Ecclesiasticas delinquentes nullus dubito, nimirum in atrocissimis delictis, ut quæ sunt contra Imperatorem & Imperium, ob crimen Majestatis, vel aliud quoddam delictum gravissimum, quia ipso facto sententiam depositionis incurrunt, *c. 1. de Homicid. in Sexto, C. 1. Ext. de Apostat.* Nec imperator, qui jam tùm hujusmodi Legum subtilitatibus solutus est, Ordini Ecclesiastico eo ipso injuriam inferre censetur, si ejusmodi hominem castigat, qui Ordinem maleficiis profanavit, & quoad Imperatorem eo jam tùm privatus censetur. Exempla sunt in promptu Archi-Episcoporum & Prælatorum ita ab Imperatoribus coercitorum.

 DISCUR-

DISCURSUS XV.

De
Jure præsentandi Adsessores in Camerâ Imperiali, quô singuli Electores gaudent.

I.

Dignitas & Autoritas Serenissimorum Archi-Principum Electorum in eô etiam supereminet, quod in Camerâ Imperiali, ad quam, velut ad Oraculum & Amphictyonicum Judicium, causæ omnes graviores majoresque in Imperiô deferrentur, *Dresser. Isag. Hist. Millenar. 6. ad. A. 1586.* singuli habeant Jus præsentandi duos Adsessores, i. e. personas, quæ Judici Cameræ adsident, cumque eô res controversas ad Forum Camerale pertinentes cognoscunt atque simul decidunt, hincque passim Judices & ipsi appellantur, *O. C. P. 3. Tit. 53. §. 6.* Zu dem Ende Sie mit scharffem Eyd und theuren Pflichten beladen seyn/ nach denen gemeinen Rechten/ Reichs-Constitutionen, Religion- und Prophan-Frieden/ Instrum. Pacis, Ländischen Ordnungen/ und wohlhergebrachten Gewohnheiten/ Ihrer besten Verständniß nach zu urtheilen/ und den dawider Bedrengten mit schleuniger/ ohnpartheylicher Recht-Hülffe an Hand zu gehen/ und derentwegen keine Gabe/ noch Schenckung anzunehmen/ *alleg. O. C. P. 1. Tit. 71* Quod ipsum Insigne pariter Privilegium seorsim nemo Principum in totô nostrô Romanô habet Imperiô, sed tantummodò nomine & ratione totius Circuli, in quô plures sunt Principes & alii Status cum iis conjuncti, *O. C. P. 1. Tit. 1.* add. *Instr. Pac. A. V. §. 57. &* R. A. *de A. 1654. §. 169.*

II. Nam

II. Nam ampliſſimus Senatus Cameræ Imperialis (cujus ſedes propter miſerrimam Civitatis Spirenſis per gallicam rabiem devaſtationem, Anno 1693. in Civitatem Imperialem Wetzlarienſem ad Interim, und bis zu erfolgenden ferneren allgemeinen Reichs-Schluß/ und deſſen Bewerckſtelligung/ translocata fuit) juxta Ordinationem modò dicti Inſtr. Pac. & noviſſimi Imperii Receſſus conſtat ex *Judice* ſivè *Pratore*, qui totius Judicii caput, und der Käyſ. Majeſt. allerhöchſte Perſohn vertrit/ & ſemper unus fuit: Quatuor *Præſidibus*, juxta Inſtr. Pac. (hodiè tamen duobus tantummodò, unô Auguſtanæ Confeſſionis, altero Religionis Catholicæ) Et quinquaginta numero *Adſeſſoribus*, ſec. *Inſtr. Pac. Art. 5. §. 20. verſ. Præterea cum ob enatas &c. R. J. de anno 1654. §. 169.* iisdemque omnibus ordinariis, & partim Romanis, partim Auguſtanis fidei Dogmatibus addictis, tollendæ ſuſpicionis ergô, *alleg. Inſtr. Pac. c. l. §. 53. junct. R. J. 1654. §. 11.* imò unô Reformatæ Religionis *d. R. J. §. 23.* Quanquam numerus iſte huc usque nondum fuit conſpectus in Camerâ, eò quod nonnunquam vix viginti quinque vel viginti ſex apparuerint: Imò, hodiernus Dnorum. Adſeſſorum numerus ne dimidiam quidem & ejus partem æquat. Undè hoc ipſum veniat, exponit *Burgold. ad Inſt. Pac. P. 2. Diſc. 20. §. 12.* add. *Caſſandri Thucelii* (quod nomen eſt fictitium) *Elect. Jur. Publ. Cap. 10.* Imperatori quidem id imputari non poteſt, ſed ipſis Statibus, ea, quæ ad ſuſtentationem Cameralium faciunt, nunquam ritè & plenè contribuentibus, und iſt auch etlicher ihr Intereſſe dabey/ daß die Auctoritas Cameræ nicht gar zu groß werde/ und man hernach nichts mehr wider ſie excipiren könte/ Conf. *D. Text. ad. R. J. noviſſ. Diſp. 1. Th. 29. & de Rat. Stat. Cap. 15. p. 447. ſeqq.* Optandum tamen eſſet, ut quinquagenarius ille numerus, ſi non duplicetur, ad minimum ſuppleatur; Hactenus enim Judicii Cameralis vires tantæ cauſarum moli ſuſtinendæ impares ſunt: Daher jener Sächſiſche Juncker von ſeinen böſen friedbrüchigen Handel/ mit welchen er zurecht nicht zu beſtehen getrauete/ ſagt: **Er wolle ſine Sacke ock an den ſilvern Nagel hangen/** quia ſpem certam conceperat, ſi cauſa eò deferretur, non in hôc, ſed in alterô demum ſeculô definitum iri.

 III. Con-

III. Constituitur autem Imperialis Cameræ *Judex* à S. Cæs. Majestate ex Principum Germanorum Ecclesiasticorum aut Secularium, vel saltem Comitum aut Baronum Ordine delectus, *Blum. Proc. Cam. Tit. 5.* ubi latè officium ejus describit. Et gaudet hodiè dignitate istâ *Johannes Hugo*, Archi-Episcopus Trevirensis, S.R.I. Archi-Cancellarius ac Princeps Elector, Episcopus Spirensis, Administrator Prumiensis perpetuus, & Præpositus Weissenburgensis, qui in hôc Officiô successit *Marchioni Badensi*, & juravit d. 20. August. Ao. 1677. Similiter *Præsides* isti duo, Judicis Vicarii, denominantur ab Imperatore vel Rege Rom. ex Comitum vel Baronum Germanorum serie, *Blum. c. l. Tit. 6.* Suntque hodiè *Philippus Franciscus Eberhardus*, Camerarius Wormatiensis, *Liber-Baro de Dalberg*, qui juravit d. 2. Decemb. Ao. 1671. & *Johannes Antonius*, *Comes in Leiningen & Westerburg &c.* juravit d. 10. Sept. A. 1688. Hique Principatum Senatus tenent, ut infelix lolium ex agro judiciario avellant, & cunctos in officio contineant, *Bochel. super Anagr. Nicolai Verdunii Præs. Paris.* & est eorum singulis 1371. Imperialium, ut videre licet in *Rec. Imp. Ratisb. de anno 1654. §. 11.* salarium annuum. A*ssessores* verò, qui operam in cognoscendis & dijudicandis causis præstant, und theils aus der Ritterschafft/ theils der Rechten gewürdiget seyn müssen / *O. C. P. 1. Tit. 1. §. 2.* constituuntur & ordinantur partim ab Imperatore, partim ab Electoribus, partim denique à reliquis Ordinibus, prout hi in Circulos sunt divisi. Ex quibus tamen Domini Electores præ omnibus, exceptô Cæsare, hoc habent præcipuum, quod singuli duos Adsessores, & sic tot, quot integri Circuli præsentare queant.

IV. Quod enim Imperatorem attinet, ordinantur ab illo præter Judicem & Præsides, duo quoque Adsessores Catholicæ Religioni addicti, quod in Instrum. Pac. ipsi concessum: Eosq; regulariter oportet esse graduatos juris, i. e. Doctores aut Licentiatos Juris. A Circulis Imperii, & sic præter Electores à cæteris Imperii Statibus omnibus, quippè qui in Circulos istos divisi sunt, præsentantur triginta quatuor Adsessores, ita, ut quilibet Circulus, multos Principes & Status complectens duos tantùm præsentet, exceptis Circulis mixtæ Religionis, ex quibus singulis

non

non solùm duos Catholicos, sed etiam binos Augustanæ fidei Dogmati addictos adsumere & eligere fas est, *d. Instr. Pac. Art. 5. §. 2.* Sic ordinat & præsentat *Circulus Austriacus*, non quidem jure Circuli, sed ex singulari privilegiô, Adsessores duos & quidem Catholicos, quamvis hodiè unicus tantùm ab hoc Circulo præsentatus adsit, qui vocatur *Philippus Christophorus* von Merle JCtus. *Burgundicus* itidem ex singulari privilegio, duos Catholicos: *Bavaricus* quatuor, cum & hujus Circuli Statibus Evangelicis sua libertas in præsentandis Cameræ Adsessoribus relicta sit, *Instr. Pac. Art. 5. §. ult.* qui hodiè ab hoc Circulo præsentatus, est *Joh. Ferd.* Fritz/ JCtus. *Franconicus* item duos Catholicos & duos Augustanæ Confessionis: *Suevicus* duos Catholicos, duosque Evangelicos, estque hodiè Johan. Adam Ernst von Pyrck equestris Ordinis: *Rhenanus Superior* duos Catholicos & duos Evangelicos: *Westphalicus* duos Catholicos & duos Evangelicos &c. Et hi quatuor ultimi Circuli alternando præsentant insuper unum Augustanæ Confess. addictum, Vid. *Instr. Pac. Art. 5. §. ult. R. J. de anno 1654.* §. demnach in den Friedenschluß rc. *Circulus* autem *Electorius* sivè *Rhenanus Inferior* hoc jure non gaudet, quoniam iste tantùm ex quatuor Electoribus juxta Rhenum habitantibus constat, qui aliàs jure suô Jus illud præsentandi exercent, ut mox audiemus; nihilominus tamen, licet Circulus iste non præsentet, salarium solvere tenetur. Quot verò Circuli olim jus præsentandi Adsessores habuerint, videri poterit ex *O. C. P. 1. Tit. 2.* Sed quibusnam præcisè Principibus in dictis Circulis illud præsentandi jus competat, (omnes enim, qui in istis numerantur, in ejusdem juris possessione non sunt) Schema in *Art. 5. §. 52. Instr. Pac. & §. 30. Notandum Rec. 1654.* demonstrat; quamvis id omni ex parte perfectum nondum sit, nec planè formam suam integrantem & essentialem acceperit, & multi, imprimis in Circulo Rhenano Superiori jus præsentandi adhuc prætendunt. Illud tamen notandum, quod in quôvis Circulô Directoribus scribatur à Cameralibus, qui deindè illos Principes Circuli, quos Ordo præsentandi tangit, de Præsentatione efficiendâ admonent, uti annotavit. *Blum. de Proc. Cam. Tit. 7. §. 13.* Cæterùm, ex his Circulis præsentatorum dimidiam partem grá-

graduatos, dimidiam verò ex Nobilibus esse oportet, inter quos Praxis admisit hodiè etiam noviter creatos Nobiles, *Rhet. Inst. J. P. Lib. 4. Tit. 1. §. 9.*

V. At enim verò, quod Serenissimos Electores attinet, de quibus potissimùm sermo, à singulis, ut diximus, (Rege Bohemiæ tantummodò exceptô, qui salvô jure Status Electoralis Imperii, ad Cameræ Constitutionem ne quicquam vel operæ vel pecuniæ tribuit,) præsentantur duo Adsessores, atque ita in totum hodiè, postquam Hannoveranus accessit, sedecim: Undè manifestum utique est, in eô Electores culmen aliquod præcipuum præ Circulis, & consequenter præ reliquis omnibus Pincipibus & Statibus Imperii habere. Sic itaque Elector *Moguntinus* præsentat duos Adsessores & quidem Catholicos: *Trevirensis* duos itidem Catholicos: *Coloniensis* duos Catholicos: *Bavaricus* duos Catholicos: *Saxonicus* duos Augustanæ Confessionis: *Brandenburgicus* duos Augustanæ Confessionis: *Palatinus* duos etiam hactenus Evangelicos, quorum unus tamen reformatæ Religioni addictus, Vid. *Inst. Pac. Art. 5. §. 52. & penult.* junct. *R. J. de anno 1654. §. 23. & 169.* add. *Blum. ad Proc. Cam. Tit. 7. §. 9. & Autor Comitiolog. Rat. de anno 1654. P. V.* Et denique Elector *Brunsuico-Lüneburgensis* duos itidem Adsessores Augustanæ Confessionis. Ubi observari meretur illud, quod, si in domô Electorali Bavaricâ, lineâ Wilhelminâ extinctâ, Electoratus iste vi Instrum. Pac. Palatino adsignaretur, tunc ejusmodi Bavaro adscripta Præsentatio duorum Adsessorum ad Catholicos Circuli Franconici, Suevici, Rhenani Superioris, & Westphalici pervenire debeat, ita quidem, daß dieselbe in solcher zween Præsentation untereinander exclusis omnibus aliis zu alterniren haben sollen / *Lundorp. Act. Publ. Tom. 3. Lib. 7. fol. 334.* Hancque præsentandi potestatem Domini Electores à primâ statim Institutione Judicii Cameralis habuerunt, ita tamen, ut ab initio singuli non nisi unum Adsessorem præsentare potuerint, *Blum. c. l. Tit. 4. §. 7. & Tit. 6. §. 9. seqq.* Qui hodiè à Dominis Electoribus præsentati Judicio Camerali adsident, sunt: **Christoph Johann von Friesenhausen** immediati Equestris Ordinis Circuli Rhenani Superioris, præsentatus ab Electore Trevirensi: **Johan. Henrich Daniel von**

Rid-

Ridder / immediati Equestris Ordinis Circuli Rhenensis, præsentatus ab Electore Coloniensi: *Fridericus Franciscus à Neuhoff*, genañt Ley / præsentatus à Sereniss. Electore Brandenburgico: *Christianus Philippus* Brinck / JCtus., præsentatus à Sereniss. Electore Palatino; Hactenus enim nec iste numerus definitus reverà completus fuit.

VI. Hoc autem nobilissimum suum jus Electores, imò omnes, qui aliàs isto gaudent, tempore Vacationis Adsessoratus, intra sex menses à die Requisitionis, i. e ab eo computandos tempore, quô locum vacare sciverunt, hodiè exercere tenentur, aliàs, si in præsentando moram nectunt, ultra sex menses Cameræ Judex & Adsessores aliquem idoneum ex eorum Provinciis recipiunt, doch mit dieser vorhergehenden Warnung / wofern nach der vorgesagten Denunciation von denen Churfürsten und andern gehörigen Ort keine qualificirte Persohnen zu Adsessoren verordnet und præsentiret werden / daß alsdann der Cammer-Richter und Beysitzer nach Ausgang der Zeit (sechs Monaten) eine geschickte Persohn annehmen wolten / *O. C. Part. 1. Tit. 4.* §. **Wer auch also** ꝛc. Quamvis hodiè Collegium Camerale insuper adhuc 14. dies, aut longissimum 14. hebdomadas Præsentationem exspectare teneatur per *§. 22. Recess. 1654.* Et quidem quoad Electores in specie, debent ii, qui ab Ecclesiasticis præsentantur, regulariter esse graduati juris, Doctores aut Licentiati; sed Electores Seculares ex nobili sanguine natos præsentare tenentur. Quod si tamen hi Nobiles, illi Graduatos omni adhibitâ diligentiâ invenire non possent, tunc loco graduatorum Nobiles & vice versa recipiuntur. Cæterum, in genere ab Electoribus tàm Ecclesiasticis quàm Secularibus præsentati debent esse (1.) Honestis natalibus orti. (2.) Honestæ ac integræ vitæ, eines ehrbahren Wesens und Wandels / *O. C. P. 1. T. 3. §. 1. & 2.* h. e. ut *Lucanus*, & ex eo *Besold. de Consil. Polit. Axiom. 402.* inquit:

Justitiæ Cultor, rigidi Servator honesti,
In commune bonus. (3.) Ex natione germanicâ Oriundi. (4.) Legitimè nati, non Legitimati. (5.) Pontificiæ vel Augustanæ Confessionis, aut Reformatæ Religionis, *arg. Art. 7. Instrum. Pac.*

 (6.) Re-

(6.) Rerum Germanicarum periti. (7.) Comites, Barones, Nobiles vel JCti. *O. C. P. 1. Tit. 1.* & (8.) ex *alleg. Ord. Cam. P. 1. Tit. 4. §.* aus denselben ꝛc. ab iis requirebatur, ut ad minimum 5. annos in Academiis Germaniæ (auf Deutschen Universitäten) Studio Juridico operam dederint. Sed hoc ex *noviss. Rec. de anno 1654. §. 18.* correctum; Cum enim hodie multi apud Hollandos, Italos, Gallos &c. tàm linguarum quàm aliorum Corporis exercitiorum causâ demorentur, & ibi simul strenuam operam juri navare soleant, non pauci etiam intra minus quinquennio spacium diligentiâ fundamenta juris sufficienter edocti, citius ad Forum se conferant, hinc constitutum, ut non adeò exactè observatô studiô juridicô quinquennali in Academiis sub Imperio sitis, magis dexteritas & causas juridicas disceptandi experientia attendatur: quo adauctus Adsessorum numerus in hac penuria verè & solidè eruditorum hominum eò commodius suppleri possit; quemadmodum etiam ex *eadem dicti Rec. Constitutione, §.* Gleichwohl aber und dieweil *27.* non amplius hodiè duos, aut tres simul, prout olim, quo inter hos Camera optionem haberet, Electores necesse habent, sed si unus idoneus præsentatus fuerit, Collegium Camerale illum, si ad cætera aptus deprehensus sit, recipere, & ad Relationem pro Adsessoratu admittere tenetur. Nominati enim hac ratione à Principibus & Statibus in Adsessorum numerum non recipiuntur, nisi prius à Judice & Adsessoribus probè examinati fuerint. Traduntur nimirum Præsentato, ad exhibendum Industriæ specimen, Acta referenda, de quorum contentis & causæ meritis postmodum à Deputatis, coram quibus Dominus Præsentatus Acta refert, amicè interrogatur: Exploratâ per Relationem industriâ & eruditione, suffragia singulorum Adsessorum à Judice aut ejus Vicario colliguntur, quibus annuentibus solenniter, præstitô tamen prius juramentô, in Collegam & Adsessorem in pleno Consessu recipitur, & à Cæsare deindè confirmatur. Quod munus susceptum, ante sena expleta Stipendia, i. e. ante Sexennium sine justis causis, de quibus Commissarii & Visitatores Cameræ cognoscent, à se abdicare non potest.

DISCUR-

DISCURSUS XVI.

De
Jure Extremi Resortûs, sivè Privilegiô de Non-Appellando.

I.

INter fulgentissima Electorum Jura, quæ ad Officium, Potestatem & Libertatem eorum pertinent, jure merito porrò recensetur *Jus Extremi Resortûs* sivè *Privilegium de Non-Appellando*, quô hodiè in Imperio nostro indifferenter & indeterminatè, nullâ habitâ ratione certi valoris vel causæ prægnantis, Domini Electores quà tales, universi & singuli gaudent: septem quidem vi *A. B. Tit. 8. & 11.* Bavarus autem ex speciali Privilegiô Ferd. III. Imperatoris, de datô Prag. d. 28. Aug. Ao. 1638. & noviss. Elector Brunsuico-Lüneburgensis vigore ipsius Electoratus, cum iste cum omnibus annexis juribus, atque ita quoque cum hoc Privilegio de Non-Appellando ad eum pervenerit. Quod Splendidissimum jus etiam Sereniss. Electoribus in Capitulationibus Cæsareis à Rege Rom. confirmatur in §. Auch sollen und wollen Wir die Churfürsten ꝛc. verbis: Bevorab auch jeden bey seiner Immedietet, Privilegio de Non-Appellando & Evocando bey der ersten Instantz &c. bleiben lassen. *Cap. Ferd. II. A. 14. Ferd. III. A. 17. Ferd. IV. Art. 15. Leopold. Art. 18. & noviss. Joseph. Art. 17.* cujus vigore omnibus, sivè sint Subditi vel Incolæ, sivè Extranei, aut quivis alii in Forô eorum litigantes, quantumvis contrariô ab Imperatore Privilegiô

 dona-

donati, quod probat *Carpz. Quæst. 2. ad* A. *B. subjuncta Disp. Feud. 6.* ademta est facultas, à Processibus, Decretis & Sententiis, tàm Definitivis quàm Interlocutoriis, End- und Bey-Urtheil/ ab ipsis, vel Officialibus eorundem latis, appellandi ad quodcunque Tribunal aliud, sivè sit *Curiale*, Käyserliche Hof-Gericht: *Provinciale*, Käyserliche Land-Gericht: *Dicasterium Rohtwilense*, das Käyserliche Hof-Gericht zu Rothweil. Summum *Prætorium Wetzlariense*, imò etiam *Consilium Aulico-Imperatorium*, der Käyserl. Reichs-Hof-Raht; quod quilibet facilè fateri cogitur, qui generalitatem Verborum *cit. Tit. 11.* A. *B.* Daß kein Unterthan an ein ander 2c. benè pensitaverit.

II. Credidit namque Gloriosissimus Imperator, Dominos Electores ob singularem eorum Industriam, Gravitatem, Fidemque exploratam in administratione justitiæ, non aliter judicaturos esse pro sapientia ac luce Dignitatis suæ, quàm ipse foret judicaturus, ut de Præfectis Prætorio dicitur in *L. un. §. 1. ff. de Offic. Præfect. Præt.* in quibus idem jus hanc ob rationem in Senatu olim Romano introductum, add. *L. 1. ff. à quib. appell. non lic. L. 19. C. de Appellat.* Imò, absonum fuit visum, id juris denegare Electoribus, de quô exteri gloriantur Reges ac Principes, quibus tamen ratione Dignitatis haud quaquam cedunt, uti suprà in *P. Special. Memb. I. Disc. IV.* audivimus; Ut taceam multiplicem curam & sollicitudinem, quam Electores pro rebus ac quiete Imperii die noctuque sustinent, quæ procul omni dubio huic Privilegio caussam quoque dedit non minimam. In Electore quidem Saxoniæ specialis quædam ratio militare quibusdam visa est, quod nempè is defensor sit singularis constitutus Juris Saxonici, cujus mentionem etiam facit Ferd. I. Imperator in Privilegio de Non-Appellando Augusto Electori Saxoniæ d. 2. Maji Ao. 1559. Augustæ dato, vel potius confirmato, vers. Es wäre auch solche Gewohnheit/ cujus tenorem exhibet A*yrer. P. 2. Process. Cap. 4. Obs. 2.* & post eum *Limn. Lib. 3. J. P. Cap. 10. §. 41.* Undè etiam putat *Heig. Quæst. 4.* P. *1. §. 33.* jam tùm ante promulgationem Aureæ Bullæ singulari Vicariatus Imperii jure & Juris Saxonici tutelæ consideratione hoc Privilegium de Non-Appellando invaluisse: Et quod Sa-

Saxonici juris ratio solummodò habeatur, ideò diutius cæteris illud à Saxonicis Electoribus usurpatum fuisse; quibus tamen in tantùm calculum nostrum adjicimus, ut nihilominus, si pragmaticam illimitati hujus Privilegii Sanctionem tàm in respectu ad Saxonem, quàm ad cæteros Electores indagare lubeat, non nisi ex *A. B. Tit. 11.* §. Und ordnen Wir hiemit ausdrücklich/ istam petamus.

III. Hujus verò Dispositio posteà apud nonnullos Electores, Ecclesiasticos nimirum & Palatinum Rheni aliquo modo in desuetudinem abiit; fortassè, quod ipsis quoddam *Judicium Revisorium* vel *Leuterationis* instituendum fuisset, cui Privilegia ista inniti videbantur: Vel quod Ordines Provinciales sese opposuerunt; atque sic hi à se appellari Subditis suis permiserunt. Quamvis non nisi liberrimâ facultate & spontaneâ quasi conventione, reservato prædicto sibi Jure & Privilegio in A. B. datô, Ihrer Churfürstl. Freyheit und Gerechtigkeit damit doch gantz unbegeben/ adeò, ut, quandocunque placuerit, subditis suis, ne amplius ad Imperatorem & Cameram Imperialem sivè aliud aliquod Tribunal provocent, etiam mandatis pœnalibus inhibere, & sic iterum jure hoc liberè uti potuerint. Deindè quoque Appellatio ab hisce Dominis Electoribus fuit concessa non absolutè & simpliciter, sed sub certô modô & ad certam duntaxat pecuniæ summam. Hinc Subditis Electoris Moguntini tùm demum appellare licuit, quando causæ valor adscendit ad Summam 400. Florenorum, wann die Haupt-Sach 400. Gülden wehrt und nicht darunter gewesen/ ex Privilegio de Ao. 1521. *Lmn. J. P. lib. 3. Cap. 4. §. 7.* Appellans quoque, antequam Appellationem suam prosequi inceperit, Appellationis juramentum ac cautionem præstare fuit coactus, quod videre licet in der Chur-Maynzischen Hof-Gerichts-Ordnung *de anno 1521. Tit.* von welchen Urtheln *appelliret* werden solle oder nicht. Simili ratione ab Electore Trevirensi pariter & Coloniensi provocare non licuit, nisi in causis 1500. Florenos Rhenenses aureos, Rheinische Gülden im Golde/ excedentibus. In causis autem momentaneæ possessionis Appellatio penitus fuit interdicta, salvô tamen (quoad Coloniensem videl.) Petitoriô: In reliquis

intra trimestre à die latæ sententiæ computandum Appellans Juramentum Calumniæ, (der Eyd für Gefährde) nec non cautionem juratoriam sub Hypotheca omnium bonorum præstare tenebatur, aliàs Appellatio habebatur pro nullâ & illegitima, uti hæc omnia satis patescunt ex Privilegiis, altero dato Johanni Archi-Episcopo & Electori Trevirensi ab Imperatore Ferdin. I. Ao. 1562. d. 23. Novem. Francofurti ad Mœnum: Altero ab Imper. Maximiliano II. Electori Coloniensi concesso de A. 1570. d. 19. Aug. Spiræ, quod utrumque refert *Limn. J. P. L. 3. c. 5. & 6.* Et sic etiam vigore Privilegii Rudolphi II. Imperatoris Ludovico Palatino Electori Ao. 1578. d. 23. Octob. Pragæ dati ab ipsius sententiis Appellatio fuit interdicta, nisi summa controversa mille Florenos, 1000 Gülden im Golde/ excesserit, quæ quidem Summa anteà per alia quædam Privilegia erat inferior, quod videre licet apud *Limn. c. l. C. 9. §. 87. & Dan. Otton. in Diss. de Jur. Publ. Cap. 11.* Ex quibus itaque satis manifestum, Dominos istos Electores hoc suum Privilegium de Non-Appellando per contrarium usum penitus perdidisse nequaquam dici posse, cum solliciti semper fuerint, ne appellare liceat ab eorum sententiis, nisi in certis duntaxat causis, sæpiùs petendo ideò ab Imperatoribus Privilegia, nonnunquam etiam inhibitiones contra ejusmodi attentatas Subditorum Appellationes.

IV. Verùm, Rex Bohemiæ, Saxo & Brandenburgicus hujusmodi illimitatum Privilegium à primæva ejus origine integrum semper & constanter retinuerunt, nec ullo modo suis permiserunt Subditis, ut ab ipsis appellarent: Imò, specialem insuper hujus juris confirmationem & renovationem Elector Saxoniæ imprimis & Brandenburgensis majorem ob cautelam obtinuerunt, ille à Ferd. I. Imperatore de dato Augspurg. d. 2. Maji Anno 1559. hic à Rudolpho II. Imperatore de dato Prag. d. 24. Jul. Anno 1586. quam renovationem verbotenus vide sis apud *Carpz. in Comm. ad Leg. Reg. Cap. 9. Sect. 8. §. 9.* hoc tamen discrimine, quod Privilegium Electoris Brand. tantummodò restringatur ad Electoratum: Saxonis verò non soli Electori indultum, sed & ad alios Duces & Principes Saxonicæ Familiæ, lineæ non Electoralis, auf die

Chur-

Chur- und Fürsten des Hauses Sachsen / extensum sit, qui commune cum eodem illud habent, quô de Vid. *Andreas Knichen in peculiari de hoc Jure edito Tractatu, & Carpz. in suis Diss. Histor-Polit. Jurid. sub Titulo de Jure ac Privileg. Princ. Elector. & Ducum Saxon. de Non-Appellando.* Quod verò de Electore Brand. prodidit *Heig. P.1. Qu. 4. §. 22.* aliique cum eo, videlicet, eundem jus suum de Non-Appellando non usu quondam amisisse, & posteà per singularem Concessionem ab Imperatore Rudolpho II. de novo demum recuperasse, illud disertè repugnat verbis Rudolphi Imp. Tenor enim ejus Privilegii Dno. Electori concessi Veteris Juris de Non-Appellando confirmationem, non novi concessionem præ se fert; Ita enim inter alia dicit: Daß Wir solche der Churfürsten zu Brandenburg hergebrachte Gerechtigkeit des Nicht-Appellirens von Ihren Urtheln / Decreten und Erkäntnissen / dessen Sie / wie obgemeldet / ohne des befugt / und bisher unverruckt erhalten / 2c.

V. Quicquid tamen sit, hodiè per ultimum Recessum Imperii Ratisbonensem de Ao. 1654. §. 111. & 115. Domini Electores Renovationem illimitati hujus juris de Non-Appellando, per A. B. concessi, omnes & singuli denuò obtinuerunt, & solum adhuc video exclusum Trevirensem, eo quod iste hoc suum Privilegium una cum cæteris Electoribus tunc sibi renovari non curaverit, sed per se concesserit, ut instituto Petitorio & summa mille florenos aureos Rhenanos attingente, à se ad Cameræ Judicium provocari possit: quam Concessionem Dominus Elector Cameræ insinuavit, ac die 13. Dec. Ao. 1653. per sententiam confirmari fecit, ut testatur *Blum. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.* Maluit enim fortassè exercitio hujus juris abstinere, quàm novum in suis ditionibus Tribunal erigere, quo instantia Cameralis ex Privilegii præscripto suppleatur: Idque eò magis, quod Cameram Spirensem tunc temporis admodum habebat vicinam. Proindè, gaudet rursus hodiè Privilegio de Non-Appellando puro & illimitato, h.e. nullius causæ cujusdam vel certæ pecuniæ summæ conditionato (1.) *Elector Moguntinus*, ita tamen, ut constituatur Judicium Revisorium, daß Ihre Churfürstl. Gnaden Dero Unter- und Ober-Hof-Gericht nohtdürfftiglich bestellen / und ein Judicium Revisorium auf-

aufrichten / juxta contenta Privilegii Imperatoris Ferd. III. de dato Regenspurg d. 30. April. Ao. 1654, quod confirmatum in Camerâ Imperiali Spiræ d. 9. Mart. A. 1655. Huic enim Privilegia de Non-Appellando in Originalibus insinuanda sunt, quo Judex atque Adsessores se in concedendis Processibus & aliàs, prout decet, gerere queant. Judicium autem Revisorium est remedium extraordinarium, quo ex quadam benignitate & Clementia ibidem læsis, per Commissarios ad id deputatos succurritur, adversus sententiam sine dolo, non tamen sine errore & culpâ latam. (2.) *Coloniensis*, sed ut pariter Judicium constituatur Revisorium; quamvis Dnus. Elector secundum Land-Tag-Schlusses *die 15. Maji anno 1655.* cum Statibus suis Provincialibus contraxerit, daß Er des Privilegii de Non-Appellando allein in Possessoriis gebrauchen wolle / in Petitoriis verò & summâ mille florenos aureos Rhenanos attingente, wann die Summa ein tausend Rheinischer Goldgülden übertrifft / à se ad Cameræ Judicium provocari debeat. In rebus feudalibus autem Appellationes ad Imperatorem, vel quodcunque summum Imperii Tribunal, prorsus sunt interdictæ, & licet Vasallis non nisi ad ipsum Dominum Electorem appellare, bey dessen Ausspruch es auch sein Bewenden hat. (3.) *Rex Bohemiæ* ex *A. B. C. 8.* ubi in specie ipsi hoc Privilegium expressè datum, vel potius innovatum, cum jam tùm ante Legis hujus Imperii fundamentalis particularis promulgationem ex anteriorum Imperatorum concessione & consuetudine illud habuerit, sicut evidenter apparet ex verbis *cit. Cap. 8. A. B.* Darum dieselbe Freyheit / Gewohnheit und Gnade erneuern Wir aus Vollkommenheit Käyserl. Gewalts / rechten Wissen / und bestätigen Sie mit diesen gegenwärtigen Käyserl. Gesetzen / 2c. Idque jus etiam Rex in huncusque diem semper salvum retinuit, vi cujus nulla persona ejusdem Regni à sententia in judicio Regni latâ extra Regnum provocare potest. Excipit tamen *Goldast. de Rege. Boh. Lib. 4. C. 13. §. 24.* casus nonnullos, quos ex ipso recenset *Limn. Lib. 3. C. 8.* (4.) *Elector Bavariæ*, vigore Privilegii Ferdinandi III. Imp. de dato Prag. d. 28. August. Ao. 1638., quod in Camerâ d. 21. April. Anno 1644. confirmatum, cum insertâ pœna in transgressorem ejus 100. Marck lötiges Goldes

&

& extensione in Palatinatum superiorem, allwo sonst die Summa über 500. Rheinischer Goldgülden appellabl gewesen; quod etiam Jus extensum scil. auf die Ober-Pfaltz nullo modo desinet, si juxta Instr. Pac. aliquando cum Electoratu Palatinatus hic, extinctâ lineâ Wilhelminâ, superstite verò Palatinâ, ad Palatinos rediret, eo quod hic Electoratus cum omnibus annexis Juribus ad eos, Palatinos scil., redire debeat. (5.) *Elector Saxoniæ* ex suprà citato Privilegio Ferd. I. Imperatoris, quod Cameræ insinuatum die 24. April. A. 1560. cum pari statuta pœna in transgressorem 100. Marck löthiges Goldes/ cujus dimidia Dno. Electori, dimidia altera Cameræ Imperiali cedit. Et quidem gaudet Dnus. Elector Privilegio isto in tantum, ut nunc extraneis ab ejus judicio appellare quoque non liceat, *Knichen in Privil. Saxon. verb. litis procuratoriæ nescium Cap. 3. §. 8.* (6.) *Elector Brandenburgensis*, tàm ex Privilegio Rudolphi II. Imp, de quô anteà dictûm, quàm ex *A. B. Tit. 11.* Et ideò quoque ab Electorali Pomeraniâ Appellationes ad Cameram non devolvuntur, quod tamen persuasum sibi habet Autor *Limn. Enucl. Lib. 3. Cap. 21. §. 3.* Extinctâ verò Lineâ Brandenburgicâ, quoniam per *Art. 10. Instr. Pac.* Pomerania tota ad Reges Sueciæ pervenit, Wismariam, eo casu eveniente, appellandum est. (7.) *Elector Palatinus* vigore Privilegii Ferd. III. de dato Prag. d. 17. Jul. Ao. 1652. ratione Electoratus & Palatinatus Inferioris, cum appertinentibus territoriis, auf Dero Chur- und Fürstenthum der Untern-Pfaltz und zugehörigen Landen/ Vid. *Blum. de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.* Da vorhero in Sachen/ welche ein tausend Rheinische Gülden übertroffen/ von Chur-Pfaltz appelliret werden können: Hinc Sereniss. Elector Carolus Ludovicus ante tempus immemoriale erectum Dicasterium Heidelbergæ restauravit. Denique hôc Privilegiô purô & illimitatô, h. e. nullius certæ pecuniæ summæ amplius conditionatô, hodiè quoque nunc gaudet Sereniss. *Elector Brunsuic. & Lüneburg.*, eo quòd Electoratus cum omnibus annexis Juribus & Præeminentiis, atque sic etiam cum hoc jure de Non-Appellando ad eum pervenerit. Licet jam tùm hujus Sereniss. Domus Guelficæ Privilegium istud auf die drey Churfürstenthümer/ Zelle/ Wolffenbüttel und Calenberg/ ex Privilegio Ferd. III. de Ao. 1651. ad 2000. flore-

florenos extensum fuerit, in bekandten liquiden Schulden aber gar nicht hat appelliret werden dörffen.

VI. Attamen, hæc omnia nihilominus in genere admittunt limitationem quandam, in casu videlicet Nullitatis, itemque protractæ vel apertè denegatæ Justitiæ. Tunc enim prædictum Privilegium omnibus indistinctè Electoribus competens vires suas perdit, prout expresse dispositum in A. *B. Tit. 11.* verbis: Da aber das Recht nicht mitgetheilet werden wolte/ ꝛc. add. *Gail. 1. Obs. 28. §. 1. seqq. Carpz. de Leg. Reg. Cap. 9. Sect. 4.* Et hinc quoque Imp. Ferd. I. in suprà citato suo Privilegio Augusto Electori Saxoniæ dato dicit: Es wäre dann/ daß Klägern wissentlich Recht versaget oder gefährlich verzogen würde / so möge Kläger solch Recht vor Uns und Unserm Hof-Gericht wohl suchen. Idque haud sine ratione. Diximus namque, Privilegium de Non-Appellando Dominis Electoribus ideò fuisse concessum, quod persuasum sibi habuerit Imperator, eos non aliter judicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret judicaturus; Hoc igitur si non præstent Electores, sed prorsus denegent justitiam, cessare etiam, cessante sic Privilegii causa, Privilegium ipsum, quilibet facilè fatebitur. Quid? quod denegantes justitiam indignos se facere judicantium officio, amittereque Privilegium de Non-Appellando, insuper probetur per textum expressum *O. C. P. 2. Tit. 1. §.* Es soll auch/ ꝛc. Quomodo autem denegata vel protracta justitia debeat probari, Vid. apud. *Gail. c. l. §. 3.* nimirum Instrumento publico supplicans istam debet docere: regulariter quippè in Judice non præsumitur Negligentia, nisi probata sit legitima requisitio, *Novell. 17. Cap. 3. L. 2. C. de Offic. Civ. jud.*

VII. Verum enim verò, splendore illimitati hujus de Non-Provocando juris præter Dominos Electores adhuc alii Principes & Status, quamvis paucissimi, coruscant, exceptis tamen causis, quæ immediatè Cameræ jurisdictionem fundant, de quibus *Gail. lib. 1. Obs. 1. seqq. Schwanman. lib. 1. Process. Cam. Cap. 7.* Ita enim naturâ comparatum est, ut, ubi quid aliis proficuum videat, etiam ad illius adsecutionem anxio properet desiderio. Sic hoc jus protractum est ad Archi-Duces Austriæ, excepto casu apertè denegatæ ju-

justitiæ ex Privilegio Caroli V. Imp. de dato Augspurg d. 28. Sept. Ao. 1530. quod refert *Limn. J. P. Lib. 5. Cap. 2. §. 33. seqq.* idque Cameræ Spirensi quidem insinuatum, sed ab eadem nec tùm receptum neque confirmatum teste *Blum. c. l. Tab. III.* Item: ad Regem Sueciæ ratione Ducatuum, Bremensis, Verdensis & Principatus Rugensis, ut & Dynastæ Wismariensis, vigore *Instr. Pac. A. 10. §. deindè concedit 12.* quod etiam Ao. 1651. in Camerâ Spirensi fuit acceptatum, ita tamen, ut summum aliquod Tribunal commodo in Germaniâ loco constituatur, ad quod Appellationes deferantur, eique idoneæ præficiantur personæ, quæ unicuique jus & justitiam secundum Imperii Constitutiones administrent. Quale Tribunal hodiè est Wismariense, quod Cameræ Imperiali surrogatum, idque erectum Ao. 1653. d. 17. Maji, Præside Comite Oxenstierna, & Vice-Præside Dn. D. Mevio, cujus insignia in Jurisprudentiâ merita erudito Orbi ex doctis in lucem editis scriptis satis nota, und ist den 12. Sept. dict. anno das erste Appellation-Gericht eröffnet/da zum erstenmahl 83. Procefs anhängig gemacht worden/ ut refertur in *Contin. Theat. Europ. ad ann. 1653. p. 424.* Similis est exemtio à Jure provocandi Ducum Würtenbergensium, quam obtinuerunt ex privilegio à Maxim. I. Imp. A. 1495. concesso, *Caspar. Klock. Disp. Inaugur. de Regal. Dignit. Cap. 1. §. 66. seqq. Blum. c. l.* item: Des Land-Gerichts in Francken/ Gröningen in Frisiâ, *Myler. ab Ehrenbach de Prin. & Stat. Imp. P. 2. Cap. 42. §. 8.* id tamen inter Subditos tantùm locum habere, & Extraneos, eo non obstante, ad Cameram appellare posse, *Auctor Pandectar. Cameral. lib. 1. Tit. 20. sub fin. Class. III. Principum Secularium* refert. Quo referebatur olim etiam Dux Lotharingiæ & Burgundiæ, ex transactione Noribergensi 1542. *Mynf. Cent. 5. Obf. 58. §. 1.* sed hodiè tenet & Lotharingiæ & Burgundiæ totum fermè Ducatum Rex Galliarum, ejusque jura exercet.

IIX. Cæteri verò Ordines & Status pariter quidem hujusmodi habent Privilegium, sed conditionatum, h. e. vel ad certas causas, vel ad certam pecuniæ summam restrictum, *Dan. Otto. J. P. C. 11. Carpz. de Leg. Reg. C. 9. Sect. 8. §. 2. seqq. Rumel. ad A. B. P. 2. Diss. 2. §. 2. seqq. Blum. c. l. Tab. 2.—6.* & quidem hodiè per *R. I. de A. 1654. §. 112.*

ab omnibus Imperii Statibus non licet appellare, nisi summa excedat 400. Reichsthaler; quam litigiosam summam Appellans disertis verbis narrare debet, *Gail. lib. 1. Obs. 103.* §. 1. videlicet, si agatur de rebus, quæ mensurâ, pondere & numerô constant, & quarum certa est æstimatio. Causæ autem injuriarum, itemque jura, v. g. jurisdictionalia, quæ facilè æstimationem in se non habent, nec non Sententiæ in causa Criminali, causaque Matrimoniali, aliisque casibus pluribus ab hac summâ excipiuntur, Conf. *Blum. Proc. Camer. Tit. 46. §. 59. seqq.* Attamen, hæc modo dicta summa appellabilis olim tanta non erat. Ao. 1521. enim primùm fuit constitutum, ut tùm demum appellare liceret, quando causæ valor adscendit ad 50. floren. *O. C. de anno 1521. Art. 24.* §. Und sonderlich ꝛc. posteà hæc summa extensa ad 150. floren. *R. J. Spir. de anno. 1570. §. 66.* quæ summa Anno 1600. duplicata, & facta 300. flor. *Deputations*-Abschied *de anno 1600.* §. Wiewohl 14. Et hæc denique novissimè Ao. 1654. secundâ vice duplicata, auctaque ad 600. flor. sivè 400. Imperial. *praalleg. §. 112. R. J. 1654.* Per quam tamen adauctionem Summæ appellabilis Statuum Imperii Privilegiis, quæ majorem continent summam (inter quæ eminet Privilegium Ducum Brunsuicensium & Lüneburgensium, ut suprà *§. V.* dictum) nihil detractum, sed in suo vigore maneant, *d. §. 112. vers.* Doch mit Vorbehalt ꝛc. Illorum autem Statuum Privilegia minorem summam quam 400. Imperial. continentia quoad summam appellabilem abolita sunt, cum Lex majorem libertatem & gratiam concesserit, quàm ipsum Privilegium, & per consequens illud ipsum non amplius eatenus Privilegium maneat. Sed ita non est comparatum cum Electorali Privilegio de Non-Appellando, quippè quod purum semper, ut diximus, & absolutum est, quod indifferenter, non habita ratione ullius summæ vel causæ prægnantis, omnem excludit Provocationem à Judiciis Dnorum. Electorum, idque propterea pingvius & illustriori fulget splendore. Quod etiam Imperator à Statibus Imperii requisitus atque admonitus se imposterùm iis, qui anteà illud non habuerunt, non concessurum promisit, *d. Rec. Ao. 1654. §.* Weiln auch 177. ibi: Daß die Privilegia de Non-Appellando nicht mehr

so

so bald sollen bewilliget werden : Fortassè ne eô ipsô Auctoritas publica magis magisque in privatam possessionem redigatur. Quod autem reliquis istis Imperii Ordinibus & Statibus (præter Electores) omnibus ejusmodi Privilegia de Non-Appellando scil. limitata fuerint concessa, factum est ob has potissimùm rationes, partim, ne Appellationes in tantô numerô ad Cameram protrahantur: partim, ut frivolis ac non necessariis Appellationibus occurratur: partim denique, ne litigantes ob parvas & viles causas, majores sumtus, quam ipsæ causæ sunt, faciant, ac sæpè ad paupertatem semetipsos redigant. Attamen, ne litigantibus propter ista privilegia appellare prohibitis de Judicum inferiorum imperitiâ ac idoneitate conquerendi occasio præbeatur, *in dict. Rec. de anno 1654. §.* Wie aber zu verhüten ꝛc. Statibus Imperii sub indictione pœnæ injunctum: Daß Sie Ihre Gerichte mit qualificirten Leuten also bestellen/ damit sich niemand darwider zu beschweren/ oder doch um so viel weniger zu beklagen/ dahero Ursach nehmen/ als wären dieselbige im Reich hin und wider dermassen besetzet/ daß man sich bey Ihnen in rechtlichen und andern wichtigen Sachen einer gleichmäßigen Billigkeit je weilen nicht zu versehen habe/ und dahero ans Cammer-Gericht zu appelliren gedrungen werde.

IX. Istud denique hôc locô adhuc meretur notari, quod Privilegium hoc de Non-Appellando â Privilegio de Non-Evocando, quod pariter à Car. IV. in *A.B. Tit. 11. pr.* solis Electoribus erat indultum, longè sit distinctum, quæ tamen *Justus Zinzerling in Diss. de Appell. Concl. 7.* ita confundit, ut utrumque pro uno eodemque venditare non dubitet: In cujus etiam sententiam pedibus ire videtur *Limn. L. 3. J. P. C. 2. §. 68.* Sed distinctionem horum Jurium tenor *§. T. 11. A. B.* ita: Daß keine Grafen/Edlen/Vasallen ꝛc. posteà *§.* Und ordnen Wir hiemit ꝛc. Car. IV. subjungit, ut nulli Comiti, Baroni, Vasallo Electorum ab ipsorum Sententiis appellare liceat. Deindè Privilegium de Non-Evocando primam potissimùm concernit Instantiam: Privilegium verò de Non-Appellando ad alteram pertinet Instantiam, quo Electorum Subditi & quivis in Forô eorum litigantes obligantur, ne ad aliud Tribunal appellent.

DISCURSUS XVII.

De
Jure Deponendi Cæsarem.

I.

INter Præeminentias Electorales locum non postremum quoque obtinet Potestas sivè Jus exauctorandi & deponendi Imperatorem. Quô de autem in præsenti Discursu dicturus non incongruum judico, ante omnia primùm disquirere: Num fas sis, electum Imperatorem justis ac sufficientibus de causis ab officio rursus deponere? Quod meo tenui judicio dubitandum non videtur: Nec verò etiam Doctorum quisquam hactenus temerè id negavit. Certum quidem, quod ipsemet *Hippolythus à Lapide P. 1. Cap. 3.* fateri cogitur, nullibi reperiri Legibus Imperii fundamentalibus, neque *Aureâ Bullâ*, neque *Capitulationibus Cæsareis*, neque *Instrumento Pacis*, neque alio *Recessu Imperii* de Imperatore exauctorando expressè quicquam definitum; præterquam enim, quod provocetur ad consuetudinem & longævam observantiam, nec præcisè opus fuit in Sanctionibus Imperii disertis verbis exprimere potestatem deponendi Regem Rom., cum illa jam tùm Sacrosancto Electionis juri tacitè adhæreat, & satis superque ex Capitulatione sit colligere, ejusmodi conditionem Contractus in istâ latere. Undè etiam *Schütz. Vol. Jur. Publ. Disp. 3. Th. 30.* scribit: Daß die Churfürsten nicht nöhtig haben/ in der Wahl-Capitulation mit ausdrücklichen Worten sich das Recht zu reserviren/ Krafft dessen Sie bemächtiget wolten seyn/ den erwehlten König abzu-

abzusetzen. Nam, ut suprà diximus, quando Imperator eligitur, committitur illi Administratio Imperii non absoluta, sed cum conditione, videlicet, ut eam exerceat secundum normam sibi præscriptarum Legum, quas se observaturum sacramenti religione quoque promittit. Hoc si facere negligat, & transiliat lineas istas præscriptas, indignum sanè se reddit nomine & officio, & sic non tantùm ea dicuntur nulla esse, quæ Legibus fecerit contraria, sed & utique desinit Imperator esse talis, qualis esse deberet, atque fit temerator jurisjurandi, quô se obstrinxit. Exindè etiam ab iis, quibus juramentum præstitit, ob violationem ejus quasi puniri potest, & si inemendabilis est violatio, & quæ ipsa Reipubl. fundamenta afficit, jure etiam ab Imperio removeri. Dann so es einmahl unter einem Könige und dessen künfftige Unterterthanen bey der Auftragung der Administration des Reichs beliebet ist / daß Er auf gewisse Maaß der Regierung sich unternehme / und in denen Sachen / darin Er nicht freye Macht zu schalten hat / mit der Stände Zuziehung die Regierung führe / und ohne derselben Consens nichts beschliesse / auch wann Er etwas darwieder thun würde / die Stände daran nicht solten gehalten seyn; So erhellet daraus zur Gnüge / daß dem Könige nicht blosserdings und in allem Stücken / ein blinder Gehorsam versprochen / sondern so weit Er der Capitulation gemäß regieren werde. Wer nun auf diesem Fall dasjenige / was Ihm nicht zu kommt / unternimmt / und wil also die Freyheit des Landes vorsetzlich kräncken / der kan auch von denjenigen / deren Gerechtigkeiten Er wider seinen Eyd zu kräncken trachtet / mit Gewalt wohl werden zurück getrieben: Und wann Er von seiner gewaltsamen Turbirung nicht abstehen will / Ihm / als einem öffentlichem Feinde / der Gehorsam aufgekündiget / und also jure belli auch seines habenden Antheil des Reichs entsetzet werden Nam eo casu Princeps sese ipsum Majestate sua per ejus abusum privat, & Subditis licentiam reddit, sibi prospiciendi de alio Principe. Dico, si verè inemendabilis & gravis violatio. Etenim, ob leviculam quandam causam, & quæ Statum publicum non lædit, Capitulationis tamen Legibus adversatur, ad ejusmodi Exauctorationis Actum omninò neutiquam statim est prosiliendum, quod contra Vasquium *Grot. L. 2.*

C.1. §.9. evincit. *Optimos Principes voto expetendos, qualescunq; autem patienter ferendos* prudentiſſimi Taciti monitum eſt: Cum fieri vix poſſit, propter humani ingenii imbecillitatem, ut non interdum iniqui aliquid decernatur; pauci ſiquidem Principes ex votô omnium imperarunt, & rariſſimum eſt exemplum Rex immaculatus, ut loquitur *Cauſſin. Diſſ. 9. ad Lib. 2. Regum.* Imò tanta Majeſtati ineſt religionis opinio, ut in dubio penè ſemper juſtè agere exiſtimetur. Quid? quod in univerſum ferendum ſit minus malum, quo evitemus majora, ſolent verò mutationes illæ violentæ Imperantium tantum non ſemper conjunctæ eſſe cum maximo Reipubl. diſcrimine. Proindè, ſi Imperator contravenit contractui vel Capitulationi juratæ, & talem ſe non præſtat, qualem fore ſe promiſit, magnâ tùm prudentiâ, tùm moderatione agendum, ne malum medicinâ creſcat: non armis, ſed obteſtationibus humillimis, non ſeveris caſtigationibus, ſed blandis deprecationibus & remonſtrationibus ſubmiſsè prius adeundus eſt, & commonendus jurati officii, ut contraventiones tollat; Si audiat preces & monita, iniquum eſſet, in illum gravius animadvertere: Sin minus, ſed pergit violare fidem pactionibus Capitulationibus promiſſam, neglectæ priores preces denuò iterandæ: Si & iſtæ ſine fructu excedunt, non inappoſitè à Doctoribus prius adhuc ponitur illud lenius remedium, ut ea pars ſummæ poteſtatis, quâ abuſus reperitur Cæſar, in pœnam ei auferatur: Vel, ut vivo adjungatur Curator Imperialis ſivè Rex Romanorum. Quod ſi autem nec monitis, nec precibus, nec aliis lenioribus viis tentatis flecti ſe patiatur, ſed furere, Legesque & judicia Imperii enormiter neglectui habere pergat, atque ſic citra omnem ſpem meliorum ſe Imperio reddat indignum, nec ſaluti Reipubl. aliud, niſi mutatâ ejus perſonâ remedium applicare utile ac neceſſarium ſit, noſtrum quidem non eſt, conſilium dare, ut tùm demum jure optimo ad violentum remedium & jus deturbandi à ſolio Cæſarem proſilire queat. Hoc tamen veritati congruit, quod finis Electionis, qui eſt ſalus Reipubl., vix ac ne vix quidem obtineri poſſit, niſi illi, qui hanc promovere ſtudent, recipiantur, & removeantur illi, qui eam omni conatu ni-

nituntur convellere. Ubi tamen parcendum Cæsaris personæ, quæ sacrosancta censetur, cujus sanguinem profundere nefas sit. Quis enim extendet manum suam ad unctum Domini & impunis erit? quærit David in gravissimis persecutionibus, quas à Saule passus fuit, *1. Sam. C. 26. v. 9.* Et eò inclinant plerique Juris Publici Doctores, *Limn. in Proleg. ad Capitul. Sect. 10. §. 7. Dieter. in Not. ad A. B. p. 44. Hortled. in Disc. de Leg. Reg. Germ.* apud *Goldast. in Polit. Imp. P. 12. Reinck. de Reg. Sec. & Eccl. Lib. 1. Cl. 2. Cap. 2. §. 187. Carpz. ad Leg. Reg. C. 14. Herm. Fasc. J. P. C. 18. Tit. 33. Conring. Exercit. su. divers. loc.* Quibus etiam adstipulatur *Aut.* des Europäischen Herolds/ qui *p. 86.* hac de re ita scribit: Zu der Abwürdigung eines Käysers/ als einer hochgefährlichen Procedur, ist eher nicht zu schreiten/ als wann Er sich also unfürstlich und tyrannisch erwiese/ daß Er die beschworne Wahl-Capitulation in keine Wege mehr beobachten/ sondern dargegen aus böser Art keinem Raht und Erinnerungen der Chur-Fürsten und Stände mehr annehmen wolte/ und in allem zum Verdruß das Widerspiel thäte/ zu Feindschafft und vielfältiger Empörung im Reiche Ursach gebe/ und mit einem Worte zu sagen/ **die Grundfeste des Reichs zu zerrütten sich unterstünde:** Alsdann wird das Jus Imperii resolviret/ und die Stände zur Entsetzung berechtiget.

II. Idque insuper firmatur omnium mixtorum Imperiorum ac Populorum liberorum observantia, qui sibi Electione Caput quærunt, illique potestatem certis articulis limitatam conferunt. Suo malo id nostro tempore expertus M. Britanniæ quondam Rex *Jacobus II.* Caroli II. Stuarti frater, qui, cùm liberius & magis monarchicè imperare voluerit, mutandæ Ecclesiæ & occupandæ Libertatis Britannicæ animum sumserat, & sic Leges Regni Anglicani fundamentales violare & convellere magno molimine erat connisus, ut ex Actis horum temporum satis superque liquet. Regnum enim Anglicanum non absolutum, sed hujusmodi est Regimen, ubi Regi quidem jure hæreditario defertur Corona, jura autem Summæ Majestatis inter ipsum & Parlamenta, imprimis Parlamenti Domum Inferiorem (apud quam non tantùm potissima vis & autoritas Comitiorum præ Domo Superiori, sed etiam maxima potestas in Regimine residet) ita sunt divisa, ut Rex qui-

quidem ſua habeat Reſervata, Jura & Regalia, quæ exercet: Jura verò quæ ſibi arrogant Parlamenta, nullo modo violare audeat, id quod etiam juramenti religione promittit. Et indè Parlamenta Anglicana Regis *Jacobi* delictum admodum concinnè vocarunt eine Violirung des Original-Contracts mit dem Reiche / wodurch Sie wären gezwungen worden / Ihm den Gehorſam aufzukündigen: Conſenſus enim cum conditione præſtitus, conditione non adimpletâ, non operatur: Et promiſſum non obſervanti, idem impunè non ſervatur. Quare, cum *Jacobus* potiſſimùm avitæ Religionis uſum in Regno Angliæ impedire, & veſanô conſiliô *Romanos Ritus* prævalere vellet, haud injuriâ ſolio excidit. Nequaquam enim dum Rex *Romanis Ritibus* addictus Regnum Anglicanum obtineret, *Romana Religio* ea de cauſa ibi dominans evaſerat, ſed id juris penes Eccleſiam Britannicam manebat, ut prudentiſſimè judicat *Illuſtris Dnui. de Puffendorff in eleganti ſuo Tractatu poſthumo de Conſenſu & Diſſenſu Proteſtantium* §. 4. p. m. 15. Atque vix parallelum magisque adæquatum, quod cum Anglico congruit, datur Exemplum, quàm *Sigismundi* Regis Poloniæ, hæreditarii ſui Regni Suecici jacturam facientis. Is poſt Patris ſui *Johannis* fata hæreditario jure in locum ipſius jam antè Rex Poloniæ coronatus ſucceſſit: Sed Religioni Pontificiæ addictus Clericorum voluntati nimiùm morem gerebat, adque illam propagandam magnum Monachorum & Jeſuitarum ſecum ducebat agmen. Quâ re etiam Leges fundamentales Regni mutare & abrogare auſus repudiabatur à Suecis ſimul poſtulantibus, ut *Sigismundus* ſedem ſuam Regiam transferret in Sueciam. Verùm, cum & hujusmodi illorum poſtulatum non ſolùm abnueret, ſed & ſe iis hoſtem diceret, Status ac Ordines Regni rebelles pronuncians, factum eſt, ut ei tanquam Violatori Legum & Regni Deſertori, contradicentes omne denegarent obſequium, *Carolo* ipſius Patruo electo. Imò, firmatur hoc ipſum Exemplis ſpecialibus in Imperio noſtro non ſemel, ſed aliquoties obſervatis. Ne enim nunc adducam tempora veterum Cæſarum Romanorum, quorum quam plurimi cæſi ſunt, aut in privatam conditionem redacti, non duntaxat militari tumultu, ſed interdum etiam ex Conſulto Senatus Populiq;

Ro-

Romani. Tantùm provocabo Exemplum *Caroli Crassi*, qui, quod animo, mente & corpore defecerit, Ao. 887. & fascibus & dignitate imperatoriâ exutus fuit, *Lehman. Chron. Spir. Lib. 3. C. 46.* item *Henrici IV.*, cujus depositionis causas commemorat *Cuspinian. in vitâ Henrici IV. p. 282. & Otto Frising. Histor. lib. 7. C. 4.* Sic simile Exemplum habemus in *Ottone IV.*, quô de *Abbas Ursperg. Chr. ad A. C. 1209.* nec non in *Adolpho Nassoviensi & Wenceslao* Car. IV. Filio, cujus Dejectionis causas exprimit *Cuspinian. in Vitâ Wenceslai p. 388. seqq. & Peucer. Chron. Lib. 5.* add. *Bœcl. Notit. Sac. Rom. Imp. L. 4. Cap. 1. p. 63.* Et licet, hæc Exempla omnia jure esse facta, nemo temerè dixerit, imò plus vice simplici cum maximo Reipublicæ discrimine talia contigisse, & interdum per apertissimam injuriam certissimum est. Quemadmodum à multis Politicis nec *Ludovici Pii* Caroli M. Filii, nec *Henrici IV.* nec *Adolphi* Exauctoratio approbatur. Imò, sunt nonnulli, ex quibus *Stamlerus Tr. de Reservat. §. 20. & Bœcl. in Not. ad Grot. Lib. 1. de J. B. P. pag. 280.* qui depositionem Wenceslai improbant ea de causa, quòd is quidem ignavus & facinorosus fuerit Cæsar, allein darüber die Proceres Imperii als über Personal- und Moral-Laster nicht zu judiciren hätten: Quamvis hujus Depositionis Processum meritò excusare liceat eo, quod Sacratissimo Collegio Electorali fas sit, omnibus modis cavere, ne quid detrimenti Respubl. capiat à destructore Imperii & ignavô Cæsare, qualis fuit *Wenceslaus* ille, *Textor. de Rat. Stat. Imp. c. 2.* Quicquid sit, hujusmodi tamen Exempla tanti sunt, ut eatenus adduci possint, ut ostendatur, & abrogatos fuisse aliquando Imperatores & quin abrogari queant, licet nulla expressa Lege ea de re in Imperio nostro extante, nunquam fuisse dubitatum. Also mag in diesem Seculo, da Käyser Ferd. II. die Deutsche Freyheit zu unterdrucken suchte / dergleichen Concept auch vorgenommen / und die Exauctoration des Ferdinandi von denen Protestirenden schon in Gedancken geführet / auch das Diadema Imperiale Gustavo Adolpho Könige in Schweden seyn zugedacht worden / davon nach des Weltberühmten seel. Puffendorffii Beglaubigung in seiner unvergleichlichen Historiâ Suecicâ der Churfürst von Sachsen dem Könige allbereit mag was gesaget haben: Aber so bliebe durch dessen Tode auch das Werck

nach / und die meisten der Stände vertrugen sich mit dem Käyser wieder. Et quanquam Legibus aliàs, imprimis in tàm sublimi negociô, non Exemplis judicandum sit, eò quod nullum ferè reperiatur scelus, quod non Exemplis possit probari, nihilominus in hoc Depositionis negocio, ubi nulla Lex Imperii fundamentalis nobis ad manus, fortasse ab Exemplis haud infirmum sumitur argumentum, saltim ejus, quid fieri judicarivè interdum debeat aut queat. Ut itaque ex his satis colligere videatur, fas nonnunquam esse, fascibus & dignitate Imperatoriâ Cæsarem exuere.

III. Sed videamus nunc, quibusnam hæc potestas hodiè competat, quod potissimùm hac vice nostrum est; & deindè, ex quibus causis ista in Cæsarem exerceri queat. Quod primum attinet, novimus, hic admodum controvertere Doctores, ita, ut alii ad Pontificem Romanum, alii ad Comitem Palatinum Rheni, nonnulli ad Dominos Electores, alii denique ad Principes & Status universos hanc super Depositione Imperatoris judicandi functionem pertinere contendant. Prius potissimùm clamitant Papæ asseclæ, quorum nonnullos adducit *Buxtorff. ad A. B. Concl. 11. lit. g.* pro quibus est *C. Si Papa 40. Distinct. 20. Cap. ad Apostolicæ 2. de Re Jud. in 6. Cap. Si Imperator 11. Distinct. 96.* Verùm, etsi non semel eâ potestate sit feliciter adversus nostros Reges perfunctus Papa, nimirum contra Ludovicum Bavarum, Ottonem IV. Conrad. IV. Henricum V. &c. *Onuphr. Panv. de Comit. Imp.* tamen hæc omnia Pontificialis insolentiæ & ambitionis Exempla magis facti quam juris fuerunt; Et nisi Ordines consentirent, ipsius Remotio parvi esset momenti: Cujusmodi irritus conatus in Friderico II. contigit, quem Papa solio deturbare non potuit. Et quomodo quæso ejusmodi potestatem iste sibi potest tribuere, cum Vicarium se esse Christi in terris profiteatur: In aprico enim est, quod *Domini* & *Servatoris* nostri regnum non fuerit de hoc mundo, sed ipse potestati politicæ se semper subjecerit: Jam autem non major potestas esse poterit Vicarii, quàm ejus qui ipsum constituit, nec Apostolus major illo, à quo mittitur. Et si Vicarius majorem sibi potestatem arrogat, quam ipse habet Dominus, in de-

defectionis & rebellionis crimen incurrit. Ergò ad Pontificem talis degradandi licentia nulla ratione spectare potest. Potius ex Veteri Cæsarum Historiâ liquidò constat, Pontifices ab Imperatoribus Rom. fuisse depositos. Unicum depromam Exemplum: quod Otto I. Imperator Johannem XII. deposuerit Pontificem: Iste enim fuit omnium deterrimus; ideoque non mirum, si pius Imperator, qualis fuit Otto I., judicaverit, eum posse deponi, præsertim cum multi Doctores idem senserint. *Bellarm. Lib. II. de Roman. Pontific. Cap. 29.*

IV. Neque deindè ad Universos Imperii Status & Principes, ut sæpè allegatus *Fürsten. Cap. 38.* & imprimis *Stamlerus in Tract. de Reserv. Imp. Rom. Germ.* aliique multis argumentis contendere conantur. Equidem nullum est dubium, quin ante Collegii Electoralis institutionem, & cum adhuc jus eligendi Imperatorem penes omnes Imperii Ordines esset, jus quoque exauctorandi istum penes eosdem fuerit, cujus rei testes esse possunt nonnulla Imperatorum Exempla per plura secula observata, qui in Comitiis & unanimi Principum consensu de thronô Majestatis dejecti. Ast, postquam omnis eligendi potestas, tantæ molis res, ad solos Officiales Electores pervenit, jus quoq; deponendi, omnemque vim in cognoscendis regiis causis, exclusis reliquis Ordinibus, sibi solis vindicarunt. Persuasum namque sibi habuerunt, sui quoque Officii esse, quem absque consilio & consensu Ordinum elegerunt, eundem etiam, si ita salus & interesse Reipubl. exigat, iisdem inconsultis iterum deponere. Et meritò: Nam cum ad eosdem pertinuerit Electio, quidni & destitutio? cum ejus sit deponere, cujus eligere, *arg. L. 3. ff. de Re Judic. Nov. 15. c. 1. in fin. §. 1.* & qui habet jus conferendi, habet etiam destituendi, *Panorm. de Cler. C. 4.* utpotè cujus hoc sit connexum. Undè Moguntinus contra Henricum IV. Imperatorem declamans: Quem meritum investivimus, inquit, quare immeritum non devestiamus? *Arnis. de Jure Majest. c. 6. §. ult.* Nec quicquam huic amplissimæ Electorum potestati detrahit Baldus per *L. Barbarius ff. de Offic. Prat.* qui putat, quod Officium Archi-Principum Electorum tantùm in eligendo consistat, quô peractô, amplius ipsis agendum

 nihil

nihil restet; Constitutum namque, quod is, qui habet potestatem absolvendi, etiam possit condemnare, & vice versâ, *L. 37. ff. de Reg. Jur.* adeoque, qui potest eligere, etiam electum, ex causa rationabili possit destituere. Adhæc, nullo modo post Electionem sunt Domini Electores functi officio, sed utique de salute & tranquillitate Imperii, cujus solidæ bases & columnæ secundum *A. B. pr.* vigilare debent, & indè aliis Custodes Imperatoris dicuntur. Pariter nec movet, quod *Autor in Not. ad Monzamb. p. 366.* Universo Procerum Imperii Ordini illud exauctorandi jus adscribat, ex hoc fundamento, quod Jus eligendi sit privilegium Dominis Electoribus concessum ad evitandos sumtus & dissensiones, undè Jus singulare ultra terminos hos non sit extendendum; sed nihil efficit, cum mandatum aliàs strictæ interpretationis rectè extendatur ad connexa: Jam Depositionem connexum esse Electionis, & potestatem deponendi sub eligendi esse conclusam modò diximus, á quâ reliqui Imperii Status fuerunt remoti, ergò etiam à jure degradandi. Idque verosimilius fit, quod praxis & observantia, vera Legum intellectrix, *L. illud ff. de Accusat.* ita in Adolpho Nassoviensi, Wenceslao & aliis fuit; qui omnes à solis Archi-Principibus Electoribus, cæteris Ordinibus conniventibus & non reclamantibus, dignitate imperatoriâ exuti; ille juxta *Aventin. Lib. 7. Annal. & Cuspinian. in ejus vitâ,* ob varia flagitia, homicidii, adulterii, stupri, socordiæ, fidei literis & sigillo roboratæ non servatæ: Hic ob varia vitia neglectus Imperii, Ejus mutilationis, prodigalitatis aliasque rationes, quas post cæteros allegat. *Limn. L. 2. Jur. Publ. c. 11. §. 27.* Et quidem publicarunt contra istum Electores Exauctorationis Sententiam Anno C. 1400. 20. Augus. in ripâ Rheni apud oppidum **Lehnstein**/ specialiter ad hoc erecto Tribunali, *Albert. Crantz. Sax. Lib. 10. 19. Bodin. Lib. 2. de Republ. 5.* quæ depositionis sententia videri potest infrà in *fin. Discursuum.*

V. Quæ cum ita sint, verior maximè videtur sententia, hodiè non omnibus Imperii Principibus, sed solis Electoribus, reliquis penitus exclusis super Depositione Imperatoris jus ac potestatem judicandi in vim singularis præeminentiæ competere.

Et

Et licet Aurea Bulla nihil hac de re habeat, nec ullibi reperiatur Lex ſcripta: Conſuetudo tamen hic eſt conſulenda, quæ eximiam hanc poteſtatem Electoribus vindicat. Et ita judicant plerique Theologi & Politici, ipſe etiam D. Lutherus & Philippus Melanchton apud *Frid. Hortled. de Bell. Germ.* add. *Bertrarm. de Comit. Th. 11. Carpz. de Leg. Reg. C. 14. paſſim., Rumelin ad A. B. P. 1. D. 2. Th. 9. Brautlacht. Epit. Jurisp. Publ. Lib. 8. Cap. 5. §. 11. Limn. J. P. Tom. 5.* ubi contraria Stamleri argumenta multis refutavit, aliique. Et quidem, ſicut ſplendidiſſima facultas eligendi Cæſarem ad Univerſum Collegium Electorum ſpectat, tanquam ad Corpus & Univerſitatem, non ad ſingulos ſingulariter, ſecundum ea quæ diximus ſuprà; pari quoque ratione pertinet Exauctoratio ejus ad totum Collegium Electorale, non ad Comitem Palatinum ſolum, ut nonnullorum Doctorum fert opinio, Vid. *Beckman. de For. Compet. Imp. & Stat. Imp. Th. 1. §. 57. ſeqq.* Et imprimis *Hippolythus à Lapide P. 1. C. 5. Sect. 3.* expreſsè ſcribit, Comitem Palatinum eſſe Imperatoris judicem, non tantùm in cauſis civilibus & pecuniariis, ſed etiam cum de Statu vel malè adminiſtratô Imperio ratio exigitur, & de Imperatore deponendo agitur: Idque fortaſsè propter textum *A. B. Cap. 5. §. ult.* qui tamen generaliter tantummodò mentionem facit cauſarum, pro quibus Cæſar impetitus fuerit, non autem expreſsè determinat, in quibus cauſis ſpeciale hoc Privilegium & Judicium in Imperatorem Comiti Palatino competat. Quod verò iſtud usque ad Remotionem Cæſaris vel Regis Rom. ſe non extendat, optimo jure ſtatuimus, utpotè quæ majoris eſt momenti, quàm ut in eâ quid decidere ſit in unius Electoris viribus. Et ſi abſque reliquis Dnis. Electoribus hujusmodi exauctorandi Judicium Palatinus inſtitueret, parum certè efficeret. Imò, ſi res penſiculatius æſtimetur, Exauctoratio Imperatoris quid amplius in receſſu habet, quàm ut inter judicialia ſimpliciter referri poſſit; Concernit potiùs Statum Regiminis & totum Corpus Imperii tangit, dum Caput ipſi amputandum, quod uni alicui Electori aut Principi committere ne quidem per ſomnium Carolus IV. nec ipſi Domini Electores & Principes unquam cogitarunt. Quid? quod facultas Imperatorem eli-

eligendi ad omnes ſpectet Electores, undè ſequitur, quod iis etiam cunctis ejus Depoſitio competat, arg. *L. nihil tam naturale ff. de Reg. Jur.* Hoc egregiè confirmat Sententia Exauctorationis *Wenceslai* Imperatoris, quam minimè Palatinus ſolus, ſed nomine reliquorum Electorum Collegarum Moguntinus, tanquam Collegii Decanus pronunciavit. Quanquam nihilominus hoc ultrò largimur, quod Elector Palatinus vi A. *B. alleg. Cap. 5.* Præſidis vel Judicis munus ſubeat in Judicio Exauctorationis, Vid. *Carpz. ad Cap. 5. & 7. A. B. Quæſt. 3. §. 10. Buxtorff. ad A. B. Concl. 81. lit. b.* præter hoc verò nil quicquam prærogativæ competit Palatino in hoc Negocio præ reliquis Electoribus. Quamvis aliàs in Collegio Electorali munus id ſpectet ad Moguntinum, ceu Collegii hujus Decanum, qui etiam in Exauctoratione Wenceslai Regis Rom. illud exercuiſſe legitur apud *Goldaſt. P. 1. Conſtitut. Imp. p. 159.* idque ex ipsâ Depoſitionis Sententiâ à Dominis Electoribus lata apparet. Manet itaque, quod jus & poteſtas exauctorandi Cæſarem ſivè Regem Romanorum ad ſolos Archi-Principes Electores, & quidem ad Univerſum eorum Collegium ſpectet, adeò, ut etiam ipſe Rex Bohemiæ in hoc Negocio ſuffragium ferat, *Herm. Faſc. Jur. Publ. c. 18. §. 33.*

VI. Quod autem cauſas civiles & pecuniarias, quibus Imperator ſivè Rex Rom. impetitus fuerit, attinet, tenetur iſte, uti dixi, coram Comite Palatino Rheni, ſed in ipsâ Imperiali Curiâ, wo der Käyser oder Römischer König gegenwärtig ist / reſpondere, quod illuſtre & haud mediocriter eximium jus in vim ſingularis præeminentiæ huic Sereniſſ. Archi-Palatino Principi datum eſt in *A. B. c. 5. §. ult.* idque in hodiernum usque diem ipſi ſalvum manere non immeritò ſtatuimus, licet unus atque alter in Electorem Bavariæ cum Electorali ſivè potius Archi-Dapiferatus dignitate iſtud translatum eſſe autumet, maximè propter verba *A. B. alleg. c. 5. §. 3.* ibi: IMPERII ARCHI-DAPIFER EST. Hæc enim Cognitio Palatini in Cæſarem ad Comitem Palatinum pertinuit non ratione Electoratus ſivè Archi-Dapiferatus, ſed Comitatus Palatini Dignitatis, quod arguit ipſum nomen Comitivæ Palatii i. e. Juriſdictionis in Palatio Cæſaris, quæ antiquitate lon-

longè superat Electoralem Palatini dignitatem; Jam in Comitatum Palatinum Rheni, quem vocant die Untere Pfaltz/ cum omnibus juribus annexis Sereniss. Elector Palatinus per *Instr. Pac. Art. 4.* plenissimè restitutus est. Sed quoniam hoc speciale est Privilegium, in vim singularis Præeminentiæ soli Palatino à Carolo IV. concessum, silentio hac vice præterimus, cum non sit instituti nostri, Jura, quæ unicuique Electori in specie competunt, exponere, de quibus fortassè alio tempore, DEO Volente, differendi dabitur occasio.

VII. Denique, ut etiam Causas, ob quas ab Electoribus deponi potest Imperator, brevibus persequamur, sciendum, eas generaliter esse debere sufficientes, justas atque gravissimas, nec propter quemvis lapsum imbecillitatis violentum hoc remedium adhibere conducit. Hæ autem, quia variæ ratione personæ exauctorandæ esse possunt, Jure publico & certa sivè generali Lege Imperii definitæ non reperiuntur, ex hodiernis tamen Capitulationibus Cæsareis, itemque variis depositorum Imperatorum Sententiarum formulis & observantia desumi ac definiri posse arbitror; Istas autem Regulâ aliquâ certâ circumscribere & examinare, non est nostrum, nec loci hujus, nec temporis. Hoc tantùm dicimus, quod causæ hujusmodi, ob quas videlicet ad Remotionem progredi liceat, arbitrio boni viri relinquantur: Et hac generali Regula cognosci possint, quod Respublica aliter salva esse nequeat. In quantum quidem communiter considerantur, jam suprà in hoc Discursu ex iis unius atque alterius mentionem fecimus, plures ejus generis excerpi possunt ex *Not. Conring. ad Lampad. P. 1. & 2. Cap. 2. §. 10. seqq.* it. *Bœcl. ad Grot. de J. B. P. lib. 1. c. 4. §. 10.* Singulariter aliàs consideratas enumerat *Reinck. de R. S. E. lib. 1. Cl. 1. c. 5. Limn. ad Capitul. Ferd. I. in Proëm. Carpz. ad L. Reg. c. 14. Sect. 4.* ad quos benevolum lectorem remittimus.

DISCURSUS XIIX.

De *Resignatione Imperatoris cum Electorum Consensu, inque eorum manus facienda.*

I.

MOdi, quibus in Imperio nostro Romano-Germanico Imperator esse desinit, communiter sunt *Mors* & *Abdicatio*. Hæcque duplex, vel *Violenta*, quâ Imperator contra voluntatem suam exauctoratur ac dejicitur è fastigio Imperiali, & vocatur aliàs *Depositio*, de quâ in præcedenti hactenus Discursu fusius egimus: Vel *Voluntaria*, sivè *Spontanea*, quâ Cæsar proprio motu ex certis causis se Imperio abdicat, & Magistratum Imperialem semel susceptum resignat, & quidem exclusis omnibus aliis, Pontifice Statibusque Imperii, in manus Serenissimorum Electorum, à quibus etiam Causæ Resignationis examinandæ, eædemque ab iisdem vel approbandæ vel reprobandæ, uti apertè docet *R. J. August. de anno 1559. pr.* ibi: Mit Vorwissen des H. R. Reichs Churfürsten verlassen / resignirt und übergeben. Id quod sanè Autoritatem & Præeminentiam Collegii Electoralis pariter in immensum ampliat.

II. Priusquam autem ad rem ipsam accessum faciamus, ante omnia præjudicialis quæstio subsequentibus lucem allatura paucis indagari meretur: Num videlicet Imperatori liceat proprio motu renunciare suo muneri ac exire de Imperio? Quô de dubitari posset, eo quod res sit maximi momenti, utpotè quæ, cum-

cumprimis ſi intempeſtiva fuerit Reſignatio, maximas turbas in Imperio excitare, ac non rarò infeliciſſimo Interregno occaſionem præbere ſolet. Sed utique nihil ſubeſſe videtur, quod ipſi tale quid molituro obſtaculo eſſe queat, cum nulla prohibitiva Sanctio hac de re in Imperio noſtro appareat, nec facultas reſignandi Imperatori per Capitulationem ſit limitata, minus interdicta; Atque ſic valet vulgata illa regula: Quod prohibitum non eſt, permiſſum eſſe cenſetur, *arg. L. nec non ff. ex quib. cauſ. maj. L. 12. §. 1. ff. de Jud.* Et deindè Jure aliàs Naturæ ſui juris quilibet in tantum ſit moderator & arbiter, ut illi liberè renunciare queat, per *L. 51. C. de Epiſc. & Cler. C. Si de terra 6. X. de Priv. Cap. 12. X. de For. Compet.* nimirum eo, quo habet modo, ut proprium ex mero arbitrio: Cum aliô verò commune, accedente ejuſdem conſenſu. Et hoc pluribus argumentis & rationibus defendunt inter alios *Ferdin. Vaſqu. Illuſtr. Controv. L. 1. c. 11. §. 17. ſeqq. Grot. de J. B. P. Lib. 2. c. 7. §. 26. Tholoſ. de Rep. lib. 26. c. 3. §. 10. Hermes Faſc. Jur.* Publ. *c. 6. §. 7. p. m. 57.* Adhæc probant id tot Exempla totius Imperii conſenſu approbata. Extiterunt enim ſuperioribus ſeculis maximi Imperatores, qui inſigni ad poſteritatem exemplo vim Imperii, quâ pollebant, reſolvere, privatamque conditionem Auguſtali dignitati præferre non dubitaverunt. Sic, ut Diocletianum & Maximinianum Imperatores præteream, de quibus *Zonaras Annal. Tom. 2. ſub. Imp. Dioclet.* inter Conſtantinopolitanos Imperatores Anaſtaſius II. Theodoſius III. it. Iſaacus Comnenus aliique plures hoc facto enituerunt, quos recenſet *Thuanus in Germanicis Annalibus ad annum 1555.* Pariter Exemplum Lotharii Imperatoris proſtat, qui, cum Ludovicum Filium Imperii conſortem adſciviſſet, decimo quinto anno poſt in Monaſterium Prumienſe, à ſe extructum & ampliſſimis poſſeſſionibus dotatum, ſponte ſua A. C. 850. conceſſit, *Otto Friſingenſ. lib. 6. Chron. c. 1.* Et omnium decantatiſſima eſt Reſignatio Car. V. Imperatoris, ingentium terrarum ſpacia potentiâ ſuâ complexi, facta primum per Reſcriptum Sudburgi in Zelandiâ die 7. A. C. 1556. datum apud *Goldaſt. Conſt. Imp. Tom. 1.* & poſteà Ao. 1558. Francofurti ad Mœnum ſolenniter denunciata Fratri Ferd. I. Reg. Rom. & Electoribus per Legatos illuſtres, *R. J. de anno 1559. pr. &*

Capit. Ferd. I. pr. ipſe Cæſar abiit in Cœnobium S. Juſti, Ordinis S. Hieronymi in Hiſpaniam, Conf. *Sleid. in fin. Hiſtor. Conring. Annot. ad Lampad. p. 117. ſeqq. & Fritſch. in Peculiari Tractatu de Reſignationibus Cap. 2.* Quæ exempla omninò meritò pro jure & legibus citari poſſunt: Et proindè, cum Reſignatio aliquando ab Electoribus admiſſa approbataque fuerit, æſtimandum erit, ac ſi expreſſa quadam Conſtitutione eſſet permiſſa. *Schrad. de Feud. P. 10. Sect. 3. §. 77.* Licet enim aliàs non Exemplo, ſed Legibus ſit judicandum, *L. nemo C. de ſent. & Interl.* attamen, cum nulla Lex Imperii prohibitiva nobis ad manus ſit, ut ſuprà diximus, ab exemplo legitimum ſumimus argumentum ejus, quid fieri judicarivè debeat.

III. At enim verò, poteſt & debet ejusmodi Imperii Renunciatio fieri non niſi juſtis & graviſſimis de cauſis, Vid. *R. J. de anno 1559. pr. verb.* Aus mercklichen/ groſſen/ tapffern und treflichen Urſachen/ ꝛc. aliàs imperialem Magiſtratum derelicturo non illicò annuendum exiſtimaverim. Quemadmodum enim Imperator neceſſitate publica flagitante etiam invitus Regimini admoveri poteſt, *arg. L. 9. & 14. §. fin. ff. de Mun. & Honor. §. fin. Inſt. de Satisd. Tut.* ita quoque ad continuandum illud, ſi in commodum Reipubl. ita viſum fuerit, contradictione omni inſuper habitâ, poterit compelli: Videlicet, ſi cauſa excuſationis non ſubſit, & preces ſuſcipere recuſet. Prius enim rogandus eſt, ut Majeſtate diutius fungatur, & periculum ex iſta Renunciatione reſultans humillimè ipſi remonſtrandum. Quod ſi verò nec precibus, nec remonſtrationibus flecti ſe patiatur, tunc habent Electores, quo cogere eum poſſint, ut Cæſar maneat. Hinc cum Imperator Henricus II. A. C. 1019. Argentinam concedens inibi Canonicam vitam vellet tranſigere, noluerunt in hoc conſentire Archi-Principes Electores, ſondern haben begehrt/ Er ſolte des Reichs warten/ und haben Ihn mit Gewalt davon abgehalten/ uti hoc Exemplum videſis apud *Limn. ad Capit. Ferd. I. §. 17.* Tradunt tamen Publiciſtæ certas quasdam cauſas ad præſtandam immunitatem à diuturniore Imperii Adminiſtratione habiles, in quibus familiam ducunt Ætas ingraveſcens & adverſa Valetudo. Non autem Senes pro-

promiscuè, sed hi demum excusationem merentur, in quibus omnium membrorum vigor amissus, & sic corporis vires penitùs fractæ, animi quoque functiones in ejusdem mali consortium traxere, de quibus *Seneca lib. 1. Ep. 58.* appositè. Idem de sequiori valetudine dicendum, quæ tùm demùm ad excusationem proficiet alleganti, si diuturnior sit inhabilemque prorsus officio suo reddat: Temporarius enim morbus, spem reconvalescendi haud prorsus excludens in Negocio hoc toti Imperio præjudiciali vix attendi meretur.

IV. Et de his omnibus, harumque causarum sufficientia Dominis Electoribus est cognoscendum. Ad illos enim pertinet ejusmodi causarum Examinatio earumque Approbatio vel Reprobatio, *Reinck. de R. S. & E. lib. 1. cl. 3. c. 2. §. 25.* Nam non ex merâ hoc dependet Imperatoris voluntate, qui, quod accepit, reddere vult, vel quod habet, derelinquere constituit, sed & Electorum requiritur adsensus, *alleg. R. J. de anno 1559.* cum enim munus imperandi à mutuô Imperatoris & Electorum, qui universi Imperii Ordines repræsentant, contractu sit suspensum, dicendum omninò videtur, consentientibus aut ad minimum non contradicentibus iisdem Resignationem fieri debere. Quem in finem, si Senectus vel Morbus, vel alia causa existat, ob quam Cæsar Administrationi Imperii amplius præesse vel non vult, vel non potest, tenetur Imperator eam vel oretenus, vel per Vicariam internuncii operam, aut proposito publicè libello, exponere. Quæ allegatio submittitur judicio Dominorum Electorum, qui altiori indagine illam rimari & examinare, & si momentum habeat, approbare, sin minus, rejicere valebunt. Nam ab hoc solo dependet Cardo totius Negocii. Equidem in Regnis, ubi penes Regnantes summum est Imperium, & absoluta dominandi potestas, sufficit, si quando Administrationem à se abdicare velint, ut illud Regni Proceribus notificent, und führet sothane Renunciirung nichts anders mit sich / als daß die Unterthanen ihrer Eyde / Pflichte und Gehorsams erlassen werden / wobey man mehr auf den Willen des jenigen / welcher sich der Regierung begibt / als auf die Ursach des jenigen / warum solches geschicht / sehen muß. Si verò

Adminiſtratio Regni non abſoluta, ſed certis articulis limitata alicui committitur, atque ſic munus regnandi à mutuo Regis & Primariorum è Statibus contractu ſit ſuſpenſum, non ſufficit, nuda voluntatis ſuæ hac de cauſa allegatio, ſondern es müſſen die Stände darüber erkennen / ob die Urſach zu renunciiren gültig gnug oder nicht. Et ita quoque Carolo V. abdicante Archi-Principes Electores cauſas examinarunt, easque ſufficientes noverunt, quæ traduntur in *alleg. R.J. Auguſt. de anno 1559.* Hinc *Wilhelmus Zenocatus Lib. 5. de Vita & Reb. geſt. Car. V.* ſcribit: Carolus Cæſar veteribus innixus conſiliis ſummo ſtudio à Germanicis Principibus Septemviris frequenter etiam atque etiam petebat, ut ſeſe Imperii faſces deponere paterentur. Erat autem tunc adhuc Francofurti in Germaniâ. Diu deliberarunt Electores, & quamvis anteà graviſſimè conſtantiſſimeque pluribus variisque Comitiis eâ de re habitis, renuiſſent ſe facturos, tandem ſeptennio elapſo (poſtquam de translatione Imperii primùm Cæſar & Maria Pannonica Regina Auguſtæ in Comitiis egiſſent) adſenſerunt. Præcipuè autem tres erant cauſæ Abdicationis Caroli. 1. Sein obligendes Alter. (erat quidem ſexagenario minor) 2. Immerwährende Leibes-Schwachheit. 3. Augenſcheinliche Unvermögenheit / add. *Capit. Ferd. I. Proëm.* verb. Aus hochbeweglichen Urſachen. Attamen, poterit nonnunquam evenire, ut etiam cauſa vel non vera, vel non magni momenti in illo ſcrutinio deprehenſa, à Dominis Electoribus acceptetur, ſi videant fortè Abdicationem plus commodi quàm detrimenti Imperio conciliaturam. Quo caſu poſtquam abdicaturiens eam, ut ſufficientem, allegavit, volenti nulla fiet injuria, ſi pro tali habeatur, & quod petiit ille, obtineat, ut probè advertit *Limnæ. ad Capit. Ferd. I. verſ.* ob angeregt Römiſch Käyſerthum *§. 19.* Imò, quamvis etiam juſta & prægnans cauſa declinandi in futurum juris & muneris ſui Imperatori ſuppetat, non tamen ſtatim ut Electores in Abdicationem conſentiant, neceſſe eſt, maximè ſi ejus in Regimine perſeverantiam præſens Reipubl. Status expoſcat. Quo caſu ne ſub mole curarum Abdicaturiens fatiſcat penitus, Regem Rom. ei adjungere haud abs re fuerit, cujus interventu proſpiciatur, ne quid Imperium detrimenti capiat.

V. Quæ

V. Quæ cum ita sint, facile nunc indè erit colligere, quibus Personis fieri possit & debeat Resignatio. Solis videlicet Electoribus, Pontifice & aliis Imperii Principibus exclusis, *Lampad. de Republ. Rom. Germ. P.3.c.2.§.9.* Cum enim neque de eo Legibus Imperii expresse quicquam definitum reperiatur, attendendum, quid rebus nostris conveniat. Jam autem sanæ rationis præceptum est, ut, si Administrationem Imperator à se abdicare velit, reddat & resignet illis, à quibus eam accepit. Quemadmodum enim Electores illud eligendi & conferendi jus habent, uti hoc satis prolixè *P. Spec. Membr. 2. Disc. 1.* exposuimus: Ita etiam recipiendi jus, quod retrò traditur, habere censetur. Ideoque, cum Collatio Imperialis dignitatis primordialis, ab Electorum tanquam eligentium arbitrio pependerit, non immeritò quoque ejus Dissolutio eidem respondere debet. Imò, cum Resignatio hoc loco nihil aliud sit, quam Renunciatio Pacti solennis, **Eine Loskündigung des** solenniter **aufgerichteten Bedings oder Vergleichs/** sequitur exindè, ut Resignatio in eorum manus fieri necesse sit, qui contractum cum Regnante inierunt, eique conditiones de Republicâ administrandâ præscripserunt. Et quidem, quoniam nihil tàm naturale est, quàm unumquodque eodem modo rursum dissolvi, quo colligatum est, *L. nihil tam naturale ff. de Reg. Jur.* ita Resignationem Imperii fieri contrariis iisdem modis, quibus Electio facta est, scil. per redditionem Insignium. Manet itaque, quod, sicut Pontifex resignat ad manus Cardinalium, à quibus electus est, *C. un. de Renunc. in 6.* ita quoque Germaniæ Imperator Augustalem, quâ præfulget, dignitatem rectè resignat in manus Electorum, & quidem totius Collegii, à quo ista in eum fuit collocata; non Pontificis, cujus commercio & dispensationi, secus ac vult *Tholosan. de Rep. lib. 26. c. 3. §. ult.* ea supposita haud est: Papæ quippè nihil juris in Regem & Regnum Germaniæ competit; Undè quoque nullus ne quidem ex Jure Canonico Textus, nec ullum ex Historiis Exemplum, ubi Imperium in manus Pontificis resignatum sit, produci potest. Ludibrium igitur superiori seculo debuit nostratibus Pauli IV. Rom. Præsulis Vanitas, quâ inductus Cessionem Imperii à Car. V. factam, & quæ Francofurti hoc

hoc nomine à Sereniss. Electoribus gesta erant, irrita pronunciare non dubitavit, prout pulchrè hanc Historiam narrat *Thuan. Lib. 21. Histor. ad annum 1556.* & ex eô *Limn. in Annot. ad Proëm. C. Ferd. I. pag. 454.*

VI. At enim verò hoc quemquam adhuc movere, & splendidissimum istud Electorum jus aliquo modo labefactare posset, quod in *Proëm. Cap. Ferd. I.* dicatur, Carolum V. Legatis suis mandasse, ut Ferdinando Rom. Regi resignarent, & in *alleg. R. J. de anno 1559. pr.* Renunciationem hanc factam esse in manus Ferd. I. Reg. Rom. cum tamen in manus Electorum fieri debuisset. Sed facile est intelligere, hanc Renunciationem optimo jure ita factam esse, cum expresse in eam consenserint Electores *d. R. J. pr.* ibi: Mit Vorwissen jetzgedachtes des H. R. Reichs Churfürsten verlassen/ resignirt vnd übergeben / wie auch solche Cession und Ubergabe mit Ihren Lbden. Raht/ Verwilligung/ und auf deroselben Bitte angenommen. Nam potest omninò nonnunquam Resignatio Imperatoris etiam fieri in manus alterius, modò Electores in id consentiant, uti in hoc casu nostro. Ubi, quoniam Resignans Carolus V. non solus Aministrationi Imperii præerat, aliàs necessariò eam resignare ipsum oportuisset illis, à quibus accepit, h. e. Electoribus, sed habeat Ferdinandum Regem Rom. futurum in Imperio successorem ab ipsis Electoribus sibi adjunctum, rectissimè cum permissu & voluntate Electorum in manus istius Imperium resignavit, quo videlicet Actus abbrevietur: Si enim Resignatio facta fuisset in manus Electorum, ab his resignatum committi posteà debuisset Ferdinando Rom. Regi, & quod uno actu expediri potuerat, in duos fuisset diffusum. Eo enim fine fit Resignatio Electoribus, ut nimirum abdicatum Axioma Majestaticum ab ipsis, in quorum arbitrio est, Supremi Germaniæ Rectoris designatio, in alium iterum conferatur. Etenim, non existimandum, facta Resignatione, Summitatem Imperii ad Dn. Electores postliminio velut reverti, prout nec redit mortuo fortè aut deposito Imperatore, quæ tamen mens est *Grotii de J. B. P. lib. 1. c. 3. §. 7.* Non aliud quippè accipere possunt, quàm quod ante habuerunt: Jam non habuerunt summam potestatem, sed fa-

facultatem saltim designandi personam habilem, cui à DEO Augustalis Dignitas immediatè tribuatur.

VII. Antequam autem finem huic Discursui imponamus, Coronidis loco illud adhuc non incommodè disquisitionem meretur: Num Imperator, postquam jam cum effectu Imperium in manus Electorum abdicavit, nihilominus Nomine & Titulo Imperatorio uti jure queat? Et dicimus quod non, idque tàm ratio quàm salus publica suadere videtur, nisi fortè in Resignationis pacto id expressè reservatum. Nam posito Sceptro & Diademate, atque sic jure & potestate administrandi Imperium, Titulus quoque nominis pariter ac dignitatis Imperialis exspirat, & abdicans illicò in privatam prorsus conditionem recidit. Nec movet, quod Doctores nonnulli hîc in contrarium allegare solent, quod videl. Principes Appennagiati de Stylo hodierno, imprimis in Germaniâ, eodem cum Primogenito Titulo, extra Electoralem, quem primogenitus solus habet, iisdemque Insignibus utantur, *Bethsius de Pact. Fam. Illustr. c. 8.* Disparitatem enim rationis hic subesse facile licet animadvertere. Hi enim spem consequendi quandoque Principatus habent, extincto Primogenito ejusque Lineâ sublatâ, quæ sanè decollat in eô, qui Imperio planè se abdicavit, ni fortè ex nova Collatione jus amissum ipsi redintegretur; quamvis Regni semel dimissi vix speretur recuperatio. Ut verò vel stricturæ saltim quædam pristinæ dignitatatis remaneant, solet ut plurimum abdicaturiens Imperator sivè Rex de certa quadam redituum portione, Statui illustrium personarum congrua, sibi prospicere. Ita Carolus V. centum mille florenos in vicem annuæ pensionis sibi reservavit, *Fam. Strada de Bell. Dec. 1.* Et in recenti adhuc est memoria, quod *Christina* Sueciæ Regina, A. 1689. d. 19. April. Romæ, ubi semper hactenus degit, defuncta, Appanagii vice altero tanto plus nempè 200000. Imperial. annuatim sibi conferri voluerit sub Hypotheca Insularum Oesel, Oeland & Gothland, quo Summæ promissæ securiorem & expeditiorem haberet solutionem, *Spreng. in Tacit. Axiom. Lib. 1. C. 43.*

DISCURSUS XIX.

De
Jure & Dignitate Vicariali.

I.

PRærogativæ Dominorum Electorum apparent denique in Vicariatibus Imperii, qui pertinent, non quidem ad totum Collegium Electorale, multò minus ad Pontificem Romanum, qui tamen ut alia omnia, ita Vacante Imperio administrationem interim ad se pertinere perfrictâ fronte, quamvis vanissimo ausu, prætendit: Huic enim rudera Imperii non secus ac lupo oves committerentur. Sed ad Sereniss. Principes Electores Saxonicum & Palatinum. Hi viduato Imperio & quiescente Majestate Imperiali sunt Vicarii & Supremi Imperii Provisores, in suis adsignatis terris, secundum Legalem dispositionem *A. B. Tit. V. §. 1. & 2.* & diuturnam vetustamque consuetudinem.

II. Equidem reperiuntur hodie diversi in Imperio nostro Vicarii: Alii enim sunt Generales, totius nempè Imperii, alii Particulares, quales se in suis territoriis venditant esse Dux Mediolanensis, Dux Mantuæ, Montisferati, Mutinæ &c. qui ob id ordinati, ut essent, qui tàm latè extensi generalis Vicariatus onera levarent, undè Vacante Imperio subsunt Vicariis Generalibus Palatino & Saxoni, Vid. *Schütz. in Colleg. J. P. Part. 1. Disput. 5. Th. 9. in Exeg. Buxtorff. c. l. Concl. 53.* Hodiè tamen in iis potius No-

Nomen & Dignitas eſt, quam Functio. Generales iterum diſtinguuntur in Hæreditarios ſivè Perpetuos, & Temporarios; Sic perpetuus totius Imperii Vicarius à Lege eſt v.g. Rex Rom. ſi ſit, qui vivente & abſente, ſi videlicet extra Germaniam verſetur, vel impedito Imperatore omnia Jura Imperatoria exercet, *O.C. Part.1.Tit.1.§.3.* de Feudis Imperii Majoribus Principum inveſtit, *A.B.Tit.5.* Creat Nobiles, *R.J. de anno 1548.* §. Wiewohl in der Regierungs-Handlung/ꝛc. Confirmat Academias, *O.C. Part.2. Tit.3.§.3.* Judicia Imperii ſumma exercet, dict. *O.C. Part.1.Tit.1.* Banno Imperiali noxios ſubjicit, Käyſerlicher Land-Friede *de A.1548.Tit.* Von aufgerichteten Land-Frieden §. Und ob jemand ꝛc. ab eoque rurſus abſolvit, *R.J. de anno 1544.* §. Wir/ und Unſer freundlicher Lieber Bruder/ꝛc. Comitia conſcribit, *R.J. Spir. de anno 1532.* §. So hat dem allen nach ꝛc. Pragmaticas Imperii Sanctiones promulgat *R.J. de anno 1551.* ac in aliis cæteris, etiam Vicariis Electoribus ademtis, pleniſſimam habet poteſtatem, in Adminiſtrando videlicet, non in Alienando aut Hypothecando: Ita tamen, ut quicquid in Imperio agit, non ſuo ac proprio, ſed Imperatoris nomine cenſeatur agere, *Carpz. ad L. Reg. c.11. Sect.5. per tot.* quò inclinare etiam video *Limn. J. Publ. Lib.2. Cap.15. §.40.* Similiter huc etiam referri ſolet Dux Sabaudiæ, qui ipſe ſe vocat Prince & Vicaire perpetuel du S. Empire, Principem & perpetuum Imperii Vicarium, *Reinck. de R. S. & E. Lib.1. Cl.2. C.9. §.105.* ſed non niſi per Italiam, non quidem univerſam, ſed ſolùm Provincias Imperio ſubjectas & nominatas in Diplomate *Car. V. de A.1521.* & Declaratione *de Ao.1530.* ut & Renovatione *de Ao.1555.* quarum omnium tenorem exhibet Limnæus. Quibus accedit Confirmatio *Ferdinandi II. de Ao.1632.* ſuper Pacificatione Ratisb. *de Ao.1630. die 13. Octob.* & Receſſu ſpeciali facta. Virtute hujus Vicariatus Actus Imperiales exercet, Homagia Feudorum Imperii vice accipit, Feuda concedit & exigit Laudemium aliaque ſolita præſtanda nomine Imperatoris, Controverſias delegata Autoritate terminat, Marchiones, Comites ac Nobiles creat, aliaque id genus imperiali nomine exercet, *Caſarin. Fürſten. de Jur. Supr. Princ. C.52. p.m.176.* Et gaudet hoc jure, ſi quibusdam credimus, ex Cæſ. Conſtitutione.

Initium autem ducit ab Imperatore Henrico VII., qui *Amadeo V.* seu *Magno* Vicariatum istum contulit Ao. 1313. Extensionem verò debet Carolo IV. Imp. Ao. 1356. Pragæ factam. Equidem tempore Vicariatus & Interregni Ao. 1657. & 1658. ratione Vicariatus Italiæ controversiam Sabaudo movit Mantuæ Dux, eumque sibi arrogavit, verum conatus iste nullus à Collegio Electorali declaratus est per *Conclusum d. 24. Jun. 1658.* neque solùm per *Capit. Leop. A. 4.* sed etiam *noviss. Joseph. Art. 4.* Sabaudus ratione Vicariatus & Generalatus Italiæ confirmatus est, cum promissione Protectionis ad Casum subjectionis & paritionis restrictæ, wann Er nehmlich denen von Ihr. Käyserl. Majest. von rechtswegen publicirten Inhibitoriis & Avocatoriis sich gemäß bezeugen und verhalten werde / ut sonant verba *cit. A. 4. Capit. Joseph.* Und ist an diesen Letztern nunmehro destoweniger zu zweifeln / weil jetztregierender Hertzog Victor Amadeus II. mit Ihr. Käyserl. Majest. und Dero Alliirten in ein Off- und Defensivè-Alliance sich eingelassen. Atque hac ratione iniquissimas & Magno Principe atque Vicario Imperii indignas postulationes Gallorum excelso animo recusavit, & Gallicum jugum cervicibus diu hactenus imminens excussit, cui DEUS Vitam & Victoriam contra rabiosum hostem concedat! Quemadmodum etiam eum milite & apparatu bellico quovis modo juvare ratio summa postulat, cum indè Galli omnium maximè affligi queant. Temporarii verò Vicarii pariter non arbitrariè sed legaliter constituti sunt, uti diximus, hodiè Palatinus sivè Bavarus (juxta controversiam, qua de infrà in hoc Discursu) & Saxo Electores, & dicuntur Stylo Germano Ober-Reichs-Verwalter / Verweser und Pfleger des Reichs / ad quos, quotiescunque sacrum vacare contingit Imperium, *A.B. T. 5.* sivè verè, per mortem Imperatoris naturalem, de quô ad literam loquitur textus: sivè fictione juris, nempè per Resignationem sivè Abdicationem Imperii, *Buxtorff. c. l. Concl. 54.* vel si justissima aliqua de causa removeatur Imperator, *Kosel. de Elect. Cap. 7.* cura totius Imperii & potestas de omnibus incidentibus Negociis cognoscendi & decidendi tradit, inque omnibus Imperatorem repræsentant, exceptis illis, quæ in Lege A.B. & alibi iis sunt denegata. Quod sanè eximii & præcellentis ho-

honoris signum est. Imò, etiam absente & peregrè abeunte Cæsareâ Majestate, si videl. Rex Rom. non extet, idem obtinet, & potestas illa ad binos istos Electores devolvitur; quamvis enim in A.B. planè de Absentiæ casu nil expresse constitutum videatur, tamen optima ratione textus ad istum quoque casum extendi posse non malè insignes adserunt Politici, *Bodin. de Rep. Lib. 1. Cap. 9. §. 128. Buxtorff. ad A. B. Concl. 54. lit. d. Aruma. Disc. 3. ad A. B. Th. 31. Rumel. ad A. B. Diss. 4. P. 1. Brautlacht. Epit. Jurispr. Publ. Lib. 3. Cap. 3. §. 10. Thulemar. in Octovir. Cap. 22. §. 13. seqq.* Nam cum Constitutio A.B. ad Privilegium desuper Palatino datum, quod extat apud *Goldast. Tom. 2. Const. Germ. P. II. p. 241.* satis clarè referat se, in quô expresse & apertè absentiæ quoque comprehensus casus his verbis: Wann das Römische Reich vaciret / oder ein Römischer Käyser oder König über das Gebirge oder aus dem Reich ist / Sr. Lbden. und einem jeden Pfaltzgrafen / der Churfürst ist / die Versehung und Verwaltung desselben gebühret und zustehet / rc. Id quod etiam posteà plurimi fecerint Imperatores in Diplomatibus Privilegii hujus Palatini confirmatoriis, & Vicariatum scil. ad casum absentiæ extenderint, idque juxta tenorem Legis Carolinæ, ut testatur Maximilianus I. Imper. in Diplomate suo confirmatorio apud *Goldast. c. l. Tom. 1. p. 241. & Marq. Freher. ad Pet. de Andlo Lib. 2. Cap. 10.* meritò dicendum, vigore A.B. Vicarios hos casu quoque isto Vicariatum suum exercere posse. Et hinc etiam fovere istum videntur Capitulationes Imperat. *Matth. Art. 34. Ferd. II. A. 35. Ferd. III. A. 36. Leopold. Art. 36. & noviss. Joseph. Art. 35.* quæ jus Vicariorum ad Consuetudines Legesque antiquas ac Privilegia simul referunt, auch die Vicarios, wie von Alters her auf Sie kommen / und dem Instrumento Pacis gemäß / die Güldne Bull / alte Rechten und anderer Gesetz oder Freyheiten vermögen / uti sonant verba *cit. Art. Cap. Joseph.* Idque rectè omninò, eo quod absente etiam Imperatore videatur Imperium quasi viduatum, si non ipso Capite, attamen exercitio administrationis. Et licet hæc jam dicta in Palatino tantummodò locum habere videantur, ita, ut de Saxone dubitare adhuc quis possit; tamen satis resolvit hoc dubium statim *Cap. 5. §. & eodem &c. A.B.* Hinc factum, quod cum Carolus V. Imperator extra

 fines

fines Germaniæ aliquando profecturus Ferdinandum Fratrem Imperii Vicarium constituere voluerit, illud cum consensu Palatini facere, eique & Saxoni, exhibitis desuper literis reversalibus, promittere & cavere coactus fuerit, id ipsorum Privilegio Vicariatus nullum præjudicium inferre debere, uti hoc annotavit *Florent. Venning. Consil. 16. §. 189.* apud *Goldast. Constit. Imp. P. II. p. 243.* add. *Autor.* von des H. R. Reichs *Vicariat.*

III. His itaque casibus exsurgentibus binorum istorum Electorum Officium erit, statim propria vi, autoritate & lege Administrationem Imperii capessere, exercere, & Diploma sui Vicariatus undique affigi curare, nullâ denunciatione vel aliqua Imperii commissione exspectata, keiner Gewalts-Ubergebung zu erwarten nöhtig / ne viduatum capite Imperium quidquam detrimenti patiatur. Hanc enim potissimùm ob causam quam prudentissimè Vicarii introducti, ad pericula videl. Interregni aliaque damna præcavenda, & Anarchiam ac Universalem Confusionem in Imperio electivo vitandam, sicut ipse A. B. Textus indicat. Hærebat enim adhuc in memoriâ, quantæ dissensiones & Tragœdiæ instinctu Pontificis in diuturnô illo post Friderici II. tempora Interregno ante electionem Rudolphi I. excitatæ, & quomodo justitiâ in exilium tunc missâ, omnia confusè & contra præscriptum Imperii administrata fuerint: Quidque itidem detrimenti senserit Respublica Germanica ex Interregnô ante Electionem Ludovici V. Imperatoris.

IV. Præscribit autem *A. B. dict. Tit. 5.* certas quasdam limites Jurisdictionis horum duorum Vicariorum; Disponitur enim ibi, quod Palatinus Provisor sit Imperii in partibus Rheni generaliter ac indefinitè, ut & Sueviæ ac iis terris, quæ utuntur jure Franconico, licet extra Franconiam sitæ, zu den Landen des Rheins / Schwaben und wo die Fränckische Rechte im Gebrauch; Dux verò Saxoniæ in illis locis diffusis (scil. intra Imperii limites) ubi servantur Jura Saxonica, zu denen Orten / da die Sächs. Rechte gehalten werden. Cujus Divisionis ratio hæc est, quoniam tempore promulgatæ Aureæ Bullæ & anteà Romano-Germanicum Imperium in duo Regna, Lombardicum & Teutonicum erat

erat divisum, & utrumque duplici hoc jure utebatur, Franconico nimirum sivè Suevico, quod proindè esse credit *Limnaeus J. P. Lib. 2. c. 15. §. 17.* & Saxonico, hinc der Sachsen- und Schwaben-Spiegel existunt. Quæ diversitas horum jurium duplicem Vicariatum postulabat.

V. Quæ verò Ditiones olim Jure Franconico vixerint, & quò usque hæ extenderint se, recenset *Goldast. in Præfat. Constitut. Imp. p. 291.* verb: Dann der Käyserl. Hohen Reichs-Pfaltz in Schwaben/ ꝛc. Sic, ut terræ Vicariatus Palatini sint tota Suevia, Franconia, omnia à principio Danubii usque ad fines Hungariæ loca sita: Item, Bavaria, Austria, Tirolis, Carinthia, Stiria, Carniola, nec non à tractu Rheni usque ad limites Statuum fœderatorum & Alpes, cum Circulis Rhenano Superiori & Inferiori, Bavarico, Suevico, Franconico, Austriaco, Burgundico & Westphalico, ita tamen, ut excepta loca intelligantur, quæ hodiè Imperium amplius non recognoscunt. Sic Helvetii & Valesii, cum sint à Jurisdictione Imperii exemti, ut patet ex *Instrum. Pac. Osnabrug. A. 7.* Vicariatum Palatinum amplius non agnoscunt: Idem de septem Belgii Provinciis fœderatis, finito bello Belgico-Hispanico per Instr. Pac. inter Hispanos & Belgas ab Imperio exemtis, dicendum, Vid. *Conring. de Fin. Imp.* Pariter Landgraviatus Alsatiæ, Brisgovia, Suntgovia & Præfectura Provincialis decem Alsatiæ Civitatum, quæ sunt: *Hagenoa, Colmaria, Sletstadium, Weissenburgum, Landavia,* Ober-*Eberheim, Rosheim, Monasterium in Valle S. Georgii, Kaisersberga & Turckheim*, Vicariatui Imperii amplius non parent, cum hæc omnia vigore Instr. Pac. Monast. Ao. 1648. quoad Jurisdictionem, Superioritatem & Regalia ab Imperio exemta & Liligero Regno perpetuò & irrevocabiliter adjecta sunt: Quemadmodum etiam dictæ Civitates Ao. 1679. mens. Sept. Galliarum Regi præstiterunt juramentum Clientelæ. Quò etiam spectant tres illi Episcopatus in Lotharingiâ, *Metensis, Tullensis & Verdunensis*, quos Imperio detraxit Henricus II. Rex Galliæ, unter den Nahmen eines Unterpfandts / die Deutsche Freyheit wider Caroli V. Monarch-süchtige Anschläge zu schützen / salvo tamen jure Metropolitano Archi-Episcopi Trevirensis; Item, Ducatus *Lotharingiæ*, nec non quæ Pa-

Pacificatione Noviomagensi novissima, initâ cum Imperatore, Regno Gallico adjudicata, utpotè *Friburgum* in Brisgoviâ cum tribus adjacentibus Pagis atque Balliviis, & quæ plura loca adhuc sunt alia nupero & superiori bello Gallico Imperio nostro decerpta, quæ istud vix amplius recognoscunt, atque sic consequens quoque est, Vicariatum Palatinum ibi cessare. Imò, huc meritò etiam referendum *Argentoratum*, Urbs illa munitissima, quam Rex Galliæ Ao. 1681. contra initam Noviomagi Pacem proditionibus & largitionibus sibi de facto subjecit, dann Er bemächtigte sich dieselbe mitten im Frieden / wie auch die jenseit des Rheins gelegene Fürstenthümer und Graffschafften / welche sich alle unter sein Joch bücken mußten / unter dem kahlen Fürwandt der Dependentien. Cæterùm, de Landgraviatu *Hassiæ* quæri hic solet, num iste ad Vicariatum Palatinum, num ad Saxonicum, quod vult Buxtorffius, sit referendus? Sed nos libenter accedimus Limnæo, Arumæo, Schützio *J. P. Disp. 5. Th. 13. in fin.* aliisque, qui prius defendunt, eo quod Hassia Circuli Saxonici pars non sit, sed spectet ad Circulum Rhenanum Superiorem, Reichs-A. *de anno 1521.* nec probari queat, unquam in Hassiâ Jus Saxonicum in usu fuisse.

VI. Quod porrò attinet loca, ubi Jus Saxonicum viget, vel olim viguit, in quibus Elector Saxoniæ, quod is defensor singularis hujus juris sit constitutus, suum exercet Vicariatum, recenset ista idem *Goldast. loc. alleg. & Joach. Georg.* von Prietzen. in præfat. Compend. Jur. Civil. & Saxon. suntque: Bohemia, Polonia, Moravia, Silesia, Lusatia, Sclavonia, Wandalia, Sleswicum, Holsatia, Stormaria, Ditmarsia, Livonia, Lithuania, Moscovia, Samogitia, Marchia Brandenburgensis & Misnensis, Thuringia, Superior & Inferior Saxonia, Ducatus Brunsuicensis & Lüneburgensis cum superiori & inferiori Circulo Saxonico, Pomerania, Archi-Episcopatus Bremensis, add. *Spec. Saxon. lib. 3. Art. 62.* Ex quibus tamen itidem hodiè nonnulla excipiuntur, quæ non amplius ad fines Imperii Germanici pertinent, & sic Vicariatus quoque Saxonicus eò se non extendit: Cujus generis sunt *Polonia & Moscovia*, separata jam ab Imperio Regna: *Prussia*, quæ hodiè partim supremum Poloniæ Regni, nempè *Prussia Regalis*, ubi Urbes insi-

insignes sunt: *Dantiscum*, *Thorinum*, *Elbinga & Marienburgum*, quæ Ao. 1670. Regi Poloniæ homagium præstiterunt: Partim Electoris Brandenburgici dominium veneratur, nimirum *Ducatus Borussiæ*, qui sub Rege Poloniæ Casimiro, consensu Statuum Poloniæ absolutus est factus ab omni nexu feudali, atque traditus est Electori Brandenburgico in Domanium. It. *Samogitia*, quæ ad Regnum Poloniæ spectat: *Livonia*, quæ hodiè Suecis jure belli, scilicet Sueco-Polonici, cujus adhuc meminimus, Polonis ademta paret: *Lithuania*, Regno Poloniæ per Jagellonem Uladislaum incorporata Ao. 1386. & denique *Ducatus Schleswicensis*, qui ad Regnum Daniæ pertinet, veluti hæc probantur ex insigni Tractatu *Conring. de Finib. Imp.* Quæ loca omnia exindè Vicariatum Saxonicum, licet jus Saxonicum in iis maximam partem adhuc obtineat, hodiè non agnoscunt. Sed quid dicendum de iis Provinciis ac Regionibus, quæ quidem etiamnum Imperii Germanici Membra sunt, Jura verò ista Saxonica, quondam ibi frequentata, hodiè abrogata & nova in istis constituta noscimus, an Electori Saxoniæ Jus sui Vicariatus nihilominus ibidem adhuc sit salvum? Et respondemus nos, quod sic: Cum sufficiat, tùm, cùm Vicariatus Privilegium primùm expressè acquisitum, tempore scil. Aureæ Bullæ Jura Saxonica ibidem recepta fuisse, licet ad hæc non usque conservatum tempora, cum res potius ex Origine quàm Eventu æstimetur. Quid? quod ejusmodi correctio & abrogatio Juri alteri publicâ Lege quæsito iniqua esse haud possit, *arg. L. 5. in fin. ff. de Pact.* cum non nisi ex accidenti contigerint: Accidentia autem tantâ virtute vix pollent, ut rei substantiam transformari queant. Deindè, nec Juris Saxonici (ut & Francici) observantia est de essentia & causa Vicariatus, sed saltem demonstrationis locorum gratia tùm temporis adjecta, benè monentibus *Buxtorff. ad A. B. Concl. 57. in fin. & Arumæo ad A. B. Disc. 3. §. 29.* quæ non amplius attenditur, si semel constat de re demonstratâ. Sicuti ergò Elector Palatinus Vicariatus sui munus exercere non desinit in locis illis ad Imperium abhuc pertinentibus, ubi Jus Franconicum obsoletum est: Eadem ratione Elector Saxoniæ Vicariatui suo invigilare valet, ubi Jus Saxonicum desuetudine est abrogatum:

Maximè quod omnia Imperii loca, quantumvis Palatino aut Saxoni in Constitutionibus & Diplomatibus expressè non adsignata, eorum Vicariatui parent, *Buxtorff. ad A. B. Concl. 58. Aut.* der Rettung Pfaltz*=Vicariats*-Gerechtigkeit. Licet itaque in Marchiâ Brandenburgensi, Ducatibus Brunsuigæ & Lüneburgi, Pomeraniæ, Mechlenburgi, Bremæ, Jus Saxonicum hodiè penitus abrogatum, & Civile una cum cujuslibet propriis Constitutionibus ibi practicetur, teste experientiâ: Nihilominus Vicariatus Saxonicus ad illa loca se extendit, cum hodiè non quæramus, an adhuc Jus Saxonicum ibi vigeat, sed an olim obtinuerit, *Burgold. ad Instr. Pac. P. 1. Disc. 19. §. 8.* Nec obstat dictis, quod Princeps Ostfrisiæ ratione *Esen & Vidmund* Ao. 1658. Electoris Saxoniæ Vicariatum agnoscere non voluerit: Causa namque hujus fuerit, quod Loca illa Feuda sint Hispaniæ, adeoque ad Imperium non spectantia, Conf. *Limn. ad A. B. Cap. 5. §. 2. Obs. 4.* Atque sic Jure & Experientia ipsaque Ratione stabilitur & confirmatur, nullam esse Provinciam totius Romani Imperii, quæ non subsit hisce Imperii Vicariis. Absurdum enim utique esset sub Imperatore & Imperio quendam esse, non tamen sub hujus Vicariis. Quod subest ei, cujus vicem gerit, ejusque personam repræsentat Vicarius, id etiam ipsis Vicariis suberit, *Autor* Rettung Pfaltz*-Vicariats*-Gerechtigkeit.

VII. Et hinc quoque eorum Administratio & Potestas est amplissima h. e. tanta, ut tempore Vicariatus sui regulariter omnia ea, quæ ipsemet Imperator, tanquam Principalis, in Imperio omnibusque ejus Provinciis & Locis potest, exercere & peragere queant, cum Vicarii pari gaudeant potestate, & sic paribus etiam juribus cum eo, cujus vicem gerunt, *L. 2. C. de Offic. ej. qui vic. alic. &c. L. 1. §. 4. ff. de Legat. 3.* nisi specialiter & expressè sint prohibita, ut mox dicemus. Imò, ut cum potestate ista, æquali ipsius Cæsaris potestati, etiam Honorem & Dignitatem summam Imperatoriam habeant, quâ ita prælucent, ut non solùm à Principibus Subditis honorentur, & nullum agnoscant Superiorem præter DEUM & Ensem, sed etiam exteri Reges ac Principes, Hispanus, Gallus aliique hisce in Sessione & Præcedentia cedere cogantur.

IIX. In

IIX. In ſpecie autem hi Domini Vicarii vi ordinariæ & abſolutæ jurisdictionis ſuæ, quam habent à Lege & ſuo jure, poſſunt primùm *exercere ſuprema Judicia, A. B. C. 5.* Cameræ nimirùm Imperialis & Aulæ Cæſareæ, eodem modô quô Imperator, h. e. de omnibus indefinitè & illimitatè Cauſis Civilibus, Criminalibus, Feudalibus & Univerſis, de quibus ipſe Imperator vel Camera cognoſcere & judicare poſſunt, *Reinck. de R. S. & E. Lib. 1. Cl. 4. §. 6.* prout quoque conſtat, in Camera ſub utriusque nomine & ſigillo Proceſſus, Citationes, Edicta, Mandata expediri, *Limn. J. P. Lib. 3. c. 12. §. 53.* Nam Imperatore defuncto, vel alio quodam modo abſente, Camera Imperialis quidem Proceſſus decernere, Audientias, ut vocant, celebrare, ac Sententias publicare ſine ullâ interruptione pergit: Nec minus Cancellaria & Lectores ſuos labores continuant; Proceſſus tamen illi aliaque expedienda non obſignantur nec expediuntur, ſed remittuntur ad Moguntinam Cancellariam, ubi adſervantur tamdiu, donec Sigillum ac Tituli Dominorum Vicariorum transmittantur, & ita ſub horum nominibus ſigilloque Proceſſus expediantur, Vid. *Rodingh. Pandect. Camer. Tit. 3. §. 2. Schütz. J. P. V. 1. Diſp. 5. §. 12. lit. c. Carpz. de Leg. Reg. c. 11. Sect. 15. §. 2. Blum. Proc. Camer. Tit. 27. §. 126.* At in Judicio Imperiali Aulico, mortuo Cæſare, ſi Rex Rom. non ſit, extemplò Acta omnia à Regiſtratore obſignantur, atque ad noviter electi Imperium in ſuſpenſo manent, *Andr. Gerhard. de Supremis Imp. Rom. Judic. Diſp. 1. Cap. 2. §. 4.* Intereà autem Vicariorum quilibet in locis ſubjectis Judicium peculiare erigit, quod vocatur *Regimen Vicariatus*, germanicè: die Geheime- und Reichs-*Vicariats*-Cantzley / eorumque Judiciorum Acta electo Imperatore novo, ad ejus Aulam transmittuntur. Equidem, Cameram Imperialem quod concernit, nonnulli Juris Publici Doctores ſolum Palatinum Vacante Imperio ejus agnoſcunt Judicem, hincque ipſius tantùm ſub nomine & ſigillo, excluſo Saxone, Proceſſus & alia expedienda eſſe autumant, ex hac forſitan ratione, quod ſedes Judicii Cameralis, quæ Spiræ erat, nunc in Civitate Imperiali Wetzlarienſi, in Tractu Rhenano, quo Vicariatum exercet Palatinus, ſita ſit. Quamvis hæc ratio vix nobis ſatis

ponderosa videatur, cum Judicii hujus Jurisdictio certo loco, vel partibus Rheni aut Sueviæ, aut ubi Jura vigent Franconica, haud circumscribatur, sed generaliter pervagetur totius Imperii Provincias, & ex omnibus locis in illud Judicium, vel per primam vel secundam instantiam lites deriventur; Ac exindè post mortem Rudolphi II., Matthiæ & Ferdinandi III. Imperatorum Processus in Camerâ sub utriusque Vicarii nomine & sigillo obsignatos & expeditos fuisse notat *Buxtorff. ad A. B. & Limn. J. P. L. 3. Cap. 121. §. 12.* Quid? quod Sedes Cameræ jurata certæ alicui Civitati non sit, siquidem de Imperatoris Voluntate, Consilio & Consensu Statuum aliò transferri possit, Experientia teste; quibus accedit, quod potestas Vicariis Vacante Imperii sede concessa penes illos non divisim, sed conjunctim esse censeatur, *Limn. c. l. Cap. 1. §. 53.* ideoque hujus Judicii exercitium & provisionem soli Palatino attribuere non valemus. Judicium autem Rothwilense tempore Vicariatus solum Palatinum agnoscit Vicarium, ejusdemque solius sigillo mandata obsignat, Vid. *Thulemar. Octov. Cap. 22. §. 25.*

IX. Deindè Domini Vicarii habent potestatem idoneos ex Germaniæ Monasteriis *ad Beneficia Ecclesiastica præsentandi*, GOttes Gabe zu verleihen / ut germanica habetur versio, *A. B. Cap.* 5. ratione videlicet vel PRIMARIARUM PRECUM in Beneficiis Vacantibus, *Buxtorff. ad A. B. Th. 65. lit. a. Carpz. de L. Reg. c. 11. Sect. 15. §. 21* (quamvis *Schweder. Introd. in J. P. P. Spec. Sect. 1. Cap. 5. §. 16.* & cum eô *Multzius in eleganti Tract. nuperrimè editô, quem inscribit: Repræsentat. Majestatis Imperator. P. 2. Cap. 33. §. 249.* Primarias Preces concedendi licentiam Vicariis hisce Imperii Ordinariis simpliciter denegent, quia jus istud Imperatori personale est, quod ipsi competit, quatenus Imperator est, propterea in Vicarios vix cadere posse censent) quæ quoad nomen nihil aliud sunt, quam Intercessiones primò petentibus concedi solitæ, & vocantur *Primariæ Preces*, (erste Bitte) exindè, quoniam non præcipitur quidem, sed commendatitio nomine scribitur: Als gesinnen Wir an Euch ꝛc. simulque persona præsentatur, adeoque sunt Preces hæ saltem civiliter sic dictæ, cum jussum ac mandatum in se contineant: Vulgò alias

aliàs dicuntur, *Panis*-Briefe/ ideò fortaſsè, quod per ejusmodi preces Præbendam vel Beneficium aliquod ad meliorem vitæ ſuſtentationem obtineat Preciſta; Conſiſtit enim hoc jus Primariarium ſcil. Precum in poteſtate conferendi beneficium Eccleſiaſticum primum vacaturum benè merito, vel aliis perſonis idoneis in quovis Germaniæ Monaſterio, Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis & Regularibus Eccleſiis, aliisque locis immediatis quoque Auguſt. & Reform. Religioni addictis per *Inſtr. Pac. Art. 5.* Vel etiam variis in locis ratione JURIS PATRONATUS ECCLESIASTICI, (*Pharr*-Lehen) vigore cujus ii, quibus hoc competit jus, habent inſtituendi ſivè præſentandi Clericos & Miniſtros Eccleſiæ idoneos in Parochiis vacantibus. Quod Jus aliàs acquiritur vel Fundatione ſ. Ædificatione Eccleſiæ, vel honeſta illius Dotatione vel Præſcriptione *C. nobis 25. X. de Jure Patron.* quæ hodiè juxta *Concilium Tridentinum C. 9. Seſſ. 25.* eſt quinquaginta annorum.

X. Porrò Vicarii iſti Romani Imperii gaudent poteſtate *colligendi Reditus & Proventus Imperii*, des Reichs Renthe und Nutz einzuſammlen/ (etiam in Eccleſiis Collegiatis Evangelicorum, *Inſtr. Pac. Weſtphal. Art. 5.*) ita tamen, ut non illos pro opera ſua Imperio præſtita lucrentur & in proprios uſus convertant, ſed Imperatori reſervent, *dict. Tit. 5. A. B.* add. *Spreng. Font. Jur. Publ. & ſæpè alleg. Buxtorff. ad A. B. Concl. 66.* Quia gratis ut Principes Imperii vicariam ſuam operam exhibere tenentur, *L. 58. in pr. de Adm. tut. L. 46. §. 4. de Procurat.* deducunt tamen impenſas quas fecerunt, arg. *L. 10. §. 9. ff. Mandat.* non enim convenit æquitati aut juri præter Officium laborioſum etiam damnum in re benè geſta ſuſtinere, *L. 7. ff. quemadm. aper. L. 61. §. 5. de Furt. Car.* von Hagen *Jur. Publ. Cap. 3. §. 13.* Item: *Inveſtiendi de Feudis* ſcil. Minoribus ſivè conferendi Nobilitatem communem ſeu inferiorem, qualis eſt Equitum & Nobilium propriè ſic dictorum, per inveſtituram Feudorum Minorum, ſi nimirum durante Vicariatu annus petendæ Inveſtituræ præſcriptus finiatur: Nec non *juramenta fidelitatis vice & nomine Imperii recipiendi, A. B. c. l.* quæ tamen per Cæſarem poſteà electum ſuo tempore innovari & de novo juramenta Cæſari præſtari debèbunt.

 XI. Quod

XI. Quod autem concernit Feuda Majora & Regalia sivè Regalem dignitatem annexam habentia, istiusmodi hôc locô excipiuntur, & quidem tàm Secularia, ut: Archi-Ducatus, Ducatus, Principatus, Marchionatus, Comitatus scil. Principalis, gefürstete Graffschafft/ rc. quàm Ecclesiastica, quæ annexam habent dignitatem Ecclesiasticam, e.g. Archi-Episcopatus, Episcopatus vel Abbatiæ, & vulgò vocantur Fahn- und Scepter-Lehen/ nulla inter hæc posita differentia; Quorum Investitura & Collatio in Imperio Germanico soli Imperatori vel Regi Rom. specialiter reservata est, atque sic Vicariis tempore Interregni minimè permissa, *R. J. de anno 1521. §. 4. A. B. sæpè cit. C. 5. §. 1.* Ubi Imperator disertis ista excipit verbis: Ausgenommen der Fürsten Lehen / und die/ welche gemeiniglich Fahnen-Lehen genannt werden/ dann derselben Lehen Investitur und Verlassung Wir einem Käyser oder Römischen König sonderlich bevorab behalten. Cautè conjungit Fürsten- und Fahnen-Lehen / ne feuda Ecclesiastica Regalia eximat: Etsi enim horum Investitura, quantum ad Imperatorem spectat (à Papa enim per baculum & annulum expeditur) non cum Vexillis, sed Sceptro vel Gladio, quod hodiè ab arbitrio Majestatis Imperatoriæ dependet, peragatur, adeoque non Fahnen- sed Scepter-Lehen appellitentur: Principum tamen Feuda sunt, perindè ac ipsimet Possessores, Episcopi nempè, Principum nomine veniunt, *Bodin. de Republ. lib. 1. C. 9.* Quanquam hodiè remissis Vexillorum ac Sceptri solennibus, in Germania ac Cæsaris Aulâ tàm Ecclesiastici quàm Seculares Principes vel eorum Legati plerumque Gladiô investiuntur, cujus capulo osculum infigunt eodem modo quo Seculares, ut & manum Evangelio imponentes, nullâ itidem hîc inter Secul. & Eccles. observatâ differentiâ. Antiquitus enim Ecclesiastici solùm jurabant manu pectori admotâ: Seculares autem manum imponebant Evangelio, vel totam vel aliquot digitos; Sed hodiè Ecclesiastici Principes eodem modo quo Seculares præstant in Actu Investituræ Juramentum Fidelitatis & Subjectionis, ut Praxis & usus docet, add. *Carpz. Quæst. V. ex A. B. subjuncta Disp. Feud. 8. Oldenburg. Limn. Enucleat. lib. 2. Cap. 18.* Conf. quæ diximus suprà *Disc. XIII. §. 7. & 8.* Verum enim verò, si per

per lapſum temporis petitioni Inveſtituræ Feudorum Regalium præſcripti periculum vel Imperio vel Vaſallis Principibus ſit metuendum, propter diutinam nimirum Imperatoris abſentiam, tempore indulto præterlapſo, à Dominis Vicariis tutò peti Inveſtituram, hancque ab iisdem impetrari poſſe, patet ex *Conſtitut. Car. V. Imp. in Comit. Wormat. facta anno 1521.* in verbis: Daß der Stadthalter aus redlichen Ursachen solcher Empfängniß/ etc. quod tamen non niſi de ſolo abſentiæ caſu, quando Imperator extra fines Germaniæ commoratur, accipiendum, quippè cujus duntaxat prædicta Conſtitutio Wormatienſis expreſſam facit mentionem, add. *Inſt. Snold. Schütz. in Diſp. de Vicariis Imp. v. 12.* quæ continetur in *Nucleo Jur. Publ. Concl. 9.* alias verò lapſus termini petendæ Inveſtituræ annui nec Vaſallis nocet, cum mora nulla non valentibus petere imputari poſſit, *Limn. ad A. B. c. 5. §. 2. Obſ. 19.* nec Vicariis propterea inveſtiendi de Feudis Regalibus concedit poteſtatem.

XII. Attamen, licet Vicarii tempore Interregni de Feudo Majorem aliquem inveſtire nequeant, habent nihilominus cognitionem Cauſarum feudalium, & poſſunt *judicare de Litibus*, quæ circa feuda Regalia moventur, cum Textus A. B. loquatur generaliter, ac prohibendo ſolam excipiat Inveſtituram Feudorum Regalium, non etiam litium de iis pendentium vel exorientium Cognitionem: Accedente inſuper ratione diverſitate notabili, inter Cognitionem de Feudis Regalibus, eorumque Inveſtituram; ſunt enim diverſa, *inveſtire de Feudo, & de eo judicare*, illud eſt gratiæ, hoc juſtitiæ, adeoque à remotione unius malè colligitur ad remotionem alterius, *Dieter. ad A. B. Tit. 5. verſ. Specialiter reſervamus.* Non enim ſequitur: qui non poteſt concedere Feuda, de iisdem etiam non poteſt judicare aut cognoſcere; Contrarium ſiquidem evincit Exemplum Parium Curiæ, qui, licet Feuda ſibi invicem non concedant, tamen de iisdem Judices eſſe poſſunt, juxta *2. F. 55. in fin.* Quid? quod Domini Vicarii vi omnimodæ jurisdictionis & indefinitæ poteſtatis exercendi Judicia, quæ ex A. B. ſine ullâ reſtrictione aut limitatione ipſis competit, poſſint de omnibus omninò cauſis cognoſcere, de quibus cognoſcere ſolet Imperator, ut modo diximus; Ideò ipſis utique fas erit, de feu-

feudis etiam Regalibus cognoſcere, cum eorum Cognitio Imperatori indubiè proſtet, nec ullibi Vicariis noſtris ſit interdicta; Ita tamen, ut, quemadmodum Imperator ipſe, ita & illi Principes Imperii, ut Pares Curiæ, adhibere cogantur, *Diet. ad* A. *B. c. l. Bechman. ad* A. *B. c. 5. Ex. 4. §. 26.*

XIII. Ad interdicta ſpectat etiam, quod Vicarii nullas res Imperii alienare ſivè obligare hujusmodi Proviſionis tempore debeant, id quod *dict. Cap. 5.* A. *B.* expreſsè iis prohibitum eſt, in tantum, ut Alienationi ſaltim conſentire nequeant, cum Conſenſus ſecundum *L. 9. in ædibus §. quod ſi filius ff. de Donat.* Alienationis inſtar ſit; Idque nec ipſe Imperator hodiè valet, ut ſuprà *P. Spec. Memb. 2. Diſc. X.* prolixius diximus: Quare igitur Vicarii melioris erunt conditionis, quàm Imperator, cujus vices ſuſtinent. Et hæc de Poteſtate in Aureâ Bulla Sereniſſimis Vicariis expreſsè conceſsâ ac prohibitâ. Præter iſta Jura verò multa adhuc alia, in A. B. quidem ſpeciatim non expreſſa, nec tamen etiam excepta atque prohibita ipſis Vicariis etiamnum hodiè competunt. Sic videtur iis quoque cum poteſtate exercendi Judicia in A. *B. Tit. 5.* permiſſum, *declarare quem in Bannum*: Sed quemadmodum Imperator ipſe inconſultis Electoribus rem tanti momenti non aggreditur; multò minus id ſibi licere Vicarii perſuaſum habebunt. Poſſunt quoque *cudere monetam* & ut Vicarii, & ut Principes, *Joh. Georgius Krullius de Jure Monetandi Cap. 2. §. 46. ſeqq.* Ita Johannem Georgium Saxonem, & Johannem Palatinum in Vicariatu ſuo monetas fabricaſſe conſtat. Neque dubito, quin quisque in ſuo Vicariatus tractu regale & *jus illud cudendæ Monetæ aliis indulgere* queat, ſcilicet cum præſcitu & ſpeciali adſenſu Dominorum Electorum, Vid. *ſuprà Diſc. IX. Memb. 2. §. IV.* Pari ratione habent quoque *Jus concedendi Privilegia Univerſalia*, ſed itidem cum Electorum ad minimum conſenſu: Item, *Jus Nobilitandi*, *Jus creandi Equites*, *Comites Palatinos*, nec non *Miniſtros Militares in bellis*, quæ publico Imperii nomine geruntur, *Lampad. de Republ. Germ. L. 2. C. 19.* Item habent *Jus concedendi Nundinas ſolennes & generales*, Meſſen und allgemeine Märckte zu verſtatten und zu *privilegiren*. *Nec ab ipſis eorumq; probatis ſententiis ad ipſum Imperatorem poſteà electum* appella-

appellatur, quia à Vicario ad eum, cujus est Vicarius, non appellatur, cum utriusque idem sit tribunal, *L.1. & 2. C. de Offic. ej. cujus Vic. al. jud.* neque ad Cameram appellabitur; quia à Vicario non appellatur, nisi ad eum, ad quem ab ipso Principali sivè eo, cujus est Vicarius, appellaretur, Dd. *in L. præcipimus 32. C. de Appellat.* Eadem itaque remedia, quæ contra Imperatoris sententiam locum habent, etiam hîc erunt applicanda, *Covarr. Pract. quæst. C. 4. §. 8.* Imò & ea, quæ meræ sunt gratiæ, i. e. quæ in dispensatione Cæsaris consistunt, hisce Imperii Vicariis permissa quoque esse dicimus, adeò ut habeant *Jus legitimandi Spurios*, bastardos & quoscunque ex illicito coitu procreatos, Unehrlich-Gebohrne ehrlich zu machen / *& restituendi Famam*, h. e. eos, qui infames declarati sunt, restituendi in integrum sivè pristinum statum, den Missethätern einen ehrlichen Nahmen wieder zu geben; it. *Condemnationes remittendi & delinquentibus gratiam faciendi*: Nec non *absolvendi à juramento*, quo Vicarii Vasallum à Juramento Domino præstito absolvere possunt, ita, ut contra Dominum agere queat, Einem seine gegebene Urphede gegen dem Herrn / so ihn verurphedet hat / *relaxi*ren / damit er sich gegen selbigen Rechtens gebrauchen möge / & hoc Jus per Cameram exercetur, Vid. *Ord. Camer. P. 2. Tit. 24.* Quò etiam referri potest *Jus quinquennalia indulgendi* sivè Inducias moratorias concedendi, Anstands-Briefe zu geben debitori obærato ob justam causam, adeò, ut intra certum tempus Creditores molestiam illi creare nequeant, quæ à Gallis *Respits* i. e. literæ respirationis appellantur. Et quæ plura alia jura ac Reservata sunt, quæ hinc indè apud Publicistas videri possunt, Conf. imprimis *Schütz in suo Jur. Publ. Vol. 1. Disp. 5. Th. 12. L. 6.*

XIV. Illud tamen adhuc non incommodè hic quæritur: Num vacante Imperio Dni. Vicarii tempore sui Vicariatus etiam habeant *Jus convocandi Ordines Imperii, & una cum ipsis Leges Universales ac Recessus condendi*? *Mauritius de Recess. Imp. §. 15. seqq. & Autor* der Grundfeste des H. R. Reichs / potestatem hanc tribuunt Sereniss. Vicariis; Alii cum Limnæo id in dubium vocant, quia in A. B. nihil de hoc convocandi Jure dispositum legitur. Certè, si casus eveniat, ubi id Interesse & evidens Imperii Germ. Necessitas

 postu-

postulet, quo minus Vicarii possint convocare Status Imperii, i.e. indicere Comitia (cum consensu tamen Electorum, prout facere solet Cæsar, si ipse præsens ést, quô de suprà actum) & Leges Universales ac Recessus cum Statibus condere, nullâ ratione video, eo quod generalis & recepta inter Juris Publici Doctores Regula sit: Omnia Vicarios posse tempore Vicariatus sui, quæ potest Imperator, cujus vices gerunt, & peculiariter excepta non inveniuntur per *Text. alleg. A. B. Cap. 5.* Et deinde nemo adest, qui id Jure Majestatis prohibere posset. Insuper patet ex principiis politicis, quod à Republ., qualis etiam tempore Vicariatus est Germania, nunquam abesse possint Majestatis Jura, ac inter ea potestas indicendi Comitia Legesque ferendi, quam si sublatam aus delatam ad minimum in tempus electi novi Imperatoris aliquis velit, is jam Anarchiam, non Rempublicam eo tempore Germaniam ineptè statuet; Itaque hæc potestas tum temporis vel est penes reliquos Status Imperii solùm, quod absurdum, cum Vicariorum jura, quæ alioquin habent, augeantur non minuantur Dignitate hac Vicariali, ergò residet penes cæteros Status & Vicarios simul.

XV. Atque hæc omnia, quæque sunt alia, quocunque etiam nomine veniunt, à Vicariis gesta, modò legitimè & secundum præscripta gesta, Cæsar Romanus posteà reversus aut electus, cui etiam gestorum rationes reddere tenentur, approbare & ratificare, & quidem non ambobus simul, ut praxis fert, sed separatim singulis vigore *A. B. pr. C. 5. & Capitulat.* est adstrictus, Vid. *Capit. Car. V. Art. 26. Ferd. II. III. IV. Leopold. Art. 36. & novissi. Joseph. Art. 35.* ita, ut perindè habeantur, ac si ab Imperatore vel Rege Rom. ipso gesta essent, *Brautlacht. J. P. Lib. 3. c. 3. §. 22.* Confirmationis hujus Exemplum exhibet *Goldast. P. 1. Constit. Imp. p. 242.* ex quo colligitur, cuique Vicario separatim Acta & gesta sua confirmari.

XVI. Cæterùm, quantum ad Controversiam, quæ huc usque inter Dominos Electores Palatinum & Bavarum vertitur, de Jure videl. & dignitate hac Vicariali, utroque sibi illam adserente, fuit ista post Instrumen. Pac. hinc indè libris quidem acerbè

agi-

agitata, prout illud varia & contraria ideò edita ſcripta teſtantur: Imò noviſſimo Interregno inter obitum Ferd. III. & electionem LEOPOLDI Glorioſiſſimi Imperatoris noſtri, quo inter *Carolum Ludovicum*, Palatinum Rheni, ac *Ferdinandum Mariam*, Bavariæ Ducem renaſci demùm cœpit, quodammodò definita poſſit videri, eo quod admodum favorabilia Statuum Suffragia Bavarus hinc indè habuerit, cauſam ipſius probante ipſo Sereniſſ. Electore Saxoniæ *Johanne Georgio II.*, ut patet ex literis ejus ad Electorem Palatinum de dato Dresden d.30. April. Anno 1657. quæ extant apud *Lundorp. Act. Europ. Publ. Tom. 8. Cap. 32.* itemque Judicio Camerali, dum repudiato Palatino à Bavarô ſignum Vicariatus accepit, ſalvo tamen Jure Electori Palatino competente, ut conſtat ex *Pandectis Cameral. lib. 1. Tit. 3. §. 3. lit. A. & B.* Aſt, reapſe in hunc usque diem gliſcit & pendet. Et ſanè, quantum videtur, lis hæc omninò ab univerſi Imperii Ordinum Conventu decidenda eſt, idque cum conſenſu & Galliæ & Sueciæ Regum, conditorum ex parte Inſtrumenti Pacis, in cujus *Art. 4. verſ. Primò quidem*, & : *Quod ad Domum*, recta interpretatione, unicè eſt fundata. Et notatu certè dignum hoc loco, quod Sereniſſ. Elector Palatinus in literis de dato Londen die 22. Dec. Ao. 1648. ad Statuum Evangelicorum Legatos ita inter cætera: Daß die im Druck ſpargirte Inſtrumenta Pacis ziemlich incorrect, und an etlichen Orten etwas obſcur zu ſeyn ſcheinen / durch deſſen ungleichen Verſtand manche Reſtitution gehemmet werden könte / *Theat. Europ. T. 6. p. 607.* Quod Dominus Elector, perſpicaciſſimi ingenii Princeps, longè ante prævidit, id poſteà in celebri Vicariatus Controverſia evenit. Exindè enim non deſunt utrique parti argumenta & rationes, quibus quælibet Vicariatum ſibi competere adſertum it; quæ verò in præſentiarum hic afferre & diſcutere nec mens eſt, nec tempus permittit: Manifeſtata ſunt toti Imperio hinc indè in ſcriptis publicis, & collecta aliqua ex parte videri poſſunt apud *Limnæ. in Comment. ad A. B. Cap. 5. §. 1. Obſ. 5. Spreng. in Jurisp. Publ. p. 269. & Font. J. P. p. 1158. ſeqq. Burgold. ad Inſtr. Pac. P. 1. Diſc. 26. §. 9. ſeqq. Strauch. Diſſ. Exoter. 3. §. 2. Bœcl. Not. Imp. Lib. 4. pag. 70. 71.*

 it. *lib. 6.*

it. *lib. 6. c. 6. pr. Severin. de Monzamb. de Stat. Imp. c. 7. §. 10. Diar. Europa. P. 1. p. 79. 87. 310. seqq. & noviss. Godof. Ferd. de Buckisch & Löwenfels in Observ. Historico-Polit. in Instr. Pac. Obs. 4. ad Art. IV. §. 3.* quo benevolum lectorem remitto. Tantùm illud dicam, quod cardo hujus controversiæ & summa totius negocii eò rediit: An Vicariatus dignitas Palatino ad Rhenum competat ratione *Principatus* sivè *Comitatus Palatini*, als den obersten Richter des Reichs und Haus-Major, atque sic ei cohæreat, an ratione *Electoratus*? Prius affirmat Palatinus, posterius Bavarus, qui istam translati per *Instrum. Pac. Osnabrug.* Electoratus partem & appendicem adserit; propter verba potissimùm *alleg. Art. 4. §. 3. Cum omnibus Regaliis, Officiis, Præcedentiis, Insigniis & Juribus quibuscunq; ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, &c.* quorum verborum occasione gravissima etiam controversia inter Bavarum & Palatinum, Electores A. 1657. mota fuit: An quoque dignitas Vicariatus sub illis juribus, quæ cum Electorali dignitate ad Bavarum transiere, comprehendantur. Quæ adeò exarsit, ut Francofurti A. 1658. Elector Palat. Cancellarium Bavaricum *Joh. Georg. Oexel*, sibi de Vicariatu controversiam moventem, magnâ irâ æstuans, atramentariô, quod in mensâ Conclavis Electoralis positum erat, petierit. Sed Palatinus Elector illud pro se habet, quod ipsa Aurea Bulla adsertionis suæ sit testis, in cujus *Cap. 5. §. 1.* & quidem latinæ editionis, quæ pro authentica habetur, expressè Jus Vicariatus Palatinatui adscribitur, non *Electoratui*; Ita enim ejus verba sonant: *Quotiès insuper, ut præmittitur, sacrum vacare contingat Imperium, Illustris Comes Palatinus Rheni, S. Imperii Archi-Dapifer &c. ratione Principatus sivè Comitatus Palatini privilegio esse debet provisor Imperii &c.* ubi nulla *Electoratus* fit mentio, adeoque necesse est, non *Electoratum*, sed *Palatinatum Rheni* collati Electori Palatino Vicariatus causam & fundamentum extitisse, ac postmodum per Auream Bullam remansisse; prout etiam Saxo, non quà *Elector*, sed quà *Palatinus Saxoniæ*, quem titulum & ipse ab antiquo habebat, Vicarii munere gaudeat. Et quamvis in germanicâ Aureæ Bullæ versione illud ipsum ita sit expressum: Von des Churfürstenthums und Pfalz-

Graff-

Graffschafft Freyheit wegen/ rc. volunt tamen plurimi Publicistæ, ejus editionem non esse habendam rationem, cum textus latinus sinè omni dubio solus pro authentico reputetur, & latina antiquior sit germanica versione, utpotè linguâ latinâ (stylo tamen, pro more illius seculi non admodum eleganti) conscriptâ; Idque exindè probare conantur, quod Carolus propensior in eam, quàm Germanicam fuerit, eâdem non ipse modò frequenter uti, sed alios quoque illâ utentes perbenignè solitus. Imò, quia Aurea Bulla à Bartolo, Caroli IV. Imperat. consiliario & privilegio Comitivæ ab ipso donato, composita creditur, qui germanicæ linguæ fuit expers, *Carpz. Qu. 2. ex A. B. subjecta Disp. Feud. I.* & quod ipse Pontifex, quem valdè colebat Curiæ Papalis adsentator Carolus, scire voluerit, quid rerum eâ Bullâ sanciretur, cujus Interesse credebatur, haud ignorare, quæ de omni Electionis Negocio in Germaniâ placuerant, quia tunc sub Imperio adhuc fuit Italia & aliæ Regiones ignaræ sermonis germanici. Successu autem temporis variæ Aureæ Bullæ translationes factæ sunt in linguam germanicam, und ist ein Manuscript von der ältesten Deutschen Version derselben in der Käyserl. Bibliothec verhanden/ quod Dnus. Thulemarius una cum germanico isto Exemplari, quod adhuc hodiè Francofurti ad Mœnum in Archivô hujus civitatis sanctè adservatur, typis exscribi curat; Nulla tamen earum autoritate publicâ hactenus est approbata, undè ad quæstionum decisionem latina potius quàm germanica alleganda: Dissonat enim in non paucis à latinâ, uti in præsenti nostro casu; Imò continet etiam quædam, quæ in textu latinô plane non leguntur, observante *Limnæo in Prælimin. ad A. B. Obs. 4. & ad C. 11. §. ult.* Deindè ad stabiliendam Palatini sententiam accedit & hoc, quod Comites Palatini splendidissimam hanc Vicarialem Dignitatem & Administrationem Imperii aliquot abhinc seculis, & diu ante Auream Bullam sine contradictione exercuerint, ut optimè deducit Autor de Vicariatu Palatini; Imò, non modò ante Auream Bullam, sed etiam, antequam splendidissimum Collegium Electorale introduceretur, istam habuisse, mox audiemus.

 Undè

Undè ſole meridiano clarius eluceſcit, Vicariatum Imperii Palatinis *Electoratui* jure non obtigiſſe. Verùm optandum foret, ut hæc quæſtio, imò totum iſtud Negocium de Vicariatus Palatini jure controverſo, quod turbas aliquando haud mediocres in Imperio dare poſſet, terminatum ac deciſum foret: Et fortaſsè hodiè quoque facilius iſtud terminari poſſe videtur, cum non pauci Principes jam partes moderni Electoris Palatini ſequantur: Imò, cum tot utriusque Sereniſſ. Domus ſint novæ neceſſitudines mutuæ. Num autem ita, ut ad Exemplum octavi Electoratus, vel tertius interim introducatur Vicariatus, cum certo Vicariatus diſtrictu, quemadmodum nonnulli conjecturam concipiunt, & tranquillitati publicæ non parum intereſſe exiſtimant: Vel per vices iſte exerceatur, atque ſic Palatino & Bavaro, ut communis, adjudicetur, vel alio hujus generis modo id fiat, aut fieri poſſit, noſtri non eſt judicii, ſed videant ac defendant, qui hujus rei autores exiſtere volunt. Nos ad Aulas Principum & Comitiorum deciſiones illud remittimus, tantummodò hoc dicentes, intereſſe tranquillitati noſtræ Reipubl. Germanicæ modernæ quàm maximè, ut cujuslibet Imperii Status jura & privilegia illæſa & integra permaneant. Et ſanè, ſi cæteros Principatus congruit, in ſua integritate ſervari, ut corroboretur juſtitia, atque ſubjecti fideles pace gaudeant & quiete: Multò magis magnifici Principatus, Dominia, Honores & Jura Electorum, non tantùm in communi, ſed & ſeorſim debent illæſa ſervari. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debet adhiberi remedium, ne columnis ruentibus baſis totius ædificii collidatur.

XVII. Colophonem denique huic Diſcurſui imponat brevis adhuc tractatio de horum Vicariorum Conſtitutionis Origine, quo videl. tempore nobiliſſimum Vicariatus jus ad Palatinum & Saxonem Electores pervenerit, quod ad illuſtrationem modo dictorum non parum etiam conducet. Ubi hac in re quidem meritò vel negligentiam, vel defectum hiſtoriæ plerique incuſant: Hinc enim tàm variæ in hoc Articulo Politicorum ſunt opiniones. Nihilominus tamen libenter iis accedimus, qui pro-

prodiderunt, Palatinum Vicariatum esse antiquissimum, & Comitibus Palatinis Rheni fulgentissimum hoc jus competiisse, non solum à multo & longissimo tempore ante Constitutionem Carolinam, dum privilegii certi & antiquioris instituti mentio fit *sæpè allegato Cap.5. A.B. §.1.* sed & antequam Electores Septemviri essent, & sic ipsi electoralem attigerint dignitatem, Vid. *Arum. ad A.B. Disc.3.Th.25. Buxtorff. ad A.B. Th.56. Goldast.in Constit. Imp. Tom.3. de anno 1339.* Et scribit *Burgold. ad Instr. Pac. P.1. Disc.26. §.9.* primum omnium Imperii Vicarium fuisse Arnolfum Comitem de Schiern, à quo illa dignitas ad successores propagata fuisse videtur; Certum tamen præcisè tempus indigitari vix potest, quicquid etiam *Andr. Knich. Cap.1. §.121. de Jur. Saxon. non prov.* tradit. Tandem hoc Palatini jus plenissimè confirmarunt non solùm Carolus IV. in Aureâ Bullâ, sed & Maximilianus I. & Carolus V. Imperatores apud *Goldast. Constit. Imp. Tom. 2. fol. 241. seqq.* Quod verò Saxonici Vicariatus attinet ortum, censetur iste ex communi sententia introductus demum per Auream Bullam, propter verba *Cap. ejus 5. & 2. Nos eodem jure provisionis frui volumus, &c.* **Eben dieses Rechtens wollen Wir / daß auch der Durchl. Hertzog von Sachsen sich gebrauchen möge / rc.** quæ verba innuere videntur, ad Exemplum Palatini illud jus tunc primùm Duci Saxoniæ fuisse datum, siquidem nulla in iis fit mentio, ipsi ab antiquo istud competiisse, cui sententiæ etiam accedit *Buxtorff. ad A. B. c. l. in fin. & Strauch. Inst. Jur. Publ. L.3.c.11. §.6.* idque *Arumæ. alleg. loc.* probare insuper conatur ex Constitutione s. Edicto Ludovici Bavari Imperatoris contra Johannem XXII. Papam, quod extat apud *Goldast. Tom.3. Const. Imp.* ubi tantùm Palatini, ei videlicet ab antiquo & de jure Vicariatus dignitatem competere, non verò Saxonis mentionem facit, quod tamen Imperator minimè prætermisisset, si tùm Saxoni jus illud commune fuisset. Verùm hæc omnia prolixè refutat *Burgold. ad Inst. Pac. P.1. Disc.19. p.329. seqq.* qui tandem concludit, Jus Vicariatus Saxonici vel Lege, vel Consuetudine Sec. XII. esse ortum, ac dein Sec. XIV. Lege publica per Auream Bullam confirmatum. Quam sententiam etiam plures alii

alii Juris Publici Doctores amplectuntur, ac videtur ad ejus partem quoque adsensionem aliquo modo flectere *Excell. Dnus. Rhet. Inst. J. P. Lib. 1. Tit. 1. 5. §. 6.* Et sanè, illud verum est, prout id suprà in hoc Discursu à nobis dictum, quod jam tum longè ante Constitutionem Carolinam, imò statim, quo Saxones cum Republ. Francorum coaluerunt, totum Imperium Teutonicum duplici Jure, Franconico nimirum & Saxonico (propter duplices istas gentes, quarum utraque juris sui observator & Custos existebat) fuerit gubernatum, quæ diversitas horum jurium duplicem quoque postulavit Vicariatum, atque sic duos, qui isto gaudebant, Vicarios, alter qui apud Francos, alter qui apud Saxones jus diceret.

De

De Jure Electoratus in Romano Imperio, REGIBUS BOHEMIÆ competente, RUDOLPHI, & CAROLI ROM. REGUM, & RUPERTI PALATINI Senioris Atteſtationes.

Ex Bibliothecâ C. V. MARQUARDI FREHERI, *Conſiliarii Palatini.*

IN NOMINE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI, Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCCLXXXVI. Indictione IV. die V. menſis Aprilis, hora tertia, vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini *Innocentii* Papæ IIX. Anno ejus II. in Regiâ Caſtri Pragenſis, Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus *Wladislaus* Boëmiæ Rex, Marchio Moraviæ, Lucenburgenſis & Sleſiæ Dux, & Luſatiæ Marchio, Sacri Romani Imperii Princeps Elector: In mei Notarii Publici ſubſcripti, & teſtium infrà ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia accerſivit & vocavit Reverendum Patrem & Dominum, Dominum *Paulum Pragenſem & Sderaſienſem* Præpoſitum, Viſitatorem Archi-Epiſcopatus Pragenſis à Sede Apoſtolica Deputatum, Decretorum Doctorem, & quasdam literas in pergamenô deſcriptas; PRIMAM videlicet felicis recordationis, inviſtiſſimi olim Principis & Domini, Domini

Karoli Romanorum Regis ſemper Auguſti & Boëmiæ Regis, ejus vera Bulla Aurea in filis ſericis rubei coloris more Imperiali dependentibus, bullatam & ſignatam. Bulla quoque aurea in parte una continebat Imaginem Imperatoris in ſolio Imperiali ſedentis, & literæ in Circumferentia hæ videbantur: KAROLUS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Ad latus vero dextrum & ſiniſtrum, *& Rex Boëmiæ.* In alterâ parte figura Urbis, turrim in medio, & ad latera duo propugnacula habentis. In portâ turris literæ erant, *Aurea Roma*, in Circumferentiâ verò, *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.* ALTERAM autem felicis recordationis olim Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini RUPERTI *Comitis Palatini Rheni*, Sacri Imperii Romani Archi-Dapiferi, & Ducis Bavariæ. Ejus verò ſigillo rotundo de cera rubea communi impreſſâ, in filis ſericis viridis coloris dependente, habentis clypeum cum duobus leunculis alternatim, & in aliis duobus angulis quidam tractus ſimiles punctis apparebant; Supra Clypeum Galea, & ſupra Galeam Leunculus cernebatur. Literæ autem in Circumferentiâ hæ videbantur: *Secretum Ducis Ruperti Senioris.* Sanas & integras, non vitiatas, non cancellatas, non raſas, vel abolitas, nec in aliquâ ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ut prima facie apparebat. Eidem Domino Viſitatori patenter palamque exhibuit atque obtulit inſpiciendas, legendas, & ſollicitè ac diligenter auſcultandas ipſum inſtantiſſimè requirendo, ut eis opportunè inſpectis & pleniſſimè auſcultatis, transſumptum earum & Copiam in formam, quæ *vidimus* nuncupatur, traducat atque transformet, ut ubicunque locorum ipſa earum ſeries delata fuerit & oſtenſa fides huic habeatur, ſicut authenticæ principali.

Tenor

Tenor autem literæ primæ & continentis per omnia talis exiſtit:

KAROLUS DEI GRATIA ROMANORUM REX, SEMPER AUGUSTUS, ET BÖEMIÆ REX, ad perpetuam rei memoriam. Innata cordi noſtro benignitas, circa fidelium & devotorum noſtrorum honores & commoda, continuis intenta vigiliis, votis ipſorum annuere nos jugiter inducit, quoties poſcentium vox eſt juſta, in hoc enim liberalitatis noſtræ non errat intentio, ſed regalis ſcripta faſtigium attollere ſalubriter arbitratur. Sanè ad noſtræ Celſitudinis venerabiles, Archi-Epiſcopus Pragenſis, Olomucenſis, Wradislavienſis & Lytomislenſis Epiſcopi, nec non Illuſtres Johannes Carinthiæ, Comesque Tyrolis & Coriciæ, germanus noſter chariſſimus, ac Nicolaus Opaviæ & Ratiboriæ Duces, cæterique Prælati, Duces, Principes, Barones, Proceres & Nobiles Regni noſtri Boëmiæ, & pertinentiarum ejusdem, præſentiam accedentes, Nobis humiliter ſupplicarunt, ut quasdam literas *Rudolphi* Divi, Romanorum Regis, Prædeceſſoris noſtri, nobis per ipſos exhibitas, quarum tenor & ſeries ſequitur in hæc verba: RUDOLFUS DEI GRATIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS, univerſis Sacri Imperii Romani fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Quanto jura perſonarum prodierint in lucem notitia clariore, tanto liquidius poſteritati ſucceſſuræ materia tollitur altercandi. Inquiſitionis igitur circumſpectæ præhabita indagine, ſcrutinioque ſolerti ſcire deſideravimus, quid quamtumvè Juris in Romano competat Imperio, & in Electione Romanorum Regis futuri Imperatoris, inclyto Regi Bohemiæ, Principi & Filio noſtro chariſſimo, & hæredibus ipſius. Quo facto, Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Imperii, nec non Veteranorum communi aſſertione, & concordi teſtimonio comperimus aſſonante, ipſum Regem Boëmiæ, Imperii debere *Pincernam* exiſtere, & jus ac Officium *Pincernatus* apud eum, nec non ejus hæredes, jure hæreditario reſidere.

Extitit etiam dilucidè declaratum, prædictum Regem Boëmiæ & ſuos hæredes, in Electione Regis Romanorum futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad ſimilitudinem aliorum Electorum, *eligendi plenarium jus & vocem.* Hæc verò jura Pincernatus, & Electorum, ne dum dicto Regi & ſuis hæredibus didicimus competere; Sed etiam ſuis progenitoribus abavis, atavis, proavis & avis, purè pleniſſimè competebant. Volentes itaque dicti Regis & hæredum ſuorum diſpendiis præcavere, jus & officium Pincernatus in Imperio ſibi & hæredibus ejus, & non alii competere, & in Electione Regis Romanorum futuri Imperatoris habere jus & vocem, clarè recognoſcimus, approbamus, & præſentium teſtimonio profitemur. Si quid autem diminutionis vel calumniæ, quod non credimus, cavilloſè, malitioſè vel ſubdolè poſſit opponi, ſupplemus de plenitudine Regiæ poteſtatis, in cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum Erfordiæ, vi Kal. Octobris, Indictione tertia, Anno Domini MCCXC. Regni verò noſtri Anno XVII. noſtra confirmare autoritate regia dignaremur. Nos utique præfatorum Prælatorum, Ducum, Principum, Baronum, Procerum & Nobilium (quos honoris & felicis Status Romanorum Regni & Sacri Imperii fideles & ſollicitos præ cæteris novimus Zelatores, ipſumque Regnum Boëmiæ Romanorum Regni nobilius membrum fore) ſupplicationibus benignius inclinati, præfatas literas, ac omnia & ſingula contenta in eisdem, laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, ac de novo ex certa ſcientia de noſtræ Romanorum regiæ plenitudine poteſtatis, præfatis Regno, Prælatis, Ducibus, Principibus, Baronibus, Proceribus & Nobilibus, ac Univerſitati Regni ipſius, & pertinentiarum ejusdem, ad uſum & opus Regum Boëmiæ in perpetuum damus tenore præſentium, conferimus & donamus; omnem diminutionem & defectum, ſi quis in præmiſſis fuerit, reparantes omnimodè & ſupplentes, ac omne dubium ac obſcurum pro parte & in favorem ipſorum Regni & Regum Boëmiæ, de uberiori dono Majeſtatis Romanorum regiæ & plenitudine poteſtatis interpretantes & etiam declarantes,

Non

Non obstantibus Legibus, Consuetudinibus, Usibus, Observantiis, juribus municipalibus vel communibus, Statutis seu Edictis, factis & editis in contrarium quibuscunque; quas & quæ, quantum ad hæc, ac si forent nominatim & de verbo ad verbum scripta præsentibus & inserta, renovamus, cassamus, irritamus, annullamus, & de dicta ratione Regiæ plenitudine potestatis decernimus firmiter fore nullius penitus momenti. Nulli ergò omninò liceat hanc nostræ laudationis, ratificationis, approbationis, confirmationis, donationis, reparationis, supplementi, interpretationis, declarationis, revocationis, cassationis, irritationis & annullationis paginam infringere, vel ei ausu temerario in aliquo contraire. Contrarium verò facientes, si qui fuerint (quod absit) ultra indignationem nostræ Celsitudinis regiæ, quam ob hæc se noverint graviter incursuros, mille marcas auri puri nostro & Romani Regni Fisco componant, ipsarum videlicet medietatem nostræ & Successorum nostrorum Romanorum Regum & Imperatorum Curiæ seu Cameræ, & reliquam passis injuriam irremissibiliter applicandas. In quorum omnium testimonium & ad certitudinem pleniorem, præsentes fieri jussimus, & Bulla Aurea typario nostræ Majestatis impressa præcepimus communiri. Hujus rei testes sunt, Gerlacus Archi-Episcopus Moguntinensis per Germaniam S. Imperii Archi-Cancellarius, Rudolfus Senior Dux Saxoniæ, Sacri Imperii Mareschallus, Rudolphus junior, Saxoniæ, & Fridericus de Deck Duces; Johannes Burggravius Norimbergensis, Ulricus Landgravius de Luyckenberg, Fridericus de Ollremund, Ulricus de Helffenstein, & Rudolfus de Wertheim Comites; Petrus de Hedwig, Crafsto de Holoch, Gotfridus de Prunes, Eberhardus de Walse, Fridericus de Walse, Eglof de Fryberg, & Burckhardus de Elrbach, Romani Regni Præfati Principes & Barones. Datum Pragæ, Anno Domini MCCCXLVIII. Indictione prima, septimo Idus Aprilis, Regnorum nostrorum Anno secundo.

Tenor autem & Continentia alterius literæ talis erat:

RUPERTUS Dei gratia Comes Palatinensis Rheni, Sacri Romani Imperii Archi-Dapifer, & Dux Bavariæ, ad perpetuam rei memoriam. Desideratæ Pacis laudanda præsidia, absque Principum gubernatione felici, persæpè tanquam navem remige destitutam dubiorum anfractibus fluctuare contingit: Et tanto periculosius, & utique majore dispendio, quanto rectores publicos, illustres videlicet Principes, quos Divina Providentia in Consolationem sui fidelis populi clementer instituit, juribus & potentia fuerint negligentius destituti. Quo fit, ut Principum quorumlibet emunitates, nobilitates & jura diligenter custodiri debeant, & in sua integritate servari: Ac illorum maximè, qui tanquam fundamenta & columnæ fortissimæ, Sacri Imperialis ædificii Thronum Cæsareum gratis attollunt decoribus; Quibusque Dei gratia pia dignatione credidit eum eligere, cujus potentia totius mundialis Machinæ regitur Monarchia. Sanè licet de Juribus Serenissimi Principis, Domini Regis Bohemiæ illustris, Coëlectoris, Comprincipis & Collegæ nostri, nulla sit & fuerit juris seu facti dubietas, quin ipse ab atavis, proavis, avis, & progenitoribus suis, ad instar nostri & quorumlibet aliorum Coëlectorum Principum, in Electione Romani Regis ad Imperium promovendi pleno jure fretus sit hactenus & fruatur; Sicut hoc luce clarius semper apparuit ab eo tempore, cujus apud homines memoria non existit. Tamen nonnulli filii tenebrarum oculis cæcutientibus à divina luce remoti, meridiana claritate palpitant sicut in noctibus, & offendicula laqueosque præparant iniquitatis & sceleris, Diabolica invidia suggerente, jugum veritatis deferre præ mole gravissimi ponderis coagulati mendacii nequeuntes, super ipsis offendiculis corruunt, & suorum laqueis iniquorum conceptuum se involvunt, ut lucem tenebras judicent, & tenebras ipsam lucem. Igitur ad abundantioris cautelæ præsidium, ut

ut præfato Sereniſſimo Principi Domino Regi Boëmiæ, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis Regibus Boëmiæ, in perpetuum ſecurius caveatur, & omnes dubietatum amputentur calumniæ, & ne quibuslibet otiosè loquentibus malignandi materia relinquatur, animo deliberato, non per errorem aut improvidè, ſed multa inveſtigatione prævia, & à multis veridica informatione recepta, maturo conſilio, una cum univerſis aliis Coëlectoribus, Comprincipibus & Collegis noſtris, tàm Spiritualibus quàm Secularibus, de certa noſtra ſcientia recognoſcimus, dicimus & dictante conſcientia publicè profitemur; Quod Sereniſſimi Principes & Illuſtres Domini, Boëmiæ Reges, ab atavis, proavis, avis, & progenitoribus ſuis, ab eo tempore, cujus apud homines (ſicut præmittitur) memoria non exiſtit, habuerunt continuo, habent & habere debent jus & vocem plenè & omnimodè ad inſtar noſtri & aliorum Comprincipum, Coëlectorum noſtrorum, tàm Spiritualium quàm Secularium, in Electione Romanorum Regis ad Imperium promovendi: Ita videlicet, ut quotiescunque caſus talis Electionis emerſerit, Sereniſſimus Princeps, Dn. Rex Boëmiæ, qui pro tempore fuerit, ad celebrandam Electionem ipſius ſolenniter vocari debeat, & in ipſa Electione omnibus juribus ſuis, voce videlicet & loco, & aliis quibuslibet ad hæc ſpectantibus, per ſe vel nuncios legitimos vel ambaſiatores ſuos, & ad inſtar noſtri & omnium aliorum Comprincipum, Coëlectorum, & Collegarum noſtrorum, tàm Spiritualium quàm Secularium, qui ſunt & qui fuerint pro tempore (ſicut præmittitur) ſic cum omni reverentia & honore gaudere, ſicut de jure & more Sacri Imperii Principes Electores talibus freti ſunt retroactis. Quodq; præfatus Sereniſſ. Princeps Dn. Rex Boëmiæ, Sacri Romani Imperii Archi-Pincerna conſiſtit, ac Archi-Pincernatus officium coram Imperatore vel Rege Romano in ſolennibus Curiis ſub corona regali exercere non debet, neque tenetur ad hoc niſi velit facere ſpontanea voluntate. Poterit tamen juxta beneplacitum, in præſentiâ Imperatoris vel Regum Romanorum, dum ſolennes Curias hujusmodi celebrari contigerit, procedendo, ſedendo vel ſtando, regalem geſtare coronam: Sicut hoc Sereniſſimorum Principum, Do-

Dominorum Regum Bohemiæ, progenitorum & prædecessorum ipsius, consuetudo laudabilis ab olim noscitur observasse. In cujus rei testimonium præsentes fieri, & sigilli nostri voluimus robore communiri. Datum Metis Anno Domini MCCCLVI. proxima Dominica ante Festum B. Luciæ Virginis.

Igitur præfatus Dominus Visitator ad solertem regiæ Majestatis requisitionem, visis & auscultatis singulis, quæ circa præmissa & in ipsis meritò fuerant auscultanda, qualitatem dictarum litorarum & contentorum in eisdem sagacissimè dispiciens, mihi *Notario* infrà scripto injunxit solicitè, ut justa Majestatis regiæ Vota, per mei officii debitum executioni solitæ demandentur. Atque hæc ipsa omnia in suo disposita ordine in publicam redigi formam, & publicum fieri desuper instrumentum mandavit & præcepit: Sigillo, quo pro suo utitur officio, in fidem omnium præmissorum præsentibus subappenso. Datum & Actum Anno, Indictione, die, mense, hora, Pontifice & loco quibus suprà. Præsentibus ibidem Venerabilibus & eximiis viris, Domino Johanne de Crumloto, Decano Ecclesiæ Pragensis, Domino Wenceslao de Plana, Archi-Diacono ejusdem Ecclesiæ, Decretorum Doctoribus, Domino Paulo de Plina, Archi-Diacono Jacensi, Magistro Johanne de Elbogen, S. Theologiæ Baccalaureo formato, Archi-Diacono Boleslaviensi, Canonicus Pragensis Ecclesiæ; Domino Benedicto de Strokonitz, Archi-Diacono Bielinensi; atque Honorabilibus Viris, Domino Jordano de Tachoro Medico Præbendato, Domino Gregorio de Crappiz, Domino Michaële de Budeweis, Domino Bartholomæo de Capplitz, Vicariis & Altaristis suprà memoratæ Ecclesiæ Pragensis; Et aliis quàm plurimis testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

Senten-

Sententia Exauctorationis & Depositionis WENCESLAI ROMANORUM REGIS, lata ab Imperii Electoribus, Anno Domini MCCCC. postquam regnavit viginti quatuor annos;

Ex Bibliotheca Christophori Urstisii Basiliensis, Mathematicarum Professoris.

IN NOMINE DOMINI. Nos JOHANNES DEI gratia Sanctæ Moguntinensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, notum facimus universis, præsentibus & futuris. Quàm varia, multiplicia & gravia cùm incommda tùm dissidia multis abhinc annis, in sacram Ecclesiam invecta sint, etiamnum durantia, atque indies uberius pullulantia, in Sacri Romani Imperii (quod Ecclesiæ DEI & Orbi Christiano præsidio esse debebat) gravissimam convulsionem, imminutionem & dissipationem: Id omne ut scribi nequit, sic mala indies ingruentia, manifestè satis docent atque comprobant. Eamque ob rem Sacri Romani Imperii Domini Electores, intervenientibus Sacræ Ecclesiæ, Principum, Dynastarum, Civitatum, Provinciarum & Subditorum Sacri Imperii prudentem Moderatorem expetentium, ardentibus precibus, Illustrissimum Principem Dominum WENCESLAUM Bohemiæ Regem, tum sua, tum amicorum opera, literis denique, jampridem, persæpè & seriò nobiscum

 admo-

admonuere, eique diligenter ob oculos posuere, privatim ac publicè, indecentes ac detestabiles ejus in imperando mores & actiones, nec non ejusmodi Ecclesiæ orbisque Christiani defectus, incommoda atque dissidia, gravissimas item membrorum Sacri Imperii avulsiones, diminutionesque, contra nominis sui dignitatem damnosè factas, fierique permissas, nempè quod pacem in Ecclesiâ non promoverit, quanquam id summa Christiani orbis necessitas, nec non ipsius, ceu advocati & defensoris Ecclesiæ munus flagitaret, & ad id faciendum sæpius rogatus, requisitus & admonitus esset: Ipso nihilominus Imperium membris aliquot perniciosè mutilante, & mutilum reddi permittente. In quorum numero sunt Mediolanum & Provincia Longobardiæ, quæ juris Sacri Romani Imperii fuerant, redeuntibus indè ad Imperium amplissimis emolumentis: In quâ ditione Mediolanensis, veluti Minister, Sacri Imperii partibus fungebatur: Eum is, contra quam ejus sublimitatem & dignitatem decebat, accepta pecunia Mediolani Ducem & Comitem Papiensem creavit. Complures insuper urbes terrasque tàm in Germaniâ qàum Italiâ, ad Imperium pertinentes, quarum quædam ad idem redierant, alienavit: parum pensi habens, ut eas Sacro Imperio retineret.

Præterea, membranas perplures nudas, rasasque, suæ tamen Majestatis sigillo munitas, amicis pecunia vendidit, in quibus cùm illis, tùm aliis, in quorum manus istiusmodi membranæ venerunt, sub regio sigillo quæ scribere vellent, licuit. Quâ ex re, ob Sacri Romani Imperii jurium & emolumentorum damnosam imminutionem & dissipationem, graves querelæ subortæ sunt. Controversias porrò bellaque, quæ (proh dolor!) Germaniam, aliasque Sacri Imperii terras miserè afflixerunt & pessundederunt, atque etiamnum pessundant, nil unquam curæ habuit. Hinc prædationes, incendia & latrocinia orta, adeò funestis vel hodiè incrementis, ut nulli neque Clerici, neque Laici, neque Agricolæ, neque Mercatores, neque Viri, neque Mulieres, sivè terra sivè mari, tuti versentur: Templa, Cœnobia, & Domus sacræ, quas Sacrum Imperium manu asserere atque tueri decebat, rapinis & incendiis pateant & ad interitum redigantur.

Eò

Eò res abiit, ut quivis contra juris & æqui rationem, alium pro arbitrio tractârit, ac etiamnum tractet, absque ulla ſacræ, ſpretæque diu, imperialis auctoritatis reformidatione: Sic ut & locus conveniendi quempiam, ubi nomine Imperii juris defenſio & patrocinium ſuſcipiatur, planè ignoretur. Denique, quod horrendum & immane dictu, cùm propria, tùm aliorum facinoroſorum quos ſecum habet, manu, reverendos Sacrorum Antiſtites, Sacerdotes & ſpirituales perſonas, alios item plures honeſtæ notæ homines, contra juris normam, ſecus quam Romanorum Regem decebat, neci dedit, aquis ſubmerſit, igne cremavit, miſerabiliter ac truculenter peremit. Quæ quidem memorata, aliaque multa gravia facinora atque damna adeò divulgata ſunt & palam nota, ut excuſari vel celari nullatenus queant. Nos igitur, ut præſcripſimus, ſæpius eum perquam ſtudioſè oravimus, admonuimus & requiſivimus, ut indecenti hac vitæ ratione repudiata, id ſibi ſtudii & laboris ſumeret, quò ſacræ Eccleſiæ, opem ejus veluti Romanorum Regis & Advocati ſui multoties implorantis, pacem & tranquillitatem, Sacro autem Imperio priſtinum honorem, terras, ditiones, emolumenta denique ſua recuperaret, in ſubſidium & conſolationem orbis Chriſtiani hoc nomine graviter debilitati atque oppreſſi.

Etſi verò prædicto Domino WENCESLAO, hos aliosque graviores defectus, ipſum tanquam Romanorum Regem Imperiumque concernentes, clariſſimè explicuerimus, ac ſcriptis exhibuerimus: Auditis tamen illius reſponſis, reiteratisque ſeriis noſtris exhortationibus, communicato quin etiam Sacræ Sedi Romanæ Negocio, nunquam adhuc deprehendimus, eum, ſic ut Romanorum Regem decet mores compoſuiſſe, ſcilicet ad Eccleſiæ pacem, Orbi Chriſtiano ſummè neceſſariam, Sacro item Imperio dignitates, terras ac ditiones ſuas recuperandas, & fructuosè conſervandas: Id quod per univerſas Imperii Provincias eſt notiſſimum.

Quoniam igitur commemoratos pluresque alios defectus, ſacram Eccleſiam & Imperium, gravi cum damno gemituque tangentes, ob inſtantes prædictorum preces, maximè verò ſacramenti

ratione, quo nos, ceu Sacri Imperii proximè ſuperiora membra, eidem obſtringimur, nec reticere nec ſuſtinere diutius potuimus: Idcircò ex officio debito cogitandum annitendumque nobis fuit, ut Sacro Imperio, cujus vecordi & negligenti adminiſtratione incommoda iſthæc irrepſerunt, in Orbis Chriſtiani præſidium, & conſolationem, rectiùs & ſalubrius provideretur. Et ſanè, ut is parendo nobis rem gratam præſtitiſſet, ſic eum ſufficienter & ſeriò vocavimus atque citavimus, adeò ut ei ſignificaverimus, niſi loco & die definitis præſtò eſſet, fore, ut cùm exhibitarum nobis precum, tùm juramenti noſtri reſpectu, ejusmodi conſilia capere & inire cogeremur, quibus Sacrum Imperium melius conſtitueretur: Literis id noſtris clariſſimè atteſtantibus. Eapropter loco & tempore præſcriptis una cum Coëlectoribus noſtris ſufficienter exoratis, cæteris item Sacri Imperii Principibus & urbibus, comparuimus, de die in diem exſpectantes, num præfatus Dominus WENCESLAUS comparituras eſſet, morbis prædictis remedium adhibiturus: Ac S. Imperii rebus rectius deinceps conſulturus. At is nec comparere nec quenquam procuratorio nomine ad nos deſtinare dignatus eſt. Quare cum tot prægnantium & pernicioſorum defectuum cauſa, eum crebrius privatim & benignè, indè verò, cum nil proficeremus, coram Principibus, Optimatibus & Urbibus Imperii, in diverſis Conventibus, non ſine magnis gravibusque expenſis, abſque tamen ullo fructu, admonuerimus & redarguerimus: Ideò commemorata omnia, ad Sacram Sedem Romanam detulimus. Cæterùm, cum nec tùm cuncta hæc quicquam penſi habuerit: Nil aliud indè conjicere potuimus, quàm eum & Eccleſiæ & Chriſtiani orbis, imprimis autem Sacri Imperii, curam depoſuiſſe. Idcircò malum hoc, toti Chriſtianæ Reipubl. exitiale minime diutius ferendum & tolerandum cenſentes, animo benè confirmato, poſt multos variosque tractatus conſultationesque, tùm inter nos ipſos, tùm etiam cum aliis Principibus & Optimatibus Sacri Imperii ſeriò habitos, pro Eccleſiæ ſalute, Chriſtiani Orbis conſolatione, Sacri Imperii honore & utilitate, præfatum Dnum. WENCESLAUM, tanquam negligentem & deſtructorem Imperii, eoque indignum,

à Sacro

à Sacro Romano Imperio, omnique ejus dignitate hoc tempore penitus removendum esse, duximus.

Nos itaque *Johannes* Archi-Episcopus, nomine prædicto-rum Dominorum Sacri Romani Imperii Coëlectorum, nostroque, tùm commemoratis, tùm pluribus aliis insignibus defectibus caussisque moti, hac nostra Sententia, quam præsenti scripto damus atque ferimus, prædictum Dominum WENCESLAUM, ceu inutilem, negligentem, dissipatorem & indignum S. R. Imperii defensorem, eodem Rom. Imperio, omnique ejus gradu, dignitate ac ditione ad idem pertinente, privamus & submovemus: cunctis Principibus, Optimatibus, Equitibus, Ingenuis, Urbibus, Provinciis & Subditis S. R. Imperii denunciantes, eos ab omni homagio & juramento, personæ WENCESLAI, nomine Imperii, præstito, prorsus esse liberos: Requirentes atque monentes eos, sub jurisjurandi fide, qua S. Imperio adstricti tenentur, ne prædicto Dno. WENCESLAO, tanquam Rom. Regi deinceps obediant & obsequantur, neque illi jus ullum, obsequium, censum, reditum, aut ullam aliam obventionem, quocunque nomine tandem appellanda veniat, ceu Rom. Regi pendant, exhibeant, aut exhiberi permittant: Sed ejusmodi debita utili & idoneo Rom. Regi, divino favente Numine deinceps sufficiendo, adservent.

In quorum omnium fidem & testimonium, Nos *Johannes* Archi-Episcopus Moguntinus, præsens Instrumenttum, per subscriptos Notarios, hac forma patente, confici, & majus nostrum Sigillum appendi curavimus. Lecta & renunciata fuit sententia præmissa, per Nos *Johannem* Archi-Episcopum Moguntinum, nostro & Dn. Coëlectorum nostrorum ante memoratorum nomine, sub Castro Lonstein ad Rhenum, Trevirensis Diœcesis, Brubachium versus progressi, è publico solio, in Tribunalis usum erecto, Dn. Coëlectoribus nostris ibidem Judicio adsidentibus. Anno Dominicæ Incarnationis 1400. Indictione octava, feria sexta, d. 20. mens. Augusti, paulum ante Nonarum tempus: Pontificatus sanctissimi in Christo Patris ac Dni. Dni. Bonifacii Noni, divinâ providentiâ Papæ, Ao. XI. præsentibus Illustrissimis Principibus ac Dominis, Johanne Illustrissimi Principis ac Domini Ruperti Ducis Bavariæ, &

Comitis Palat' ..ni ad Rhenum Filio, Friderico Burggravio Norimb. nobili Philippo, Dno. in Naſſau & Sarbrucke, Emichone de Liningen, Johanne de Zigenhaim, Cunrado Burggravio, Canonico noſtro Moguntino, Comitibus: Bernhardo à Weſterburg, Johanne à Limpurg, Reinhardo de Hanowe, Baronibus. Dno. Nicolao Browin ſacræ paginæ, Johan. à Witenburg & Nicolao Burgman Decretorum, Dno. Hermanno Præpoſito S. Gereonis Colonienſ. Legum Doctoribus. Item, ſtrenuo Equite Sigfrido de Lindowe Vice-Domino noſtro in Ringaugia, Johanne Boſſen à Waldeck, Burggravio noſtro Beckelnheim, & fidelibus Henrico Rulmanno à Dadenberg, Gerardo ab Emenberg, Dn. in Lantscron, Friderico de Sachſenheim, Kulmanno à Coneren, Joh. de Dalburg, Rudolfo de Zeiſſikon, nec non pluribus aliis Dominis, Equitibus & Ingenuis, ſpiritualibus & ſecularibus, magno numero adſtantibus, ad ſupraſcripta vocatis atque rogatis.

Et ego Nicolaus Berchtoldi Fridberg. Clericus, Moguntinæ Diœceſis pontificia & imperiali auctoritate Notarius Publicus, ac prædicti Clementiſſimi Domini mei, Dni. *Johannis* Archi-Epiſcopi Moguntini ſcriba juratus, quoniam tùm temporis, cum judicialis iſthæc, quam præſcripſimus ſententia lata & renunciata fuit, unà cum ſubſcriptis publicis tabellionibus, teſtibusq; commemoratis, præſens interfui, eaque omnia fieri vidi atque audivi; Ideò jubente atque petente prædicto Moguntino, Domino meo Clementiſſimo publicum hoc Inſtrumentum bona fide perſcriptum, in publicam redegi formam, illudque conſueto mei Notariatus ſigno ac nomine, appenſo etiam prædicti Moguntini, Domini mei Clementiſſimi, majore Sigillo in fidem & teſtimonium prædictorum omnium, ſubſignavi atque munivi.

Nomina Notariorum ſunt:

Nicolaus Berchtoli Fridbergenſ.	Henricus Stalberg, Rotenberg.
Joh. Meier junior, Gaſterveld.	Tilmannus à Honberg.
Conradus à Leiborn, Clericus Padebornenſis Diœceſis.	Conradus Coler Zuſtenſis, Colonienſis Diœceſis.

S. D. G.

INDEX

INDEX RERUM.

Numerus primus Paginam, sequens major Paragraphum notat.

A.

Cu-

D.

con-

HAS-

 quæ

N.

O.

RE-

SUC-

V.

W.

F I N I S.

Errata corrigenda.

Pag. 2. lin. 8. leg. *Imperatori* ibid leg. *sint*. p. 7. l. 7. leg. *Statum*. p. 16. l. 24. leg. *quod* pro *ut*. p. 19. l. 22. leg. *Abbas*. p. 29. l. ult. leg. *diuturna*. p. 31. l. 13. leg. *contulerint*. p. 32. l. 25. leg. *potuerit*. p. 40. l. 26. leg. *Fortitudinem*. p. 42. l. 29. leg. *Politicos*. p. 72. l. 21. leg. *vocentur*. p. 80. l. 8. leg. *fuerint*. p. 97. l. 22. pro *sinistrò* leg. *dextrò*. p. 103. l. 6. pro *ut* leg. *quod*. p. 114. l. 27. leg. *potestate*. p. 168. l. 17. leg. *Præsidi*. ibid. l. 19. leg. *adsistit*. p. 212. pro *in* leg. *vi*. p. 214. l. 16. leg. *Præsidum*. p. 292 l. 19. leg. *arbitrati*. Cætera æquanimus Lector pro candore suo ipsemet corriget.

FINE